PRAXIS IVDICIARIA

Siuè

DE ORDINE IVDICIORVM

CIVILIVM, CRIMINALIVM, ET MIXTORVM,

Ac

COMMENTARIA AD PRAGMATICAS,

RITVS MAGNÆ CVRIÆ VICARIÆ, ET ALIAS REGNI LEGES,

Quibus ordo, ac Praxis Tribunalium Regni Neapolis absoluitur.

INNVMERIS, IISQVE VTILISSIMIS DECISIONIBVS REFERCTA, Præsertim Almi Collegij, ac Supremi Consilij Collateralis, nunquàm antea Impressis.

AVTHORE

DOMINO IO. FRANCISCO SANFELICIO

PATRITIO, AC I. C. NEAPOLITANO CELEBERRIMO,

Olim M.C.V. Causarum Ciuilium, & Criminalium Iudice Integerrimo,

Ac Regij Fisci in ea Patrono disertissimo,

POSTMODVM REGIO CONSILIARIO PERSPICACISSIMO, Ac totius Regni Militum, multotiès, Delegato solertissimo.

NVNC VERO SVMMO A LATERE CONSILIARIO, Ac Regente Regiam Cancellariam Dignissimo.

OPVS AETERNITATI SCRIPTVM, OMNIBVSQVE NECESSARIVM Siuè ius dicant, siuè discant, aut doceant, Tironibus, atquè iam initiatis, Ciuibus, & Exteris, Vrbi, & Orbi omninò subsidiarium.

Complectens mirè, ac plenè

QVICQVID AD FORI TRACTATIONEM, VRBIS, COLLEGIORVM, ET ARTIVM Erectionem, & Administrationem, Rescriptorumq; maximè circa Regias Delegationes, Interpretationem, & Vasallorum, ac Militum notionem & coertionem, adq; Suspictionem Officialium attinet, & ad Regiam, atq; priuatam Iurisdictionem.

Quatruplici lustratum Indice, Argumentorum s. Decisionum, Rescriptorum S.C.M. & Rerum Notabilium.

ad PP. Franciscanos Firmiq. Bibl. Corba



NEAPOLI, Typis, & Expensis Roberti Molli. MDCXXXXVII.

SVPERIORVM FACVLTATE, ET PRIVILEGIO.

Digitized by Google

BENEVOLO
ET CANDIDO LECTORI.

ROBERTVS MOLLVS CALCOGRAPHVS Neapolitanus.

PRODIT tandèm in lucem, tui in gratiam, Lector Amice, tandiù expetitum, desideratumquè Opus, quo Praxis omnigena Ciuitatis, ac Regni Neapolis absoluitur Illustrissimi Domini Io: Francisci Sanfelicij, Viri Patritia dignitate, Sagoquè, ac Toga Celeberrimi, longè tamen Celebrioris, si probitatem intuearis, atquè doctrinam; his etenim è Commilitone, vt aiunt, euasit Particeps Curarum Regni Dominus Author, qui inter tot, & tanta, quæ fert tempestas ista, vt omnibus pro voto, ac moribus prodesset, partus istos edit, multorum precibus impulsus, qui priuatim hæc legerant, & vt omne, ac totum tàm in prima eius iuuenta, quàm in virili, & demùm ingraueſcente iam ætate, non tamen graui, multis vigilijs vidit, ac censuit, tibi commune faceret, tantoperè in beneficijs delectatur, & mirum est quanta animi alacritate in otio, si quid tamen illi datur à priuatis, pu-

publiciſquè actionibus, quibus aut Serenisſimi, & Inuictisſimi Regis Noſtri, aut Populorum gratiâ continuò præmitur, & priuato Excellentiſs. Proregis Conſilio, tempus omne, quamuis exiguum, in his componendis, & ruminandis impendit, præſtans in Regno, quod Dioniſius olim poſt Regnum pręſtare cœpit, nec pueris, vt ille, ſed Curijs, Vrbi, Viris omnibus; & cùm poſſet qua eminet dignitate deducere in album, quod priuatim agit, interpretis nomine contentatur & Iure Conſulti; qui vt Innocentius quondam, poſſet legislatorum honore delectari, vt indè cum doctrina, mores quoque legere posſis, familiaritate illa, quam neſcit habere legum aſperitas; fruere igitur, beneuole Lector, laboribus, quos prodiga tibi ſors offert, multis auara, & Illuſtrisſimum Authorem, vt decet, venerare; ſic namquè cum Praxi iſta, iam editis deciſionibus, & alijs proficere poteris, quæ prælo ſubſunt, & me ama; qui meis impendijs tantum hoc, & tàm grande beneficium, prout & cætera alia multa, paraui ad commodum tuum. Neapoli Kalendis Februarij Anno Saluris humanæ. M.DCXXXXVII.

IM-

Digitized by Google

IMPRIMATVR

Gregorius Peccirillus Vicar. Gener. Neap.

Franciſcus de Claro Canonicus Deputatus vidit.

Illuſtriſsimo, & Eccellentiſsmo Signore.

IL Regente Gio: Franceſco Sanfelice dice à V.E. come hà da ſare ſtampare vna Prattica Giudiciaria. Per tanto ſupplica V.E. commettere la reuiſione di quella à chi comandarà, & l'hauerà à gratia da V.E. vt Deus, &c.

Magnif. V. I. D. Io. Iacobus Anichinus videat, & in ſcriptis referat S. E.
Caracciolus Regens.

Prouiſum per S.E. Neap. die 28. Sept. 1646. De Giorno.

Illuſtriſſime, & Excellentiſſime Domine.

SPectabilis D. IO. FRANCISCVS SANFELICIVS ſummus à latere Conſiliarius, ac Regens Regiam Cancellariam Digniſſimus, Vir probitate & doctrina inter paucos conſpicuus, ac Patritius Neapolitanus, quæ ab ineunte ætate ad hanc vſq; diem collegit pertinentia ad praxim omnigenam, & ad ordinis Iudiciarij omnia quęſtionum monſtra ſuperanda, ac referenda penetralia, depromit typis poſt æditas Deciſiones, ratus quod in menſa ſapientiæ, inq; conuiuio Iuris prudentiæ noua aſſiduè fercula conueniat exhiberi. Eximium hoc Opus, cuius inſcriptio: *Praxis Iudiciaria, ſiuè de Ordine Iudiciorum, Ciuilium, Criminalium, & mixtorum*, maximi præſcripto Senatus in Regno, cùm, qua potui diligentia introſpexerim, theſaurum inueni doctrinæ ſanæ, ad reconditos iuris noſtri ſenſus facili iam negotio rimandos, ſolido tractu, & explicatione acquirendos, perſpexi planè ineſtricabiles ordinis iudiciarij in abſtruſiſſimos mœandros fulgentiſſimam lucem immiſſam, ac praxim omnigenam in Ciuitate, ac Regno luce noua luſtrari, & illuſtrari, vti tamen Spectabilem Authorem decebat iuris noſtri Antiſtitem, Virum Primarium, eundemq; doctiſſimum, cuiq; natum, & aptum Reipublicæ ornandæ, & ruendæ contigiſſet ingenium, & indè laudes nunquàm deſituræ ob candorē Viri eximium, ob rarū & vehemens de ſingulis benemerendi, Regiſq; ſimul & Regni negotium promouendi, ſtudium, cumq; in eo, vtpotè eius, qui inoffenſo ſemper pede graditur, nihil inuenerim contra Regiam Iuriſdictionē, plura pro Iuriſdictione: aduerſus Religionem & mores nulla, pro religione, & moribus multa ſatis & egregia, quæ ædificent, quę proſint, quæ inſtruant, quæ delectent, & vt vnica voce dicam, nihil non aureum, immò quo myſtici labyrinti difficillimis locis iacentibus in tenebris lux poſſit oriri; & hæc omnia, ac pleraq; alia, quæ ſilentium modeſtè premit, Opus reddant, vt laude & luce, ità prælo digniſſimum, cenſeo non permittendam tantummodò, ſed & iubendam editionem, etiam quia poſſit quiſquis ea leget, Authoris candorem rarum admodum mirari, laudare ingenium, iudicium æquè amplecti, tamq; fœlicem, & vberem ingenij venam decantare, facultatēq; ſcribendi, quam, vt prodeſſet, nactus eſt. Hoc meum votum. Neap. ex Aedibus noſtris 19. Octob. 1646.

Excellentiæ Tuæ

Seruus deditiſſimus
Io. Iacobus Anichinus.

Viſa ſupradicta relatione Imprimatur.

Zuſia Reg. Caſanate Reg. Sanfelicius Reg. Caracciolus Reg. Capicius Latro Reg.

Prouiſum per S.E. Neap. die 26. Octob. 1646. Grimaldus.

Digitized by Google

ELOGIVM.

ILLVSTRISSIMO DOMINO

D. IO. FRANCISCO SANFELICIO

REGIAM CANCELLARIAM

Regenti Dignissimo.

Qui

Non, vt Cæsar Lusorias cartas, sed supplices miserorum libellos manu versat.
Non, vt Caligula pronuncianti, canentiuè tragœdo gestum, vocemq; accomodat, sed Reipublicæ lyram, ad pacem, Ciuiumquè concordiam temperat.
Non cum Domitiano muscas, sed latrones captat, vt, eo Regente, nec muscæ quidem, quæ quicquam alienum suffuretur, reperiatur.
Nùm Heliogabali leues curas imitatus, aranearum telas ponderatè non quidem sed legibus pondus, ac neruos addit, ne aranearum telæ ad instar, eas Nobiliorum obrumpat potentia.
Num Neronis exemplo libratis funabulorum spectaculis dat operam? minimè, sed vt vtramque iustitiæ lancem æquilibrat.
An saltem Vespasiano non impar scurrili parasitarum capitur dicacitate? immò verò grauissimus SANFELICIVS sapientissima Prudentum responsa exquirit, & confectatur;
Quæ in hac Iudiciaria Tribunalium Praxi, quasi in speculo reuerberant, quid, quemque Tribunalia sequentem, agere oporteat, vt firmum reddat processum, sin', vno omisso, euanescit.
Spirat itaquè rectum iudicium apud Iudices, allicit Patronos causarum, a dolis præcludit viam.
Vndè sicut ver inter anni partes, vnus Sol inter Sydera, vnum Cœlum omnia complexu suo coercet, ita hic vnus Liber de omnibus triumphat.
Ver appellari potest hoc Opus floridum, ac amænum, vestitum virentibus Iuris Pontificij, ac Cæsarij monumentis, ornatum sententiarum floribus, Iurisprudentiæ donis cumulatum, Iurisperitorum responsorum fontibus irriguum.
Solem cur non appellem hanc illustrem, eruditamquè lucubrationem, quæ Sua se luce signat, & æquali interuallo cunctis Doctis, qui quoscunque tractus telluris habitent, obuiam se est oblaturusè
Et quare Cœlum vocitare verebor? Nam sicut *Cæli enarrant gloriam Dei*: Nonne Opus hocce præclaris. Cœlum vocandum, in quo abstrusa Iustitiæ, quæ in se virtutes continet omnes, arcana luculenter enucleantur? Et quid item agendum, & à quibus abstinendum præscribatur?

Hic rebus sanctis legalia soluere vincla.
Edocet, & Populos, quæ fugienda, monet.
Hic vbi, quo Prætor Populis quæsita ministret,
Iura docet mira sub breuitate bonus.
SANFELIX noster Iuris, legumque peritus,
Iam viuas FELIX, dum requiescis humi.

D. Io. Petrus Massarius S. Sedis Apostol. Protonotarius S. Theol. Profes. & V.I.D. Beneuolentiæ ergo, & beneficiorum Memor.
C.D.Q.

Digitized by Google

INDEX DECISIONVM SVPREMORVM TRIBVNALIVM REGNI NEAPOLIS.

Quarum mentio eſt, aut integra ſunt exempla in Opere iſto,

ALPHABETICO ORDINE AD LECTORIS commodum, digeſtus.

DECIS. I.

De accenſione candelæ ſuper affictu quatuor carolenorum ſuperindictorum pro modio Salis.

DEciſio Collateralis Conſilij ſuper accenſione candelæ Arrendamẽti carolenorum quatuor ſuper ſale impoſitorum, non obſtante vnione cum alijs impoſitionibus, petita per Ciuitatẽ & alios ſect. 29. n. 9. f. 124.

DECIS. II.

De Aſſiſtentia.

ASſiſtentia ſi petatur ſuper feudo obligata abſque aſſenſu, præſtatur pro credito ſine aſſenſu ſuper allodialibus, ſalua prouiſione facienda ſuper petita coactione ad vẽdendum feudũ, ſect. 13. num. 4. fol. 30.

DECIS. III.

De Barone citando.

DEciſio S.C. quod Baro ſufficit, ſi citetur in loco feudi, ſect. 12. nu. 5. fol. 29.

DECIS. IV.

De Carcerato extrahendo extra domicilium ob defectum tuti carceris in Patria.

PRouiſionales decretationes Collateralis Conſilij, quibus conceditur facultas Baroni terræ Montiscaſioli, quod ſtante defectu carcerum in terra Carpineti, valeat extrahere vaſallos ad terrã Montazzoli vicinam, ſect. 9. num. 16. fol. 21.

DECIS. V.

De Eodem.

ALia prouiſiones conſimiles ad inſtantiam Gubernatoris Roccæ Raſi, quibus conceditur illi facultas transmittendi carceratos ad carceres terræ Roccæ cinquemiglia einſdẽ Domini, ibi.

DECIS. VI.

De Caſtellano.

CAſtellani non habent iuriſdictionem in ſubditos ſuos extra Caſtrum delinquentes, nu. 3. in fin. fol. 264.

Digitized by Google

INDEX

DECIS. VII.

.tate Neapolis per quot Sedilia repræsentetur.

DEputatorum Ciuitatis Neapolis decisio, qua decernitur, Ciuitatem repræsentari per quinque Sedilia, non per Electos; & super quibus Electi possint se intromittere, sect. 15. n. 7. fol. 40.

DECIS. VIII.

De Chirothecarijs.

CHyrothecarios non posse aperire apothecam aliquam, nec vendere bona pertinentia ad artē, quæ dicitur, de pellettari, absque licentia, & approbatione Consulum, refertur per Collat. decisum, sect. 16. nu. 9. & 10. fol. 45. Decretum confirmans fol. 239.

DECIS. IX.

De Collatione Archipresbiteratus Altamuræ.

PER Collaterale decernitur, collationem Archipresbiteratus Altamuræ spectare, non ad Dominum vtilem dictæ Ciuitatis, aut ad Excellentissimos Proreges, sed solū ad Captolicam Maiestatem, sect. 24. num. 25. fol. 75.

DECIS. X.

De Collatione Canonicatuum Luceriæ ad quem spectet.

COllationem Canonicatuū Ciuitatis Luceriæ decernitur spectare ad Regem Catholicum, sect. 24. nu. 25. fol. 76.

DECIS. XI.

De Conceptis Neapoli ad Collegium admittendis.

DEcreta Collegij Neapolitani, quibus admittuntur concepti Neapoli ad Collegium, fol. 237. 241. & 242.

DECIS. XII.

De Congregatione prohibita, si fiat ad æmulationem.

PRohibetur per Collaterale congregari in ædibus Societatis Iesus Congregationem Sancti Iuonis ad emulationem alterius erectæ in ædibus SS. Apostolorū Clericorum Regularium, fol. 262.

DECIS. XIII.

De Creditore ex causa lucratiua anteriori, an præferatur creditori posteriori ex causa onerosa.

ANteriorem creditorem ex causa lucratiua præferri posteriori ex causa oneroſa, concurrente vtriusque hypotheca, contra decis. Reg. Rouit. 48. *sect. 27. num. 62. fol. 118.*

DECIS. XIV.

De Delegatis, & delegationibus an, & quando procedant post literas Suæ Captolicæ Maiestatis.

DElegati procedant in causis inceptis coram eis vigore delegationis; in causis verò inceptis post literas S. M. non procedatur per Delegatos, sed per Ordinarios, quibus erat priùs causa commissa, si vsuunt, si verò ordinarij sunt mortui, ipsi Delegati procedunt, vt ordinarij, sect. 16. num. 11. & 12.

DECIS. XV.

De Eodem.

ALiud eiusdem tenoris decretum, sect. 16. num. 18. fol. 48.

DECIS. XVI.

Delegati an condemnent equites Sacri Velleris absquè Paribus.

DElegatos procedere posse aduersus Aequites Sacri velleris ad condemnationē absq; Paribus, sect. 22. n. 9. f. 68.

DE-

Digitized by Google

bus remissum fuit S. C. sect. 30. n. 16. fol. 128. & fol. 266.

DECIS. XXXVIII.

De eodem, & an in causa remedij Capitulorum Regni petatur accessus super faciem loci.

CONfirmatur decretum in gradu reclamationis, non obstante accessu super faciem loci petito, sect. 30. num. 17. fol. 128.

DECIS. XXXIX.

De Remissionibus causarum.

REmittitur causa per Collater. Consilium inter Praesidentē Pisanellū, & partes, de qua pendebat lis in S. C. ad idem S.C. sect. 17. num. 4. fol. 50. & fol. 243.

DECIS. XXXX.

De eodem, & ad quem pertineat cognitio articuli, an causa sit remittenda.

DEcisio Collateralis, quod pendente lite remissionis Ministrorum Camerae in S. C. illudmet Tribunal S.C. super remissione prouideat, sect. 17. num. 7. fol. 5.

DECIS. XXXXI.

De eodem, & ad quem pertineat notio articuli remissionis causę, si vertat in S.C. lis de successione fratris vterini.

EIusdem Collater. decisio inter Marchionem Gruptulae, & Regium Fiscum vertente quaestione de successione fratris vterini in S. C. petita remissione ad R.C. fuit dictum, quod super supplicatis prouideat S. C. verùm si contigerit tractari de articulo successionis, eius decisio remittatur ad R.C. Summariae, sect. 17. nu. 10. fol. 51.

DECIS. XXXXII.

De eodem, & an cognoscat Auditor Generalis Exercitus de homicidio commisso per subditum intus Ciuitatem Neapolis.

DEnegatur remissio causae ad Tribunal Gener. Auditoris Classis Maritimę per M.C. Iosephi de Rao inquisiti de homicidio intus Ciuitatem, sect. 19. n. 7. f. 58.

DECIS. XXXXIII.

De Eodem.

ALia refertur decisio S. C. in simili causa generalis Classis, ibid fol. 59.

DECIS. XXXXIV.

De Eodem.

REmittitur causa Curiae Admiratiae delinquētis in mare, sect. 25. n. 16. f. 81.

DECIS. XXXXV.

De Eodem.

DEnegatur remissio causae Actuarij S.C. ad ipsius Tribunal, & retinetur in Collaterali, fol. 235.

DECIS. XXXXVI.

De Eodem.

REmissio datur Officialium R. C. S. etiam si pendet iudicium concursus creditorum in S.C. fol. 239. & 240.

DECIS. XXXXVII.

De Eodem.

REmittitur causa Fabritij Cēnami Praesidis R.C.S. ad eandē R.C. ēt quod esset inter partes, & extra officium, fol. 244.

DECIS. XXXXVIII.

De Eodem.

DEnegatur remissio Regiae Camerae, & mandatur per Collat. quod remaneret causa in S. C. ob potentiam aduersarij,

INDEX

DECIS. XXXXIX.

De Actuario S. C. non remittendo ad S. C. Præsidem, vbi interuenit pro gubernio alicuius loci.

NOn remittitur Actuarius S. C. pro causis non proprijs, sed vbi interueniat pro gubernio locorum, & fuit causa remissa Delegato, fol. 274.

DECIS. L.

De Repulsa danda, vel secùs in causis summarijs.

REpulsa datur etiam in causis summarijs, quando petitur pro tuitione causæ sect. 57. nu. 13. fol. 213.

DECIS. LI.

De Saluaguardia concedenda Vasallis litigantibus cum Barone.

PRouisionales decretationes aduersus Marchionem Cammarotæ pro Vniuersitate eiusdem litigante cum Barone, vt nõ molestetur, neq; cognoscatur per eius Officiales, sect. 9. n. 17. fol. 22.

DECIS. LII.

De eodem, & quando Baro procedat non obstante Saluaguardia.

DEcretum Collater. confirmans saluaguardiã vasallis Neritonis cõtra Baronem concessam, & declarantur casus, in quibus possit, illã non obstante, Baro procedere, fol. 136.

DECIS. LIII.

De Statu causæ, quando referri debeat in S.C.

QVando dubitatur de qualitate causæ, fuit decretum, quod S. C. relationẽ faciat in Collater. Consilio de statu causa, sect. 17. nu. 9. fol. 51.

DECIS. LIV.

De suspictionibus Officialium.

COgnationem spiritualem cum patre, reddere suspectum Iudicem in causa filij, sect. 22. num. 4. fol. 67.

DECIS. LV.

De eodem, & quod Præses S.C. suspectus ex causa inimicitiæ sit suspectus etiam in delegando.

PRæsidem S.C. suspectum ex causa inimicitię in iudicando, esse suspectum etiam in delegando, sect. 40. nu. 13. fol. 159. & fol. 272. & 273.

DECIS. LVI.

De Eodem, præsertim cùm in delegando requiritur cognitio causæ.

SVspictio in delegando procedit non solùm ex causa inimicitiæ, sed etiam vbi in delegando requirèretur causa cognitio, quo casu suspectus ex alia causa in cognoscendo est suspectus in delegando, sect. 40. nu. 16. fol. 159.

DECIS. LVII.

De eodem, & an sit iusta causa suspictionis in delegãdo, si Præses S.C. consuluit cautelas.

IVstam esse causam suspictionis in delegãdo, quando Præses S.C. consuluit cautelas, fuit decisum in causa Principis Petræ Elcinæ, & Ducis Acheruntiæ, sect. 40. nu. 17. fol. 159.

DECIS. LVIII.

De eodem, & an sit iusta causa, quod quandoquè fuerit lis cum Officiali, quamuis finita.

SVspictionem esse iustam, si fuerit inter Officialem, & partẽ litigantẽ lis, quãuis fuerit terminata, sect. 40. n. 17. f. 160.

DECIS. LIX.

De Eodem.

SVspictionum capita recipi debẽt seruata forma Regiæ pragmaticæ contra Commissariũ, pro capiẽda informatione in partibus, fol. 269.

DECIS. LX.

De eodem, & quando nõ debeat proponi, aut decidi formitèr in Tribunali, vbi lis adest.

SVspictione proposita, ex capitibus, & grauaminibus gravibus, quæ non possent proponi formiter, sit sine expressione causæ prouisio per Collaterale, cum Domino Prorege, fol. 272.

DECIS. LXI.

De Vitæ spiritu insufflando in causis delegatis à Principe.

VItæ spiritus insufflatur in causis delegatis à Principe, sect. 35. nu. 22. fol. 138.

IN-

Digitized by Google

DECISIONVM.

DECIS. XVII.

Delegati à Rege cùm nolunt procedere, quid agendum?

DElegati à Rege si nolint exercere, posse Collaterale, & Dominũ Proregem, alium loco illius substituere, dũmodò procuretur confirmatio à S. M. fol. 238.

DECIS. XVIII.

Delegati Nationum quod remaneant.

DElegati remanent quò ad exteras Nationes, fol. 239.

DECIS. XIX.

De donatiuorum forma reducenda, & quãdo, ad solitum per Coll. Consil. absque subscriptione Deputatorum Ciuitatis Neapolis.

QVod donatiuum oblatum S. M. per Plateas, & assignamentum corporum, super quibus esset exigendum donatiuum, redigatur ad formam conclusionis consuetam, & debere subscribi per Deputatos, aliàs subscriptione non facta, habeatur conclusio pro subscripta & firmata, & pro exequutione stipulentur cautelæ cum destinatione personæ in actibus faciendis, vt iuxis.

Præstaturquè assensus super designatione corporum pro donatiuo, sect. 36. num. 15. fol. 143.

DECIS. XX.

De his, qui ven. etat. impetr. contra voluntatem testatoris.

PEr Collaterale Consilium moderatur ætas ad annos 18. quando fuit per testatorem prohibita facultas haredi alienandi vsque ad 25. annum, & datus ordo vsquè ad certam ætatem manendi sub cura, sect. 26. num. 8. 9. & 11. fol. 92. & 93.

DECIS. XXI.

De exceptione adimplementi non sequuti opponenda ante litis contestationem.

EXceptio, tu non adimpleuisti ex parte tua, *opposita post contestationem litis, fuit reiecta per Collaterale Consilium, & dictum*, te inimu datus currat, sect. 46. nu. 18. fol. 172.

DECIS. XXII.

De Pœna Titulatorum pro crimine Fellonię infligenda cum Paribus Curiæ.

IN crimine Fellonię proceditur contra Titulatos ad decreti prolationem, condemnando eos ad mortem, & publicationem bonorum cum Paribus Curiæ, sect. 22. num. 10. fol. 69.

DECIS. XXIII.

De filijs carceratis ad Patris instãtiam, an patri sint consignãdi, vel puniẽdi.

FIlius carceratus ad patris instantiam cum armis prohibitis non potest puniri, sed patri erit consignandus, sect. 22. nu. 5. fol. 67.

DECIS. XXIV.

De Fisco restituendo, vel secùs aduersùs sententias latas per Iunctam, quę repræsentet authoritatem Præfecti Prætorio.

FIscum non posse lata sententia per Iunctam, repręsentantem authoritatem Præfecti prætorio, obtinère post quatuor annos per restitutionẽ in integrũ, venditionem Officij Dohanerij Ciuitatis Caietę, sect. 43. nu. 13. fol. 169.

DECIS. XXV.

De foro delicti attendendo in puniendo delinquente.

FOrum delicti attẽdi circa punitionem delinquentis, etiam quòd ille sit alterius iurisdictionis, sect. 25. n. 15. f. 80.

Digitized by Google

INDEX

DECIS. XXVI.

De grauaminibus illatis per Iudicem à quo, si cognoscat Iudex ad quem, an & quãdo causa remicti debeat ad Iudicem à quo.

PAtefacto grauamine in interloquutorio deuolui totam causam Iudici ad quem, & Delegatum à Principe, decisum in causa Auditoris Exercitus in Collaterali, fol. 280.

DECIS. XXVII.

De iuramento suppletorio an detur post concluſum in causa.

IVramentum suppletorium dari, etiam post concluſum in causa, fuit decisum per Collaterale in causa Porteriorum, sect. 58. nu. 32. fol. 219.

DECIS. XXVIII.

De Officialibus, an, & qui possint amoueri per Dominos Proreges.

OFficiales supranumerarij amoti per Dominos Proreges, Ducem Ossunę, & Admiratam Castella recenſentur, sect. 3. nu. 24. fol. 11.

DECIS. XXIX.

De paritate votorum an possit dirimi abſentibus adiunctis.

PAritatis ad articulum dirimendum, si dentur adiuncti, non poſse illis abſentibus procedi in causa, fol. 261.

DECIS. XXX.

De recuſatione Iudicis varias ob causas, & an proponatur abſq; depoſito.

DEpoſitum pœna requiri in recuſatione Secretarij, & Delegati ad informationes, per Collater. deciſam, f. 267.

DECIS. XXXI.

De Eodem.

ITerum in causa Comitis de Mola cum Duce Petrizzi, fol. 268. nu. 13.

DECIS. XXXII.

De Eodem.

ET in recuſatione Auditoris Capiblanci, & alterius Delegati, fol. 268.

DECIS. XXXIII.

De Eodem.

CAuſam recuſationis eſſe intereſſe vaſallorum, deciſum in Collat. fol. 269.

DECIS. XXXIV.

De Regio exequatur an concedi debeat non obſtante vitio litigij.

PEndente lite ſuper coactione ad vendendum feudum in decreto reſeruata, concedendum eſſe Regium exequatur ſuper aſſenſu feudi venditi, non obſtante vitio litigioſi, deciſum per Collat. Conſilium, sect. 13. nu. 10 fol. 33.

DECIS. XXXV.

De reintegrando expulſo à Cathedra.

REintegratur A. M. D. Aemilius Ferrillus ad Cathedram Lecturæ Medicinæ contra A. M. D. Hieronymum Fortunatum, sect. 3. num. 20. fol. 10.

DECIS. XXXVI.

De Relationibus.

RElatio ordinata per Coll. vbi à Præſidente S. C. non fit infra dies quindecim de verbo faciendo denegato, Collaterale prouidet ſuper eo, fol. 276.

DECIS. XXXVII.

De remedio Capitulorum Regni.

REmedium Capitulorum Regni ſuper violentijs, non obſtantibus nullitatibus

Digitized by Google

INDEX RESCRIPTORVM, SEV LITERARVM SVAE CAPTOLICAE MAIESTATIS, ET SVPREMI ITALIÆ CONSILII,

De quibus mentio est, aut exemplar in Praxi ista, Alphabetico ordine digestus.

I

De Accessu super faciem loci.

PRohibetur accessus omnium Iudicum super faciem loci, & super eo datur forma, sect. 56. n. 3. fol. 209.

II

De Adiunctis, & vnione Aularum.

ADiuncti prohibentur dari, & vnio Aularum fieri per Regentem domi, sed in Collaterali fieri debēt, sect. 3. nu. 6. fol. 8.

III

De Aetate doctorandi, an & quando possit super illa dispensari, & dispensatus ad officia promoueri.

POsse, non obstante pragmatica, dispensari super ætate doctorandi, dummodò sit ætatis 18. annorum, & non promoueatur ad officium, nisi per biennium ante fuerit in gradu doctoratus, & fuerit ætatis 24. annorum, sect. 26. nu. 3. & 4. fol. 91.

IV

De Ciuitate Neapolis administranda per Sedilia.

LIterę S. M. concernentes administrationē Ciuitatis Neapolis per Sedilia, quibus constat Ciuitas, sect. 15. n. 8. fol. 41.

V

Collaterale quomodò tunc rescribat in causis vertentibus in S. C.

QVod Regentes non dicant, S. C. *veniat processus*, vel *exequatur sententia*, sed tantum dicant, S. C. *vel causa Commissarius relationem faciat in Collaterali Consilio de statu causæ*, sect. 3. num. 7. fol. 8.

VI

De Eodem,

Et an & vbi mandari possit Præsidi S.C. quod faciat relationem de denegato verbum faciat, vel prouideri per Collat. Consilium, quod fiat verbū in S.C.

QVod Regentes non possint, nisi in Collaterali mandare Præsidēti S.C. quod faciat relationem, quādo à decreto Commissariorū nō concedit verbum faciat, nisi in causis grauibus, & infrà dies quindecim si non fiat relatio, Collaterale prouidet pro verbo faciendo, fol. 274.

VII

De Decretis, & Decretationibus prohibitis fieri per Regentes propria eorum manu, aut domi.

QVod nullum decretum fiat propria manu Regentis, sed Scribę, sect. 3. n. 5. fol. 8.

VIII

DEcretationes, quod de grauaminibus prętensis à Pręside, vel Commissario causæ, vel à duabus Aulis, vel de dandis adiunctis, aut verbum faciat, non fiant domi, sed in Collaterali, sect. 3. num. 6. fol. 8.

IX

De Delegationibus an & quæ fuerint sublatæ

TOlluntur omnes delegationes in causis etiam piorum locorum, exceptis delegationibus exterarum Nationum, Hospitalis S. Iacobi, & San-

Digitized by Google

& Sanctissimæ Annuntiatæ, sect. 16. nu. 13. fol. 46.

X

De Eodem.

PRouisiones super delegationibus causarum piorum locorum, & Vniuersitatis, fol. 263.

XI

De Electis Ciuitatis Neapolis, qui illam represententur.

EXempla, quibus constat Electos repræsentare Ciuitatem Neapolis, sect. 15. nu. 5. fol. 39.

XII

De Matriculis.

NOn posse dispensari super matriculis doctorandi, nisi finito quinquennio, fol. 244.

XIII

De Iudicibus M. C. V. non eligendis vltrà biennium.

IVdices M. C. V. vltrà biennium eligi prohibentur, sect. 3. num. 23. fol. 11.

XIV

De Nobilibus Sedilium, quod nõ alliciant ad eorum nobilitatem, vel renuncient litibus absque ordine S. Maiestatis.

NOn posse Nobiles Sedilis allicere ad nobilitatem, etiam cognita iustitia, nec liti inceptæ renunciare absque ordine S. M. ad quem est recurrendum, sect. 14. nu. 3. f. 34.

XV

De Officialibus, quod non creentur supernumerarij.

OFficiales supernumerarij prohibentur creari per Proreges sect. 3. n. 23. fol. 11.

XVI

De Prouisionibus Coll. Cons. non firmãdis ab vno, sed ab omnibus Regentibus.

PRouisiones Collateralis Consilij nõ possint à solo Regente firmari, sed ab omnibus.

XVII

De Recusationibus Officialibus examinandis in proprijs Tribunalibus, & non per Cedulas, seù per Scriptorium, & quando secùs.

REcusationes Officialium, quod non fiant à Prorege, sed forma ibi data, fol. 270.

XVIII

NOn possunt per cedulas Proregis recusari Officiales, fol. 270. vide tamen fol. 271.

XIX

De Relationibus causarum S. R. C. an & quando possit mandari, quod fiant in Collaterali Consilio.

PRohibetur mandari S. R. C. quod relationem faciat in Collaterali in causis inter partes, vbi non adsit interesse Regij Fisci, sect. 3. n. 3. fol. 7.

XX

De Remissionibus causarum.

REmissiones à Commissario Campaneæ non fiant Baronibus, nisi consulto Regente Collateralis, superintendente Campaneæ, fol. 280.

XXI

De Sedilibus Ciuitatis Neapolis congregandis, vel secùs absque licentia pro tractandis negotijs.

QVod liberè possint Sedilia se congregare pro tractandis negotijs absquè licentia Tribunalis, vel Proregis, nisi in casibus notatis, & qđ possint nominare personam, quæ assisteret apud S. M. sect. 15. num. 9. & 10. fol. 41. & 42.

XXII

ALiæ literæ S. C. M. circa congregationem Sedilium recensentur, sect. 15. nu. 12. fol. 42.

ELEN-

Digitized by Google

ELENCHVS ARGVMENTORVM.

Quæ in hoc Opere continentur.

Sect. 1.

VErba huius Pragmaticæ, *sine figura iudicij, sola facti veritate inspecta*, quid operentur. fol. 2.

Sect. 2.

NOmen Iudicis ordinarij in literis citatorijs est apponendum, eiquè competit cognitio, si opponatur de competẽtia. fol. 4.

Sect. 3.

IVdices ordinarij, qui sint in Regno, & qui dicantur competentes; & an Iudices ad beneplacitum dicãtur perpetui, & possint, vel secùs remoueri sine causa ab alio, quàm à Principe. fol. 7.

Sect. 4.

TEmpus est apponendum in literis citatorijs. fol. 11.

Sect. 5.

IN citatione nominandus est aduersarius. fol. 12.

Sect. 6.

IN citationum literis requiritur assignatio loci coram Iudice delegato: & quid, quando locus non est tutus, vel sit in eo pestis, vel aeris intemperies: & quid si comparuit reus per citationem nullam. fol. 13.

Sect. 7.

QVomodo contrahatur domicilium, & quomodo probetur; & an dignitatis origo eximat à iurisdictione Iudicis domicilij, & de prærogatiua fori domicilij.

Et an ratione matrimonij mutetur domicilium, etiam ex priuilegio competente marito Neapolitano.

Et quid si mulier Neapolitana sit nupta extero. fol. 14.

Sect. 8.

DOmicilium an ad libitum mutari possit. fol. 17.

Sect. 9.

VAsallus, filius, vxor quando possunt recedere à potestate Domini, patris, & mariti; & an, & quando ei dos sit restituenda; & quis sit Iudex taxationis alimentorum vxori præstandorum durante separatione; & an Baroni sit licitum alteri dare vasallum. fol. 18.

Sect. 10.

AN mutato domicilio in casu, in quo licèt mutari quis possit, & conueniri in foro primi domicilij. fol. 24.

Digitized by Google

ELENCHVS

Sect. 11.

DEbitor conuentus quãdo possit declinare forum contractus. fol. 25.

Sect. 12.

FOrum quis sortitur ratione rei sitę, quãdo sit competens. f. 29.

Sect. 13.

LItigiosa res quando dicatur, si in assensu non sit facta de ea mentiõ: & si in præiudicium tertij tendat, an sit nullus, & sit Regi rescribendum. fol. 30.

Sect. 14.

SOrtitur forum quis allectione; & quomodo obseruatur per *Electos* Ciuitatis Neapoli in allectione prædicta; & de admissione Nobilium de Sedili ad Collegium DD. fol. 34.

Sect. 15.

DE iurisdictione *Electorum* Ciuitatis Neapolis cum literis Regis Ladislai, cum facultate cõgregandi Plateas, seù Sedilia, liberè absquè prohibitione, ac etiã facultate eligendi *Oratorem* procuratorem apud Captolicam Maiestatem; & an *Electi* representent Ciuitatem. fol. 36.

Sect. 16.

IVdex sit competens occasione delegationis, & quid circa delegationes rescripserit Sua Maiestas, præsertim in beneficium piorum locorum S. *Iacobi*, & Sanctissimæ Annuntiatæ, *Ducis* Florentiæ & Nationum. Item de statutis artium, ac de ordine procedendi in causis delegationum. fol. 43.

Sect. 17.

MInistri Regiæ Cameræ an in eorum causis sint conueniẽdi in Regia Camera; & an ibidẽ sit remittenda causa, quæ pendet in S. C. si ratione exempli potest præiudicium facere Fisco. fol. 49.

Sect. 18.

DE iurisdictione Gubernatoris gregis equorum, quò ad Ministros in exercitio delinquentes, actiuè, & passiuè.

Et quando iurisdictio censeatur cõcessa priuatiuè, & quando copulatiuè in officijs. Ac de clausula quando refertur ad præcedentia. fol. 51.

Sect. 19.

FOrum quando quis sortiatur ratione damni illati, vel communis Patriæ, aut ex aliquo priuilegio. Et an ratione militiæ miles gaudeat pro communibus delictis. fol. 57.

Sectio 20.

DE delicto indebitæ carcerationis, & de temperandarum pœnarum. fol. 60.

Sectio 21.

EXequutio piarum dispositionũ, quando ad Episcopos, & quãdo ad Tribunal Fabricæ spectet. fol. 66.

Sectio 22.

DE competentia ratióne patriæ potestatis, & priuilegium circa ciuilitatem patris, an extendatur ad filios. Et quomodò procedatur in iudicio imputationis felloniæ; siquè in eo interueniant Pares Curiæ cum Delegatis. f. 67.

Sectio 23.

Digitized by Google

ARGVMENTORVM

Sectio 23.

PRiuilegiatus an gaudeat priuilegio fori in annexis; quando sunt diuersi fori, actor & reus, an possit diuidi continentia causæ; Item de priuilegio Collegij, & an consensus Collegiati præiudicet iurisdictioni Collegij. fol. 70.

Sectio 24.

IN concessione feudi an emat ius conferendi beneficia Ecclesiastica, in qua *Rex* reperitur in possessione conferendi. Et an & quando sint laici capaces, præsertim Principes, *Imperatores*, & Reges. fol. 72.

Sectio 25.

DE *Iudice* in materia criminum, ac potentia Fori delicti, & iuxtà cuius loci statuta puniendus sit, qui est alibi conuentus; ac de competentia ratione offensionis, & vsurpatæ iurisdictionis, aut receptationis bannitorum; & demùm de reo plures habente *Iudices*, cuius erit electio, præsertim ex priuilegio; ac de clausula abdicatiua, delicto militari, siue cõmuni; & de iurisdictionibus, ac priuilegijs concessis. fol. 78.

Sectio 26.

DE impedimento & qualitate circa personam *Iudicis*. De ætate doctorandi, & *Iudicum*. De potestate Proregis, cum Collaterali Consilio, dispensandi voluntati testatoris super certa ætate disponendi, & administrandi. De ætate Aduocati, & Notarij. Ac de exercitio in propria Patria fol. 89.

DE SECVNDA PARTE Citationis.

Sectio 27.

CItatio realis, quando, quibus in casibus, contra quos permittatur; & per quem Iudicem; & an possit practicari contra debitorem sub modo, vel conditione; quomodo sit obseruandum in remissione facta ab offenso, cum clausula, *quod non accedat ad certum locum*; & an in casu inobseruantiæ sit instauranda accusatio; multisq; perpensis pro explicatione verborum, per quæ inducatur modus, vel conditio, & de differentijs inter eos; & an valeat perpetuæ prohibitionis conditio, seù modus, ac de pœna eximentis debitorem à manibus familiæ. De prælatione an detur creditori ex causa onerosa, contra creditorem ex causa lucratiua anteriorem; & quando liceat propria authoritate capere personam & bona, quomodòq; hoc pactũ practicetur contra debitorem decoctum, qui habetur pro mortuo. Ac de insinuatione, quando requiratur in donatione, & de donante, quod non teneatur, nisi in quantum facere potest, deducto ne egeat, idque beneficium an transeat ad hæredes, fideiussores & filios. fol. 97.

Sectio 28.

CItatio viua voce & per epistolã, quando & quomodo practicetur. fol. 119.

Digitized by Google

ELENCHVS

Sectio 29.

PRrincęps seù Fiscus, quando possit recedere à contractu, & quando rem communem vendere possit, aut locare. fol. *121.*

Sectio 30.

FOrma & praxis remedij Capitulorũ Regni pro tuenda possessione, & euitando violętias. f. *125*

Sectio 31.

QVolibet in negotio, qui sint citandi, & quando prędiudicetur non citatis. fol. *129.*

Sectio 32.

DE forma citationis ratione loci, in quo est citandus reus. f. *130.*

Sectio 33.

CReditor, si recipiat partem ab vno ex pluribus obligatis, quãdo & quomodo intelligatur facta, vel fiat diuisio ex receptione partis, & quomodo fiat diuisio. fol. *131.*

Sectio 34.

CReditor an petendo, vel recipiẽdo partem debiti, præiudicet sibi quòad maiorem debiti quãtitatem, & quando ab expensis excusetur conuentus; Per solutionem partis debiti, an soluens videatur totum debitum agnouisse. fol. *133.*

Sectio 35.

DE modo, forma, & tempore citationis per epistolam, an & quando dicatur circumducta, & quid operetur. De instantiæ peremptione, eaque an perimat in Concistorio Principis, in causis fiscalibus & Ecclesiasticis, quidquè seruetur in Collaterali Consilio. De processu in contumaciam, & de impedimentis, quę excusant, & quando admittantur excusationes. Et an & quando septuagenario admittatur detẽtio domi pro debito. De forma relationis facta citatione, ac de contumacia citati non comparẽtis. fol. *139.*

Sectio 36.

DE pœnis pro contumacia, contra quos locum habeant, & qui ab ijs excusentur. fol. *144.*

Sectio 37.

DE possessione ex primo decreto. fol. *147.*

Sectio 38.

DE refectione expensarum in restitutione possessionis contra possidentem ex primo decreto. De differentijs expensarum inter casum huius pragmaticæ, & casũ legis properandum. De cautione præstanda in purgatione contumacię, & ad ea quis admittitur, & an in ciuilibus poterit amicus purgare; ac de obseruantia in procedendo contra contumaces pro diuersis causis. fol. *150.*

Sectio 39.

EXceptiones respicientes personam Iudicis, quando sunt proponendę, & quæ sint: & de qualitate narrata in libello, quæ dat, vel adimit iurisdictionem. Exceptiones declinatorię iudicij, quãdo sint proponendæ, & de priuilegio superueniẽte, per quod eximitur quis à iurisdictione, quãdo possit opponi. fol. *154.*

Sectio 40.

Digitized by Google

ARGVMENTORVM

Sectio 40.

EXceptio recusationis Iudicis est opponenda in principio litis;& an expresè pronunciandum sit super exceptionibus dilatorijs, vel sufficiat, quod tacitè pronuncietur. Et quando exceptio post litem contestatam,reddat iudicium retrò nullũ,eaq; possit opponi post litis cõtestationé. Et an sit iusta causa recusationis alia lis cũ Iudice, & an resultet ex lite inimicitia, ità quod reddatur suspectus,etiam in delegando. Et de Iudice an possit propter negligẽtiam priuari, & quomodò tunc negligentia probanda sit. Et de Barone quando possit causam delegare.fol.157.

Sectio 41.

DE compromisso inter coniunctos, quaudo possit peti & prorogari,& quæ sit potestas Arbitrorum.fol.162.

Sectio 42.

EXceptio legitimationis personæ, quando possit opponi & reseruari ad merita; Exceptiones respicientes personas litigantium quæ sint,& quando possunt opponi,& quid in agente nomine alieno.fol.165.

Sectio 43.

EXceptiones respicientes libellũ, seù ipsam causam,quæ possunt opponi in vim dilatoriarum & peremptoriarum, quomodo & quando possunt opponi. Et an minor & Fiscus aduersus omissas ante litis contestationem dilatorias,restituatur.fol.167.

Sectio 44.

EXceptiones litis ingressum impedientes enumerantur, & quando opponi possunt, etiã post litis contestationem,& quomodo super ijs interloquendum sit.fol.170.

Sectio 45.

DE declarationibus, quæ practicantur in iudicio ad interrogationem; & an & quando teneatur procurator, aut hæredes declarare. Et de practica procedendi contra hæredem possessorem.fol.175.

Sectio 46.

TErminus quando possit arctari vel elongari, & habeat vim litis contestationis, probationesquè absquè termino probent,vel secùs; & quando sine termino & probationibus possit diffinitiuè causa determinari, quidquè obseruandum sit quòad receptionem testium absentium, vel impeditorum. fol.179.

Sectio 47.

DE articulis impertinentibus,an & quando reijciantur;& quãdo articulorum copia tradidi solita sit, aut terminus prorogari debeat; & admicti testium examen, explicatio termino peremptorio quis dicatur.fol.181.

Sectio 48.

PRæsentantur articuli in Regno loco positionis & articuli, sublata quauis distinctione, & super eis interrogatus principalis, quãdo

do & quomodo teneatur respondere, & an per procuratorem admittatur responsio, quidquè operetur responsio per verbum *credo*, vel *non credo*, & quando admittatur excusatio, quod non teneatur respondere.fol.185.

Sectio 49.

LIsta suspectorum Actuariorum & Scribarum, an danda sit, & quomodo remoueri debeant.fol.188.

Sectio 50.

TEstes sunt recipiendi parte citata; & an & quando probent recepti parte non citata; & quando & quomodo compellendi sint, etiam in causa ciuili, aut vnico testi credatur.fol.189.

Sectio 51.

PRobatio per apocas, quando sit sufficiens; & an, & quando creditor virtute apocæ anterioris præferatur creditori instrumentario posteriori.fol.192.

Sectio 52.

DE probatione per libros, & an & quando libri probent confessionem in libris contentam.f.196.

Sectio 53.

SCriptura, an & quando probetur ex sigilli impositione, siuè publici, siuè priuati.fol.198.

Sectio 54.

DE confessionibus iudicialibus & extraiudicialibus, an & quando noceant, & probent etiam contra tertios.fol.200.

Sectio 55.

DE forma præstandi iuramentum, & an sufficiat, quod præstetur super quacumque scriptura, licèt non sacra, vel requiratur tactus ad Sacra Dei Euangelia.fol.205.

Sectio 56.

QVod salarium debeatur Iudici, ac de expensis, & prohibitione omnium Iudicum ad accessum.fol.208.

Sect.57.

PVblicatio examinis quando & quomodo fiat, & an omissa vitiet processum, explicata materia repulsæ, & repulsę repulsæ, ac casibus & personis, quibus aut concedatur, aut denegetur; & quando possint præsentari scripturæ, vel secùs, data repulsa.f.211.

Sectio 58.

DE articulis impertinentibus, & quando, ac quibus competãt beneficia, liceatquè publicato processu producere testes, ac ponere idem & de directo contraria positis ab aduersario, explicata materia conclusionis in causa, quomodo fiat, an sit de substantia, & post illam posit aliquid produci.fol.216.

Sect.59.

COnclusione facta in causa an expedienda sit monitio ad dicendum & allegandum, eaquè an sit de substantia, & vtrùm coram nouo Commissario requiratur noua citatio.fol.221.

Sectio.60.

DE iudicio assistentiæ, vndè ortum duxerit, & quomodo in eo procedatur, excusso, vel secùs principali, contra tertium possessorem; & an & quando eius sẽ-

ten-

Digitized by Google

tentia exequatur, non obstante appellatione, vel nullitate proposita, relatis alijs casibus, in quibus appellatio non impedit exequutionem iudicati. fol. 223.

Sectio 61.

LItis expensas, an & quando victus victori reficiat; & an & quando Iudex debeat litigantem ad illas condemnare, quamuis non petantur, possitque, & quo temporis interuallo, addere condemnationem ad expensas, quas omiserit in decreto & sententia. fol. 229.

Sectio 62.

DE euictione vt possit agi, requiritur denunciatio, quæ, cui, & quomodo facienda sit, & in qua parte iudicij, maximè quando adsunt mulier, aut minores; Et an & quando supersedendum sit in causa propter denunciationem, vetusquè actio maneat, vel secus. fol. 233.

In Increm. add. ad Sect. 3.

ADiuncti dati ad supplendum numerum, vel ad paritatem dirimendam, an & quando habeantur vt ordinarij, & possint remoueri sine causa, vel secùs. fol. 261.

In Increm. add. ad Sect. 19.

CAstellani, quam habeant in milites Castri iurisdictionē, & præsertim in Castro nouo huius Fidelissimæ Ciuitatis, & quis erit Iudex. fol. 263.

In Increm. add. ad Sect. 40.

RECusatis Spectabili Secretario Regni, ac Delegatis ad capiendas informationes & causas, vltra eorum officia vbi recusantur, an requiratur depositum pro pœna, seruata forma Regię Pragmaticæ. Et de extensione pœnalis dispositionis, ex identitate rationis, de persona ad personā. fol. 267.

Finis Indicis Argumentorum.

Digitized by Google



Digitized by Google

PRAXIS IVDICIARIA

Siuè DE ORDINE IVDICIORVM CIVILIVM, CRIMINALIVM, ET MIXTORVM.

Ac

COMMENTARIA AD PRAGMATICAS, RITVS M.C.V. Et Regni Leges. Quibus ordo, ac praxis Tribunalium Regni absoluitur.

AVTHORE

D. IO. FRANCISCO SANFELICIO PATRITIO NEAPOLITANO, INVICTISSIMI HISPANIARVM REGIS PHILIPPI IV. In Regno Neapolis Summo à Latere Consiliario, ac Regente Regiam Cancellariam.

Præfatio.

POST editas à me Saeri Consilij, aliorumq; Regni huius Supremorum Senatuum Decisiones, Edo PRAXIM IVDICIARIAM. Videbitur fortasse vel ordine transuerso fieri editionem, vel inconsultò; at non ita; Continent namq; Decisiones à me relatę, & vt plurimùm Collectorum omnium Praxim, eamq; solidissimam; quinimmò & res, ex quibus Praxis conflatur & oritur; vnde Opus quod edo, primis Iurisprudentiæ meæ excogitatum, exaratumq; tęporibus, postmodũ exercitio officiorum in Regno, scriptum & auctũ, continuatiuum potiùs est, quàm diuersũ ab instituto; & quoniã animo fuit mihi sępe integrã ex omni sui parte edere Praxim, rebus usq; huc iudicatis iungo Praxim circa Ordinem Iudiciorum, qui primus est, ac magis necessarius in praxi: & hinc initia auguror, ac sumo à titulo Pragmaticarum, & Legibus alijs Regni, quibus ordo iudiciorum absoluitur, ad laudem, ac gloriam Sanctissimæ, ac Indiuiduæ TRINITATIS, & Sanctorum mei, ac Vrbis nostræ Tutelarium, Ciuiumq; meorum omnium commodum, atq; leuamen, quos iuri dicendo, aut accipiendo contemplor natos ac deditos.

A DE

Reg. Io: Franciſci Sanfelicij

DE PROCEDENDI MODO in Cauſis Ciuilibus.

DIſpendia Litium è mouentes ſancimus, in cauſis Ciuilibus, vel mixtis corã quibuſcunque Iudicibus delegatis procedi ſine figura iudicij, facti veritate inſpecta, dum tamen pro libello præcedat talis qualis petitio, ex qua reus deliberare poſſit, an velit cedere, vel contendere. Declarantes per præſentem diſpoſitionem, aut per Capitulum *deteſtantes*, circa probationes neceſſarias non intelligi derogatum iuris, vel ſacrarum Regni Conſtitutionum, vel Capitulorum diſpoſitioni.

SVMMARIVM.

1 *Quid operẽtur quò ad ordinem iudicij verba huius ſanctionis, & vtrũ procedat in cauſis criminalibus, & n.6.*
2 *Principales poſſunt in Regno interrogari etiam poſt concluſum in cauſa.*
3 *Non attenditur, quod libellatum eſt, ſed quod eſt probatum.*
4 *Iudex qua ratione in Regno poſſit iudicare in alio, quam ſit petitum.*
5 *De clauſula, ſummariè, ſimplicitèr, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij; & clauſula ſola facti veritate inſpecta, ac de ſummaria cognitione, qui tractent.*
6 *Et an admittant probationes non concludentes.*
7 *Et an tunc ſufficiant probationes perſuaſiuę, veroſimiles, & minus concludentes.*
8 *Iudex an debeat pronunciare ſuper incidentibus, & emergentibus, ſi procedat ſummariè, ſimplicitèr, & de plano ſola facti veritate inſpecta.*

ARGVMENTVM.

Verba huius Pragmaticæ (ſine figura iudicij, ſola facti veritate inſpecta) quid operentur.

SECTIO PRIMA.

1 COncordant cũ *Pragmatica iſta*, quę eſt 1. *in tit. de ord. Iudic.* Capitulũ *Ducis Calabriæ*, & Literæ *Reginæ Iſabellæ*, quę adſunt inter *Ritus Magnæ Curiæ* 288. & 289. ſecundũ ordinẽ *Caranitæ*, vbi latiſſimè quid operetur, & vtrùm procedat in cauſis criminalibus, & quæ ſolemnitates ſint ſublatæ per hanc *pragmat.* & per *Capit. deteſtantes*, & quid importent eorum verba diffusè *Maranta in practica par. 4. in 9. princip. diſtinct. iudiciorũ*, & nonnulla apud *D. Reg. Tapiam ad Ius Regni lib. 3. de iudic. ſummar. & ſummar. cognit. ad Cap. deteſtantes, fol. mihi* 233. *Caroc. dec. 55.*

2 Huius *pragmaticæ* diſpoſitione attenta poſſunt principales interrogari, etiam ad partis inſtantiam poſt concluſum in cauſa, *Caran. in ritu* 93.

3 Neq; attenditur quod libellatum eſt, ſed quod eſt probatum, *Natt. conſ. 1617. nn. 1.*

4 Attẽditur ſola facti veritas & ſubſtantia, & ità tenẽtur in Regno Iudices iudicare, quo caſu poterit Iudex cõdẽnare in alio, quã ſit petitum. *Gramat. dec. 15. n. 2. verſ. item & tertio.*

5 De clauſula *ſummariè, ſimplicitèr, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura Iudicij, Auguſt. Barb. de clauſulis vſufrequent. clauſula* 176. & de clauſula *ſola facti*

Digitized by Google

facti veritate inspecta, clauſ. 173.

Cæteros Scribentes de hac ſummaria cognitione, *ſola facti veritate inſpecta*, vide apud *D. Reg. Ronit. in hac pragmatica num. 13. Nicolaum Antonium de Palma in ſuo diuerſor. ad hanc pragm. gloſ. 5. num. 7. Epiſcop. Ric.* qui multos effectus huius clauſulę cumulat, *collect. 699. Marcell. Calà de modo articulandi, gloſ. 3. §. 1. à num. 1. & gloſ. 4. à num. 49. Io: Mariã Nouar. in praxi priuilegiorum miſerabil. Perſon. priuil. 114.* ad quos me remitto.

6 Verùm an admittat clauſula iſta probationes non concludentes, vide *Nattam conſ. 585. num. 4. lib. 3.*

7 Et an tunc ſufficiant probationes perſuaſiuæ, veroſimiles, & minus concludentes, notant *Aret. conſ. 84. num. 3. Cacher. deciſ. 1. num. 30 Gramm. deciſ. 9. num. 8. Dec. in cap. dilecti nu. 3. de iudic. Iaſ. in l. certi condictio, §. ſi nũmos à num. 31. ff. ſi cert. pet.*

Sed & illud omittendum nõ eſt, quod licèt controuerſa quæſtio ſit, an & quando variatio licita ſit, præſertim lite conteſtata de iudicio ordinario ad executiuum, de qua agit elegantèr, & plenè iuxta morem *D. D. Franciſcus Merlin.* nuper ex proprijs meritis cętui noſtro iunctus, creatus Regens in Supremo Italię Conſilio, ac Collega noſter digniſſimus *contr. 97. cent. 2.* tamẽ cùm proceditur ſola facti veritate inſpecta, abſque dubio variatio permitti debet, vt idem *D. Reg.* probat *loco citat. num. 15.* poſt *Nicol. Boer. & Hieronym. Cęuallos*, quos laudat.

8 Demum an ex clauſulis iſtis debeat Iudex pronunciare ſuper incidentibus, & emergẽtibus, tradit *Bal. in l. ait prætor, §. permitti tur, num. 1. verſ. itẽ nota, ff. de minor.* quòd faciet, vt ſaluentur decreta, & amplietur iurisdictio Iudicum M. C. V. noſtrę, cùm diſtributis cauſis iuxta morem à Spectabili Regente ſolet opponi, cùm prouiſio pendet ſuper non expreſſo in libello à litigantibus, quod cauſa non fuit commiſſa; nam ſi agitur de incidentibus & emergẽtibus, poterit, quinimmò debebit Iudex pronunciare ſtante *pragm.* iſta, per quam proceditur in Regno ſummariè, ac ſola facti veritate inſpecta.

DE FORMA CITANDI RÆVM, & aliarum quarumcumque Citationum.

QVilibet agere volens, aduerſarium (Iudicis commiſſione præcedente) citare faciat perſonalitèr, vel ad habitationis domum per citatorias literas continentes ipſius citationis cauſam.

De qua citatione per relationem Nuntij conſtet cum ſubſcriptione duorum teſtium, qui præſentes dictæ citationi fuerint, ſi fiat in loco, vbi copia illorum haberi poſſit; alibi autem ſufficiat coram duobus, non alitèr ſe ſubſcribentibus; dùm tamèn Nuntius in relatione mentionem faciat de eorum nominibus ad pœnam tarenorum decem à Nuntio exigendam, & citatio alitèr facta non valeat, niſi reus comparuerit, quo caſu habeatur pro ſollemnitèr citato; non tamen præſens citationis forma requiritur in caſibus, in quibus de Iuris diſpoſitione, citatio per ædictum, vel proclama admittitur.

SVMMARIVM.

1 *Citationis quot ſint partes, & quæ.*
2 *Cõmiſſio requiritur, ſine qua non valet, & quæ debeant continere citationes.*
3 *In citatione nomen Iudicis eſt exprimendum.*
4 *Citatione expedita nõ expreſſo nomine Iudi-*

Iudicis competentis, per eam non inducitur litis pendentia.

5 *Magiſtratus ordinarius cognoſcit de competentia; ideò tenetur comparere citatus, & petere remiſſionem, prætendens alium eſſe competentem.*

6 *Citatus non comparendo contumax reputabitur, & acta ratione dubij ſubſtinebuntur.*

7 *Item ratione dependentiæ.*

8 *Item ratione reconuentionis.*

9 *Dummodò citatio apprehendat citatum in territorio citantis.*

10 *Et dummodò non ſit notorium, Iudicem non habere iurisdictionem.*

11 *Vel ſi eſſet expreſſa in citatione cauſa, quæ reddit incompetentem.*

12 *Et vtrum ſuper incompetentiam ipſe Iudex citans iudicare debeat.*

13 *Item quando expreſsè eſt pronũciandũ ſuper Iudicis competentia.*

14 *Si qualitas, qua dat iuriſdictionem negatur, ante omnia ſummariè de qualitate Iudex cognoſcet, qua probata iudicabit ſuam eſſe iuriſdictionem.*

15 *Similitèr ratione feudi.*

16 *A'decreto, per quod pronunciauit quis ſe Iudicẽ cõpetentẽ, ſi non fuit appellatum, non poteſt dici de nullitate: & quid ſi tacitè proceſſerit ad vlteriora in negotio principali?*

ARGVMENTVM.

Nomen Iudicis ordinarij in literis citatorijs eſt apponendum, eiq; cõpetit cognitio, ſi opponatur de cõpetentia.

SECTIO SECVNDA.

1 CItationis tres ſunt partes, prima citationis commiſſio, ſecunda executio, tertia verò Nuntij relatio, *Bal. in l. fin. ſub num. 3. verſ. ſunt ergo tres caſus, C. de fer. Myſing. obſeruat. 10. cẽt. 6. Scacc. de cauſa ciuil. & crim. c. 32.* & tres partes continet hęc lex, primò, ibi, *quilibet agere volens aduerſarium ſuum, iudicis commiſſione præcedente.* ſecundò, ibi, *citare faciet perſonalitèr, vel ad habitationis domum*; tertiò, ibi, *de qua citatione per relationem Nuntij conſtet.*

2 Et deueniendo ad primam; commiſſio de Iure communi requiritur iuxtà communem DD. ſententiam, de qua per *Scacc. dicto cap. 32. num. 7.* & ſine qua citatio non valet, *text. in l. neminẽ, C. de exhibit. reorum, & ibi Bart. Felin. in cap. 1. num. 10. de Iudicijs*, cum concordantibus adductis per *Mich. Graſſ. in recollect. commun. opin. in rubrica de in ius vocand. nu. 19.* qui teſtatur eſſe communem, & quę debeat continere ipſa citatio copiosè tradit *Afflict. in cõſtit. ædictorum à num. 1.*

3 Et in ea nomen Iudicis eſt exprimẽdum, vt citatus intelligat, an à competenti ſit vocatus, *Andreas Gayll lib. 1. practicarum obſeruat. obſeruatione 48. num. 6.* nam ſupra iuriſdictionem citanti impunè non paretur, *l. fin. ff. de iuriſdict. omnium Iudic.* cum cumulatis per *And. Gayll loco citato.*

4 Et citatione expedita non expreſſo nomine competentis Iudicis per eam litis pendentia non inducitur, *Clem. ſecunda, vbi Cardinalis, & alij, vt lite pendente, Det. conſ. 460. n. 34. Guid. Papa q. 488.* vbi tradit requiſita ad inducendam litis pendentiam.

5 Verùm ſi de iure communi eſſet Iudex competens Magiſtratus, & citatus aliqua ex cauſis prędictis poſſet forum declinare, in dubio comparere debet, & incompetẽtiam allegare, *l. 2. ff. ſiquis in ius vocatus non iuerit, l. ſi quis ex aliena, ff. de Iudic. & Ritus M. C.* ſub ordine *Carauit. 230.* & ibi *Carauit. Bald. in l. neque. §. quod ergo, ff. de*

6 *fideicom. libert.* aliàs contumax reputabitur, & acta ratione dubij ſubſtinebuntur, *§. ſed & ſi dubitetur, ff. de Iudi-*

Iudicijs, Speculator in tit. de citat. cap. quæ possunt contra citatum excipere in fin. num. 9. vbi glos. in d. § sed, & si dubitetur, in verbo posset, vbi notat quod aliquid ratione dubitationis permittitur, quod aliàs non permitteretur, *Angel. in d. l. si quis ex aliena, Bart. d. l. 2. in repeti. num. 9.*

7 Idem erit si ratione dependentię, quia Iudex aliàs competens ratione dependentiæ, efficitur competens, *Socc. cons. 244. num. 4. vol. 4. Caravit. ritu 232. in fine*, & si Iudex Laicus est Iudex causę, ita est Iudex omnium, quæ dictæ causæ adesse debent, *Bald. in l. testamenta, C. de testamentis*, de quo latiùs per *Socc. cons. 111. in noua impressione, quæ incipit visis*, & idem *Bald. in authent. si dicatur, in vlt. colum. C. de testamentis, Bart. & Alex in l. quæstionibus, ff. ad l. Iuliam Maiestatis*:

8 Idem ratione reconuentionis, *l. cum Papinianus 14. C. de sententijs, & interlocutorijs omnium Iudicum*, quod procedit, etiam contra Clericum, qui potest reconueniri coram eodē Iudice seculari, vt quàm plurimis hinc indè allatis probat *Carolus Gras. de effect. cleric. effectu 1. à nu. 745.* fundat, authoritatem affert, & de communi testatur *Viuius decis. 49. num. 4.* vbi quomodò exequēda sit sententia ratione priuilegij.

Hoc tamen primò intellige secūdum *Angel.* ex mente *Innoc. in cap. Romana, de appellationibus, in d. l. si quis*
9 *ex aliena*, quando citatio apprehendit citatum in Territorio citantis, aliàs nō intelligitur cōtemnere, nec potest ratione contemptus puniri, vel processus substentari; hanc limitationem *Ang.* ibi notandam, & menti tenendam commendat, quod intelligit iuxtà ea, quę dicam inferiùs *in quæst. an citatio extra Territorium arctet citatum.*

10 Limita secundò, si notorium sit Iudicem non habere iurisdictionē, *glos.* communitèr approbata *in cap. duobus, in verbo nisi cognouerit, de appellat.* & ibi *Felin. Afflict. dec. 2. num. 8. in fine, Marc. q. 734. Mysing. obseru. 7. cent. 9. Gayll obseruat. 48. num. 9. Papon. lib. 7. tit. 7. Aret. in l. fin.* & ibi per *DD. ff. de iurisdic. omnium Iudicū, & d. l. 2. ff. si quis in ius vocatus, & ibi scribentes*; nec citatus comparere tenetur, vt in Clerico citato à Iudice seculari, dicit *Gramm. dec. 29.* Comparens tamē si interrogetur, an & quando respōdere teneatur, notat post alios, quos citat *Gras. d. effectu 1. à num. 255.*

11 Tertiò limita, si in literis citatorijs esset expressa causa, quę reddit Iudicē incōpetentem, quamuis non esset notorium *Innoc. in cap. 2. de dilat. n. 3.*

Quod intellige secundum *Bart. in l. ex quacūque, ff. si quis in ius vocatus non iuerit*, quando citatio ex tali exceptione redderetur nulla, pro qua limitatione facit, quod dicit *Ias. in l. si cùm Iudex, ff. si quis cautionibus*; nam dum tenet, quod si accusatus vltrà terminum præfixum à statuto non compareat ad allegandum prescriptiones vigore statuti prefigentis certum terminum ad accusandum, quod talis accusatio ponatur in banno vigore statuti disponentis, quod si accusatus citatus non comparuerit ponatur in banno, id limitat si ex forma libelli appareat de impossibilitate accusandi; alios casus, in quibus citatus non tenetur comparere, tradit *Innoc. in cap. 2. de dilationibus n. 3.*

Et ipse Iudex citans in casu, in
12 quo citatus comparere debet, iudicabit de competentia, *d. l. 2. in princ. ff. si quis in ius vocatus non iuerit, & l. præscriptione, C. si contra ius, vel vtilitatem publicam, Francisc. Marc. q. 180. par. 2. cap. super literis*, vbi latè *Felin. de rescript. à num. 18.* id pluribus medijs probans, amplians, & limitans in multis casibus, pro quibus limitationibus, vide *Anton. Corset. singulari 1. in verbo iurisdictio, Afflict. dec. 354. num. 15.* & qui regula hanc affirmatiam ponit cum suis limitationibus,

Ca.

Digitized by Google

Carol. de Graſſ. in tract. de exceptionibus, in 18. exceptione, nu. 9.

13 At quando expreſsè ſit pronunciandum ſuper competentia, & quãdo ſufficiat, ſi ad vlteriora ꝓcedatur dicetur infra, & in *prag. comparẽte reo ſect. 30. num. 5.*

14 Quod ſi qualitas, quę dat iuriſdictionem negetur, velutiſi rõne cõtractus eſt Iudex, & negatur contractus, non cogetur ibi reſpondere libello ſuper principali quæſtione porrecto, niſi priùs ſummariè quæratur, & probetur ibi eum contraxiſſe, & ſi probatũ fuerit, iudicabit ſuam eſſe iuriſdictionem cognoſcendi de principali, *Innocent. in cap. fin. de foro compet. verſ.*

15 *repete quæ diximus*; Et ſimilitèr ſi ratione feudi, *Paris de reintegrat. feud. cap. 198. an citatus.*

Et in hac materia nota vnum dictũ ſingulare relatum ab *Ang. in l. 1. C. ſi à non compet. Iudice*, quod ſi pronunciauit quis ſe Iudicem competẽtem, & non fuit appellatum, non eſt quęrendum vlteriùs de eius iurisdictione, ità quod non poteſt, neque

16 de nullitate opponi, & idem ſi proceſsit ad vlteriora non facta prouiſione ſuper exceptione, de qua inferiùs *ſect. 9. num. 5.* dicemus, nam procedendo ad vlteriora ſuper negotio principali, videtur ſe competentem pronunciare, etſi re vera non eſſet competens, *Guido Papa q. 10.* niſi qui ſe pronunciauit competentem, tacitè, vel expreſsè, funditùs erit omni iuriſdictione priuatus; quia tunc nunquam poteſt tranſire ſententia in rem iudicatam, niſi talis ſententia per Iudicem appellationis eſſet cõfirmata, quod eſt mirum ſecundùm *Inn.* ad declarationem doctrinæ *Angeli, Aſſlict. deciſ. 354. num. 14.*

SVMMARIVM.

1 *De authoritate, & præſtantia Sublimis Tribunalis Collateralis Conſilij.*

2 *In eo agitur de bono regimine Regni, & inde omnia etiam exorbitantia ex cauſa publicæ vtilitatis poteſt facere.*

3 *Et quid in cauſis inter partes, in quibus adeſt intereſſe Regij Fiſci, vel bono regimini conueniant.*

4 *Prouiſiones Collateralis Conſilij ſunt ſubſcribendæ per omnes Regentes, & prouiſiones, quæ expediuntur in Collaterali Conſilio non fiant propria manu Regentis, & num. 5.*

6 *Decreta, per quæ dantur adiuncti, vel vnio rotarum, fiant in Collaterali Conſilio, & non per Regentem domi.*

7 *Prohibetur fieri decretum, & mandari Sacro Conſilio, ſed tantùm quod Sacrum Conſilium, ſeu cauſę Comiſſarius relationẽ faciat de ſtatu cauſę.*

8 *De aſſiſtẽtia Secretarij, & eius dignitate.*

9 *Tribunal Sacri Conſilij, in quibus conſiſtat, & an dicatur delegatum, vel ordinarium.*

10 *Tribunal Regiæ Cam. in quo conſiſtat.*

11 *De Spectantibus ad Tribunal Regiæ Camcræ Summariæ.*

12 *De Tribunalibus M. C. & eorũ prærogatiuis.*

13 *De Regijs Audientijs diuiſis per Prouincias Regni.*

14 *De earum poteſtate extraordinaria.*

15 *Officiales electi ad beneplacitum dicuntur perpetui.*

16 *Iuriſperiti aſſumpti ad conſilium Principis excuſantur in perpetuum ab onere tutelæ.*

17 *Officiales perpetui, à Principe, & non ab alijs poſſunt remoueri, neque ſuſpendi, niſi pro cauſis enormibus, & grauiſſimis.*

18 *Et tunc an requiratur plena probatio de culpa, & an ſufficiat ſemiplena ad hoc, vt poſſint remoueri.*

19 *Officiali ſi fuerit remotus ſine iuſta cauſa, ſeù de facto, ſuccurritur per remedia poſſeſſoria, & n. 20. vbi deciſio.*

21 *Officialis priuatus, aut remotus ab aliquo officio non poterit iterum ad illud aſſumi.*

22 *Quid ſi ſit promotus cõtra ordinem ſuę Maieſtatis.*

23 Li-

Digitized by Google

23 *Litera Captolicæ Maiestatis prohibentes extraordinarios Iudices creari.*
24 *Casus, in quibus id fuit obseruatum.*

ARGVMENTVM.

Iudices ordinarij, qui sint in Regno, & qui dicantur competentes; & an Iudices ad beneplacitum dicantur perpetui, & posfint, vel secùs remoueri sine causa ab alio, quàm à Principe:

SECTIO TERTIA.

DIximus, citationis commissionem per Iudicem competẽtem nomine expresso expediendam esse, consequens, est declarare, qui sint Iudices ordinarij in Regno cõpetentes de iure.

Primò se offert sublime Tribunal Collateralis Consilij, in quo præest Regni Prorex, & in eo assistunt Regentes, qui ex lege, ex æquo, & bono sententias dicunt, & sub nomine Proregis fertur deliberatio, de cuius authoritate, & præstantiâ loquuntur *Reg. de Ponte in tract. de potestate Proregis*, *Reg. Tapia in tract. de præstantia Cancellariæ*, de qua dicetur infra *in sectione 23. num. 5.*

In eo agitur de bono regimine
2 Regni, & omnia etiam exorbitantia ex causa publicæ vtilitatis potest facere, *Reg. de Ponte in d. tract. de potestate Proregis tit. 1. de promissionibus fieri solitis, §. 4. num. 5.*

De quo, & de alijs Regni Concilijs, & Tribunalibus satis abundè loquitur *Tassonus in tract. de antefato, per totum, vers. tertium, & obseruationẽ tertiã, & de Collaterali Consilio, in eod. tract. vers. 7. obseru. 3. à n. 16.* diffusiùs.

Verùm in causis inter partes quid
3 sentiat dicere, nisi adsit interesse Regij Fisci, vel bono regimini conueniat, prohibitũ est per Regias litteras, & determinationes Proregis, quę sequuntur:

Ilustre Conde de Venauente primo mi Visorey, Lugarteniente, y Capitan General; hauiẽdoseme rapresentado los inconuenientes de ordenar al Consejo de Capuana, que vaya à referir al Colateral muchos negocios de justicia entre partes, en que mi Regio Fisco no tiene interes, assi porque esto se procura por la major parte, por las que desean alargar las causas desconfiados de su justicia, como el perjuicio, que se sigue alo interesado de hauerse de acudir à los Iuezes ordinarios los votos delos Regentes, y embarazarse por esta via en cosas, que no les tocan, faltando alas principales de su Tribunal, de mas de lo que con esto se ocupan los Ministros del Consejo para nò poder atender ala espedicion de otras causas. Y considerando que para obuiar esto, y otros inconuenientes està proueydo por prematica del Emperador mi abuelo, que haya gloria, que no se hagan semillantes relaciones en Colateral, si nò en estos casos, y en los que en termino de ocho dias à lo mas largo se pudiere hazer relacion, con que passado este tiempo sin otra relacion ni licencia, se proceda ala espedicion dela causa por el Tribunal à quien toca; Me ha parecido mãdar lo aprobar, y confirmar lo, que por las dicha prematica està dispuesto, e ordenado justa su serie, y tenor, mas añadir de mueuo, que en los negocios meramente de justicia entre partes, en que nò haya interes de mi Regio Fisco, en niguna manera se vaya ad hazer relacion al Colateral, si no que se dejen correr por sus Tribunales ordinarios, però sucediendo caso tal, que combiniesse, y fuesse necessario referirse, y votarse en vuestra presencia, quiero, y es mi voluntad, que le

Con-

Consejo lo haga, podiendose despachar dentro del termino dispuesto por la dicha prematica, el qual passando se entienda ipso iure remetido al dicho Tribunal. Aduertiendo empero, que los Regentes nò han de votar en los dichos negocios, y causas, que fuerẽ entre partes, sinò tan solamente en aquellas, en que el Fisco fuere interesado, y tocarẽ cõ gouierno, y en esta conformidad os encargo, y mãdo lo hagays obseruar, y executar de aqui adelãte, y que esta orden se registre en los Tribunales, paraque en todo tiempo se tenga noticia della, que por ser tan cõbeniente ala recta, y buena administracion dela justicia procede assi de mi voluntad, de Valladolid à 20. de Setiembre 1608.

Yo el Rey.

Aliæ literæ suæ Captolicæ Maiestatis, & sunt 3.

Para la buena direccion delos negocios en Colateral, hà resuelto el Cardenal mi Senor, que en el se guarden los Capitulos siguientes, y mãda Su Senoria Ilustrissima, que V. m. tea este villete en Colateral en presentia de todos los Regentes, assi que tengan noticia dello que contiene, y los obseruen puntualmente.

Que por vn Regente solo no se pueda hazer
4 prouision alguna, sino que todas las que hizieren, passen con las firmas de todos tres Regentes, y del Virrey, y Secretario del Reyno, registradas en Cantilleria, segun lo acostumbrado.

Que ningun Regente decrete memorial de su propria mano, sinò por la delos Escri-
5 banos de Mandamiento, paraque nò se quiten los derechos deuidos à aquellas que compran los vficios del Regio Fisco.

Que Adiuntos, ni dos Ruedas nò se den en
6 casa, sino en Colateral.

Que los agrauios, que se pretenden de Presidente, ò de Comissario de causas, ò dos Ruedas, ò de Adiunctos, ò de verbum faciat conocidos, en caso que pretenda que se denia negar, ò contra, no se haga ninguna prouision sinò en Colateral.

Que los Regentes nò digan al Sacro Con-
7 sejo, y Consejeros veniat processus, nò digan exequatur la sentencia, ò decreto del Sacro Consejo, sinò solamente digan S.R.C. de iustitia prouideat, ò Sacrũ Consiliũ relationẽ faciat in Collaterali Cõsilio, ò Causę Cõmissarius relationẽ faciat de statu causæ, y esto nò lo hagan sinò en Colateral. Dios guarde à V. m. Palacio à 9. de Enero 1621.

Gio: Beltran de Ozaeta.

Et in eo assistit Secretarius, cuius
8 dignitas quanta sit, & quæ spectent ad dictam dignitatem, & administrationem, & vnde habuerit originẽ affert authoritates *Regens Rouitus in pragm. 1. nu. 1. de Officio Secret. seù à libellis, & eis, quæ incumbunt in Regia Cancellaria*, & in præfata *Pragmatica* sunt taxata emolumenta, & dirictus illi competentes.

Secũdo, Tribunal S.C. in quo lites
9 decernuntur R. Cons. viginti duo, & de appellationibus vtriusque M. C. & aliorum Tribunalium Ciuitatis, & Regni cognoscunt, creati ad beneplacitum Suæ Captolicæ Maiestatis; licèt singuli, vt singuli non sint Iudices ordinarij, sed delegati, pro vt fundat *Reg. Rouit. super pragm. 2. de iurisdiction. non turbandis num. 34. ibi, quem in Consiliarijs S. C. Neapoli*. Congregati tamen simul constituũt S. C. habere iurisdictionem ordinariam, idem *Reg. Rouit. in Rubrica de Officio S.R.C. num. 4. vers. hinc fit quod licet Regij Consiliarij*, de cuius Tribunalis prærogatiua, iurisdictione, & ordine adsunt constitutiones, seù pragmaticæ commentatę *in tit. de Officio S. C. per eundem Reg. Rouit.*

Tertio, Tribunal Reg. Cam. in quo
10 adsunt Præsidentes aliqui iuris periti, & alij in negotijs Regij Patrimonij solertes vnà cũ duobus Aduocatis Fisci, & Procuratore, cognoscunt

cau-

cusas, in quibus de interesse Regij Fisci agitur; In eo præest Locumtenens M.Camerarij.

De officio M. Camerarij Locumtenentis habemus per *Marin. Frecc. in tract. de subfeud. de Officio M. Camerar. & Locumt. & Præsidentibus nu. 13. Afflict. in constitut. causa, in rubric. 40. vt Magister Iustitiarius possit indagare oppressiones Officialium, & reuocare.*

11 Quò ad reliqua spectantia ad dictum Tribunal adsunt *pragmatica sub tit. de Officio Procuratoris Cæsaris*, & ibi *Reg. Rouit.* per quas declarantur, causæ ad eius iurisdictionem spectãtes, de cuius præstãtia,& authoritate aliqua dixi in *decis. mea 291. vol. 2.*

12 Quartò, Tribunal M. C. diuisum in duas sedes, vna pro Iudicibus Criminalibus,& altera pro causis ciuilibus; in prima assistunt duo ex Reg. Consiliarijs S.C. eligendi per Excellentissimum Dominum Proregem, & sex Iudices annales, qui omnes eligebãtur per Proregem Regni, ad præsens aliqui sunt promoti ordine Suæ Maiestatis ad beneplacitum ; vtriq; præest Regens M. C. à Domino Prorege creatus ; De spectantibus ad dictum Tribunal, quò ad eius prærogatiuas, & præheminentias, adsunt Ritus M.C. commentati per *Carau.* aliosque Regniculas, & pragmaticæ commentatæ per *Reg. Rouit. sub tit. de officio Magistri Iustitiarij*, & de fundatione , & authoritate loquuntur *Frecc. in tract. de subfeudis de officio Mag. Iustit.* & per *Affl. in constit. Regni vt Magister Iustit. Rubric. 40. sub tit. de officio Magistri Iustitiarij, & de officio Iudicum.*

In Regno diuiso in duodecim
13 Prouincias, in qualibet erectum est Tribunal , & in eis adsunt Præsides, qui per Suam Maiestatem eliguntur per biennium, & tres Auditores in vnoquoq; pro eodẽ biennio, Fisci Aduocatus,&Procurator ad beneplacitũ, & in eistã ciuiles, quã crimina-
14 les cõtrouersię terminantur; & in aliquibus causis extraordinaria potestate delinquẽtes puniuntur, de qua per *Ioann. Grandem in tract. de bello exulum, & per prag. 10. sub tit. de officio Iudicum*, in qua sunt statuta requisita pro bono regimine Prouinciarum, & signantèr datur modus procedendi ad modum belli . Et in eis communicatę sunt prehęminentię Magnæ Curię.

Corollarium.

Præfati omnes Electi ad beneplacitum per Suam Maiestatem
15 iuxta cõmunem stylum priuilegiorum censentur perpetui, vt notablitèr docẽt *Bal. Alber. & alij in l. iurisperitos, ff. de excus. tutor. vel curat.* beneplacitum enim significat arbitrium boni viri, qui sine iusta causa possessionẽ non aufert, vt ex *Abb. Capyc. Rebuff. & Bald.* & alijs fundat *Grat. discept. for. cap. 167. num. 48. Bart. in l. de pupillo, §. si quis ipsi quæst. 3. vbi Ias. n. 5. ff. de nou. oper. nũt. Grat. loc. citat. n. 47.*
16 ideò non possunt remoueri, neque suspendi sine causa legitima, *Ioann. de Platea in l. Iudices nũm. 2. in fin. C. de annonis, & tributis lib. 10.*
17 vbi dixit, Officiales non debere remoueri, neque suspendi ab eius officio, nisi pro causis enormibus, & grauissimis, quod Princeps, & non alius facere debet, idque maturo consilio, *Reg. Tappia in dec. Supremi Senatus 3. num. 73. vers. vbi voluit Officialem non debere remoueri*, quia intelligitur auferre honorem, & facere iniuriam, quod alienum à Principe esse debet, vt notabilitèr per *Iserniam in cap. 1. §. verùm si Clericus, in additione, n. 29. de Capit. Corradi*, & refert *Spectabilis Reg. de Ponte tit. 3. num. 4. cum seqq. in tract. de potest. Proregis*; immò etiam si esset ad nutum collatum, priuari non potest sine iusta causa, *Bart. in d. l. iuris peritos, nu. 2. & 3. ff. de excusat. tutor.* cum cæteris adductis per *Ioannem Baptistam Larream in nouis decisionibus par. 1. disputat. 2.*

Digitized by Google

vbi ità refert deciſum in illo *Collegio num. 9.* & per *Maſtril. in tract. de Magiſtrat. lib. 1. cap. 23. à num. 16.* & quando Rex, ſeù Princeps poſſit officialem reuocare, *cap. 27. eod. lib.* latiſſimè *Fontanel. de pact. nupt. clauſ. 4. gloſ. 10. p. 1. num. 145. cum ſeqq.*

Semel enim quòd quis ad muneris exercitium probatus admittitur, ſine cauſa reprobari non debet, *l. Pöponius*, ibi: *Reprobare non poſſum ſemel probatum, ff. de negot. geſt. cap. horrendus 17. q. 1.* ſemper enim Officialium amotio eſt damnoſa; *gloſ. in can. hinc eſt 16. q. 1.* exemplo Muſcarum à *Tiberio* adducto, ex *Ariſt.* & alijs comprobat *Bonad. in ſua politica, lib. 1. cap. 17. à num. 1. Reg. Moles in ſuis deciſionibus manuſcriptis, in tit. de pœnis Officialium, deciſ. 3.* vbi ponderat *text. in l. quæ omnia, §. 1. ff. de procurator.* referens, in Hyſpania in Supremo Italiæ Conſilio Regentem audiuiſſe, Regiam Maieſtatem declaraſſe ex Conſilio maximorum Theologorum, & Iuriſperitorum ſe non debere amouere Officiales ſine legitima cauſa, nec ſalua ſua conſcientia
18 contrarium facere poſſe; & ideò plenè debet probari culpa, alioquin non ſufficeret, quod ſemiplenè probetur quia agitur de fama, & de toto aſſe, cùm maximum dedecus ſit remoueri aliquem ab officio, vt notat *gloſ. in l. teſtamẽto centurio, ff. de manumiſſis teſtamẽto*, vbi *gl. finalis in verbo negotio.*
19 Et Officiali remoto ab officio ſine iuſta cauſa, ſeù de facto & nullitèr, ſuccurritur etiam per remedia poſſeſſoria, vt fuit deciſum per Sac. Cõſ. apud *Capyc. deciſ. 121. nu. 26. & ſeq. D. Reg. Tapp. in l. fin. C. de conſtitut. Princip. num. 74. & Maſtrill. de Magiſtrat. d. lib. 1. cap. 27. nu. 33.* qui alios cumulat.

Ex quibus cùm eſſet promotus ad Cathedram pro lectione Medicinę, donec alitèr fuerit prouiſum, Paulus Emilius Ferrellus, & in ea poſſeſſione reperiretur, & abſq; cauſa fuiſſet amotus, & electus Hyeronimus Fortunatus; habuit recurſum Paulus Emilius ad Suam Maieſtatem, & impetrato reſcripto reintegrationis, inſtetit in Collaterali Conſilio pro exequutione, referente Illuſtre *Hectore Capycio Latro* fuit prouiſum, q reintegretur, vt ex decreto cuius tenor eſt, qui ſequitur:

In Cauſa A. M. D. Pauli Emilij Ferrilli cum A. M. D. Hyeronimo Fortunato.

Facta relatione in Regio Collaterali Conſilio per Illuſtrem Regentem Hectorem Capycium Latro Marchionem Torellæ, viſis videndis, &c.

Die 12. Menſis Ianuarij 1645. Neap. Illuſtriſſimus, & Excellentiſſimus Dominus Prorex, Locumtenens, & Capitaneus Generalis, &c. prouidet, decernit,
20 atque mandat, quod reſtituatur A. M. D. Paulo Emilio Ferrello poſſeſſio Cathedræ in actis deductæ iuxta formã literarum ſuæ Catholicæ Maieſtatis, hoc ſuum, &c.

Et cùm dixiſſet à decreto prædicto de nullitate Hyeronimus Fortunatus ſub die 17. Februarij 1645. reiectæ fuerunt, & condemnatus ad pœnam.
21 Vlteriùs notandum eſt, quòd priuatus, aut remotus ab aliquo officio, non poteſt iterùm ad illud aſſumi, vt eſt *tex. in l. 2. C. de diuerſis officijs lib. 2.* & in ſimili notat *Bald. in l. 2. per illum text. cum gloſ. C. de manum. vindict.* de quo *in cap. officij, in fine, de electione, & in cap. poſt translationem*, & ibi *Panorm. in vltimo notabili, de renunciatione*, addens dictam *gloſ. in d. l. centurio*, & talis infamia ſuperat omnem aliam propriam, quia honor vitę eſt anteferendus, vt dicit *Iaſ. in l. reprehendenda, in 3. notabili, C. de inſtitut. & ſubſtit.* probat latè *Farinac. in q. 15. num. 16.* nec aliud fundat *Ioan. de Plat. in l. iudices C. de annon. & trib. nu. 3. verſ. nota quod condemnatus, vel remotus.*
22 Ceſsãt omnia prędicta in promotis contra ordinem S. Maieſtatis, quę in anno 1621. mandauit per literas Regias

Digitized by Google

gias insertas in volumine pragmaticarum, in *tit. de officio Magistri Iustitiarij, prag.* 52. in modũ, qui sequitur.

El numero delos Iuezes ciuiles, y criminales del dicho Tribunal dela Vicaria he
23 *intendido, que lo han crecido los mis Virreyes, que han sido en este Reyno, excediendo del numero, que de aqui esta ordenado aya, y que este crecimiento es superfluo, y el crear nuevos Ministros, y Officiales pertenece à mi, y assi he resuelto, que se reforme, y que no haya mas numero delos dichos Iuezes, que el antiguo, assentado, y establecido por diferentes ordenes delos Reyes mi Señores padre, y abuelo, que ayan gloria, vos la dareys, paraque en compliendo el bienio los que ansi hà crecido, se vayan estinguiendo para nò proueerse mas, y le executeys en vuestro tiempo dejandolo notado, donde conuenga, paraque en lo venidero se execute: aduertiendo à el Tesorero, y Preceptor dela Vicaria, que en cũpliendo el dicho tiempo nò les paguen salarios, y en quanto al numero, que ha de hauer de naturales deste Reyno, se guardarà lo que esta ordenado. Y porque de estar los dichos Iuezes en sus plazas de vna vez, y mas tiempo, que los dos años, que esta establecido si siguen enconmenientes de mucha consideracion, y es cõtra las pragmaticas, y priuilegios cõcedidos deste Reyno, es mi voluntad, y mando que ninguno lo pueda ser continuadamẽte mas, que los dichos dos años, y assi lo executeys en vuestro tiempo, y quedarà notado paraque se haga adelante per los Virreyes, que aby fueren.*

24 Et obseruatum fuit tempore Præsidatus Ducis Ossunæ in anno . . . in personam Baldassaris Golini Pro Regio Consiliario supra numerum electi.

Et in anno 1644. contra omnes Iudices Magnæ Curiæ, & Auditores Regiarum Audientiarum supra numerum creatos per Ducem Medinæ, quibus per Admiratum Regni Proregem fuit mandatum, quòd abstineant, tanquam promotos contra legem Suæ Captolicæ Maiestatis, ad *tex. in l. non dubium, C. de legibus.*

Hi enim possunt remoueri absque dedecore, & ad illa, dum vacant, possunt assumi, & ad similia, & maiora, prout obseruatum fuit per eundem *Admiratum.*

SVMMARIVM.

1 *In literis citatorijs est apponendum tempus vna die pro alia sequenti in Ciuitate, vbi iudicium agitatur, si extrà Ciuitatem, arbitrio Iudicis, infra Regnum, dummodò non excedat terminum triginta dierum, extra verò Regnum sexaginta.*

2 *Sed si contineat terminum adeò breuem, quod sit impossibile citato accedere, nulla erit citatio.*

3 *Et non arctat citatum comparere post terminum.*

4 *Appositio termino vsquè ad talem diem intelligitur inclusiuè.*

5 *Si non adest terminus habetur, ac si esset expressus iustus, & valebit citatio, cum declarationibus, remissiuè.*

ARGVMENTVM.

Tempus est apponendum in literis citatorijs.

SECTIO QVARTA.

1 EST apponendum etiam in citatione tempus, quod in Ciuitate, vbi Iudicium agitatur sit vna die pro alia sequenti, si extra Ciuitatem infra Regnum arbitrio Iudicis, distantia loci attenta apponendum est tempus, infra quod Reus commodè possit comparere; *Marant. in 6. par. i. mihi libro num. 67.* & erit ad plus triginta

Digitized by Google

dierũ, ſi extra Regnũ non minor erit ſexaginta dierum, *text. in conſtit. editorum*, & quod Iudex poſſit terminũ arctare, *Afflict. in d. conſtit. num.* 18. *in* 10. *not.*

2 Quod ſi contineat terminum tàm breuem, quod ſit impoſſibile citato comparere, nulla erit citatio tanquã impoſſibilis, & temeraria, *Caranit. in ritu* 123. *num.* 3.

3 Sed ſi ſit citatio cum termino minus breui, non arctat citatum, etiam poſt terminum, *Caſſad. deciſ.* 6. *de dolo, & contumacia.*

4 Et appoſito termino vſque ad talem diem intelligitur incluſiuè, *Bal. in cap.* 1. §. *& quia vidimus, in fin. verſ. extra, nota quod in dilationibus, de his, qui feudum dare poſſunt*, & cum nominis certitudine, ſecundum *Aret. in l. ſi nominatim, ff. de liberis, & poſthumis.*

5 Sed ſi careat termino, & citatio ſit expedita abſq; termino, & aſſignatione diei, *Speculator in tit. de cit.* §. *ſequitur*, dicit valere, & tacitè iuſtum tẽpus appoſitũ intelligitur; quam opinionem communem, & veriorem eſſe teſtatur *Caranit. Ritu* 123. *num.* 9. *verſ. quid ſi citatio*, de cuius veritate, & declaratione videndus eſt *Boer. deciſ.* 235.

SVMMARIVM.

1 *In citatione nominandus eſt aduerſarius cum certitudine nominis, qui poſſit citari, aliàs nulla erit commiſſio citationis, & habetur ac ſi facta non eſſet, vt expedita contra infantem.*

2 *Infantes quomodò citandi.*

3 *Et quomodo citandus ſit, qui reperitur in loco immuni, remiſſiuè.*

ARGVMENTVM.

In citatione nominandus eſt aduerſarius.

SECTIO QVINTA.

1 IN citatione nominandus eſt aduerſarius, qui poſſit citari, aliàs nulla erit commiſſio citationis, nec eius exequutio aliquid operabitur, nam habetur ac ſi facta non eſſet, prout ſi eſſet expedita contra infantem, qui citari non poteſt, & erit nulla, *l. neque, ff. de in ius vocando, Bal. in authent. offeratur, C. de litis conteſtatione*, nec poteſt procedi ad primum decretum, quod erit nullum, *Imol. in l. contra pupillum, num.* 2. *ff. de re iudic.* nàm inualida citatio nullum producit effectum, nec aduerſarium in contumaciam conſtituit, *gloſ. in cap. de cauſis, in verbo venire, de officio delegati*, & in *cap. veniens, de accuſat.*

2 Quomodo autem citandi ſint infantes, & minoris ætatis, & contra eos ſit procedendum, *Alex. in l. ſi ex legato, in fin. ff. de verb. oblig. Imol. in d. l. contra maiorem, num.* 2. *in fin. ff. de re iud. Caranit. Ritu* 291. *Ozaſ. dec.* 89. ex quibus habes praxim citandi, & procedendi contra infantem, minorem, & maiorem, qui in omnem caſũ, & omninò de hac materia videndi ſunt, quia ſatis copioſè, & diſtinctè tradunt obſeruantiam.

3 Et quomodo citandus ſit, qui reperitur in loco immuni, fundatum fuit, & deciſum refertur *in deciſione mea* 141.

SVMMARIVM.

1 *In literis citatorijs requiritur appoſitio loci coram Iudice delegato, ſed nõ coram ordinario.*

2 *Et quid ſi locus non ſit tutus.*

3 *Et an & quando citatus teneatur comparere per procuratorem.*

4 *Et quid ſi promiſit ſoluere in certo loco, & in illo non ſit tutus acceſſus.*

5 *Et quid ſi adeſſet peſtis, vel aeris intemperies.*

6 *Si citatio careret requiſitis, & nulla eſſet*

Digitized by Google

esset, si reus comparuerit, an valebit citatio.

7 *Et si nulla facta citatione pars comparet, an valeat processus, & sententia.*

8 *Et an possit ad vlteriora procedi.*

ARGVMENTVM.

In citationum literis requiritur assignatio loci coram Iudice delegato: & quid, quando locus non est tutus, vel sit in eo pestis, vel aeris intemperies: & quid si comparuit reus per citationem nullam.

SECTIO VI.

1 LOCI appositio requiritur coram Iudice delegato, sed nō coram ordinario, *Afflict. in constit. aditorum, nu. 10. 7. not. Marant. in 1. membro, 6. par. num. 64.*

2 & si locus assignatus non sit tutus per delegatum mutatur, & assignatur alius locus, *Iser. in rub. quo tēpore miles inuestit. petere debeat, in fine*; sed quāuis apponeretur, si locus vbi comparere debet non est tutus, non tenetur comparere, *Clem. Pastoralis, de re iudic.* cum concordantibus allegatis per *Alex. in l. recusare, ff. ad Trebell.* & per *Marian. Soc. in tract. de citat. Marant. 1. memb. 6. par. num. 131.* notatur *in cap. præterea, de dilat. & in cap. presenti, de rescriptis*, tenet *Ang. in l. 2. ff. si quis in ius vocatus non iuerit nu. 6. in fin.* exceptio .n. loci nō tuti excusat citatum à comparendo, *Hypol. singulari 261.* quamuis in instrumento adsit clausula, *vbique cōueniendi, &* q timet inferri vim psonæ, & causæ,

3 nec per procuratorem tenetur comparere, *Hypol. in singul. 32.*

4 Et si promisit soluere in certo loco, & in illo non sit tutus accessus, poterit arctare debitorem ad soluēdum in loco tutiori, *Hypol. d. singul. 261. in fine, Roman. singular. 72. Guidon. Papa singul. 839. §. 2.*

5 Item excusaretur à comparendo, si adesset pestis, vel aeris intemperies, *cap. ad supplicationes*, & ibi *Glos. de renunciat. Iason. in l. 2. §. quod diximus, in fine, ff. si quis cautionibus, Crem. singul. 124. in addit. in fin.*

6 Si citatio careret requisitis de forma, de quibus per *Speculator. & Marant.* in locis citatis, & supra relatis, nulla esset, sed si reus cōparuerit, valebit comparitio, vt in fine dicit *Veral. decis. 112. par. 1. Mising. obseruat. 9. centur. 3. Gayll obseruat. 58. lib. 1. Zasius decis. 2. num. 7.* quia per actum nullum potest haberi sciētia, vt probat *Glosa. & Bal. in l. 1. in princ. ff. de feriis.*

7 Et si nulla facta citatione pars comparet, valet processus, *Bart. in rubr. de ius vocando*, maximè quando citatio fit ad effectum inducendi scientiam, *Felin. in cap. illud, in 4. columna de prescription.* & actus tenet ra-

8 tione præsentię, & non citationis; adeò quod potest ad vlteriora procedi, *Bald. in authent. si omnes*, C. *si minor ab hered. abst.* nam presentia idem operatur, quod citatio peraducta per *Detium cons. 187. col. 3. n. 3. vers. & quia iste citatus comparet, 1. vol.* sicut dicitur in sententia, quæ quamuis sit nulla, potest tamen consensu partium approbari, *l. 2. C. cōm. vtriusque iudic.* facit *text. in l. non dubium in fine*, C. *de testament. & in l. final. C. ad legē falcidiam*, in quibus ratione voluntatis in agnitione legati tenetur, etiam si legibus non sit submissū

lega-

legatum; cætera verò quæ ſunt de forma in literis citatorijs, tradunt *Scacc. cauſ. ciuil. & crimin. cap. 32. Speculat. in tit. de citat. Afflict. in conſtit. edict. Marant. in 6. part. memb. 1.*

Dictum eſt de commiſſione citationis expedienda per Iudicem cõpetentem. Cõueniens eſt, de Tribunalibus ordinarijs Regni, & de competentia diuerſorum Iudicum dicere.

SVMMARIVM.

1 *Iudex competens eſt Iudex domicilij.*
2 *Domicilium triplex.*
3 *Domicilium originis contrahitur quatuor modis.*
4 *Quomodo probetur.*
5 *Et quid ſi alibi transtulit domicilium.*
6 *Et concurrentibus locis incolatus, & originis vocatus ad munera quis præferatur.*
7 *Dignitatis dicitur in Senatore.*
8 *Dignitas Conſularis non eximit, quem à ſui Iudicis iurisdictione.*
9 *Citatio facta Senatori coram Iudice proprij domicilii, an valeat.*
10 *De competentia ratione dignitatis, & officij.*
11 *Domicilium habitationis quibus modis conſtet.*
11 *Et quamuis ex alijs cauſis ſortiatur forum, ſiuè locus contractus concidat cum loco domicilij, ſiuè non regulariter poſt moram in ſoluendo adeundus eſt Iudex domicilij pro exequutione parata, ſiuè in res, ſiuè in perſonam debitoris.*
13 *Et in dubio, quando non cõſtat de animo habitatoris, ſtatur declarationi ipſius, & ei fides habebitur.*
14 *Et in dubio appellatione domicilij refertur ad Ciuitatem domicilij incolatus, non originis, in quo poteſt conueniri.*
15 *In omnibus caſibus, præterquam in domicilio habitationis, nunquam quis poteſt conueniri, ſi ibi non reperiatur.*
16 *Et Iudex domicilij, ſeù incolatus eſt Iudex ordinarius,*
17 *Et propriè dicitur ſubditus ratione domicilij.*
18 *Mutatur quoque domicilium propter matrimonium.*
19 *Et militat etiam in vidua.*
20 *Vxor ſequitur forum viri, etiam quo ad forum ex ſpeciali priuilegio.*
21 *Et an gaudeat priuilegio Neapolitano, nupta Neapolitano, & quid ſi mulier Neapolitana ſit nupta extero.*
22 *Et quando agitur de reſtitutione dotis, vbi agi debeat.*

ARGVMENTVM.

Quomodo contrahatur domicilium, & quomodo probetur; & an dignitatis origo eximat à iurisdictione Iudicis domicilij, & de prærogatiua fori domicilij.

Et an ratione matrimonii mutetur domicilium, etiam ex priuilegio competẽte marito Neapolitano.

Et quid ſi mulier Neapolitana ſit nupta extero.

SEC-

Digitized by Google

SECTIO VII.

Dictum fuit de tribunalibus ordinarijs, sequitur videre de competentia, qui dicantur Iudices competentes.

Dicitur ergo quis competens. 1 Primò, ratione Domicilij, *l. si fideicomissum, §. sed & rescriptum ff. de Iudic. cum concordantibus.* Et domicilium triplex est, *Rebuff. in l. Ciues C. de incol. l.* 10. nàm quodã est originis, 2 aliud dignitatis, & aliud habitationis.

3 Originis contrahitur quatuor modis, origine propria, vel paterna, *l. filios, Cod. de Municip. & orig. lib.* 10. manumissione, allectione, vel adoptione, *l. Ciues, C. de incol. l.* 10. *Men. de arbitr. casu* 584. *lib.* 2. *centur.* 6. *num.* 5. ibiq; vassallus duorum Dominorum, & Ciuis duarum Ciuitatum, an & quando quis esse possit. Distinguendo fundat.

4 Et quomodo probetur origo vide remissiuè per *Boer. decis.* 13. *num.* 16. *vers. & quomodo probetur origo*, & hic Iudex originis, non erit cõpetẽs, nisi in casibus enumeratis à *Rebuf. in d. l. Ciues*, & si ibi reperiatur cõuẽ-(tus; secus si absit, iuxta cõmunẽ opinionem per *Bursat. cons.* 74. *num.* 2. quam declarat, & ibi per eum *Mar. Grass. in syntagm. communium opinionem vol.* 1. *in tit. vbi in rem actio nu.* 6. *in fin. Scacc. de Iudic. caus. ciuil. & crim. cap.* 11. *num.* 6. *in fin. vers. aut sequitur forum per originem lib.* 1. *in tit. de cit. qua fit per literas in Criminalibus.*

5 Et quid si alibi transtulit domicilium, an attendatur locus domicilij non originis, diffusè *Amaya in d. l. ciues, C. de incolis, lib.* 10. *à nu.* 32. *Regens Moles in tit. quis dicatur ciuis Neapolitanus q.* 15. *in manuscriptis*, authoritate *Soc. cons.* 35. *num.* 7. *vol.* 1. & dixi in mea *decis.* 74.

6 Incolatus, & originis vocatus ad munera quis preferatur, *Glos. magistral. in l. ciues, C. de Incol. lib.* 10. *in verbo allectio, Amaya ind. l. ciues à n.* 32 *Consil. Theodor. allegat.* 62. *num.* 5. *Rom. cons.* 161. *num.* 2.

Dignitatis dicitur in Senatore, *l.* 1. *C. de incolis, lib.* 10. verùm non mu- 7 tuant domicilium, licet ratione Senatoriæ dignitatis videatur habere domicilium in vrbe, vbi tenentur ob dignitatem residere, per *legem Senatores*, & ibi *DD. ff. de Senatoribus*, cum concordantibus adductis per *Boer. decis.* 11. *num.* 1. *vers. quia Sena-* 8 *tores*, vnde dignitas Consularis non eximit quem à iurisdictione Iudicis proprij domicilij, & citatio facta Se- 9 natori coram Iudice proprij domicilij incolatus valet, *Boer. in d. dec.* 11. *in princip.*

10 De competentia ratione dignitatis, & officij, multa posita sunt in meis *dec.* 290. in concernentibus officium Prẽfecti annonę, & in *dec.* 291. *de Ministris Mag. Cur. & Reg. Cam.*

11 Habitationis domicilium constituitur altero de tribus modis; Primò laris fruitione, ideſt quod ibi se, & familiam suam alat, vel quod ibi cõtinuè negotietur, *l. Labeo, ff. ad municip. de Incol.*

Secundò, maioris partis suarum fortunarum translatione, *d. l. ciues, C. de Incol. lib.* 10. *l. sed & si susceperit, §.* 1. *ff. de Iudic. Menoch. de arbitr. Iudic. lib.* 2. *cas.* 86. *num.* 7. vnde ex hoc in forensi habente mercaturas in Ciuitate consuluit quidam Aduocatus, quod ibi potest conueniri ratione domicilij, vbi habet metcaturas, & sic maiorem partem suarum fortunarum; nec est probatum, quod alibi habeat aliud domicilium habitationis, quam sententiam refert, & approbat *Bart. in l. de iure, ff. ad municip.* dummodò non sit transiens.

Tertiò, Temporis diuturnitate ideſt cùm decem annis stetit quis in loco, licèt alibi maiorem partẽ suorum bonorum habeat, vel larem foueat, *l.* 2. *C. de incolis, l.* 10. *C. vbi St. nat. vel Clarif. l.* 2. *eodem lib.* & etiam minori tempore si Iudici videbitur,

Me-

Menoch.d.caſu 86.*num.*6. dummodò pro maiori parte anni habitet, nam tunc propriè habitare videtur, *argum.l.cum delanionis*, §.*Sabinus*, *ff.de fũdo inſtruct.* *Paul.de Caſt.in l.iuris ordinem*, C.*de iurisdict.* & ita declaratũ fuit per *Reg.Conſil.Gramm.dec.*87. *in fine*, *& de Ritu Regiæ Cam.* meminit quoque *Afflict.d.deciſ.*384.*num.*11.

Alterum ex his medijs ſortitur quis domicilium iuxtà veriorem DD.ſententiam, reiecta *Romani* sẽtentia & ſequacium, tenentium, copulatiuè, quod larem, maiorem partem, & quod ad eum finem conueniendi habitet, *Coler.de proceſſ.executiuis cap.*1.*par.*2. *num.*30. *cum ſeqq.* fundat.

Et quãuis ex alijs cauſis ſortiatur
12 forum, ſiuè locus contractus concidat cum loco domicilij, ſiuè non, regulariter & quaſi ſemper poſt morã in ſoluẽdo adhibitã adeundus eſt p exequutione parata, ſiuè in res, ſiuè in perſonã debitoris Iudex loci domicilij, vbi reus habet ſuam reſidentiam, hęc regula probatur in *cap. cũ ſit generale*, *& in cap.ſi clericus*, *de foro competenti*, *& l.iuris ordine*, C.*de iuriſdic.omnium Iudicum*, ac in terminis diſtrictionis perſonalis eſt *tex.in cap. ex reſcripto*, *de iure iurando*, & dato quod aliàs plures Iudices ſortiretur reus; tamèn illud ſciendum eſt, forũ domicilij ſemper eſſe generale, & ordinarium, ac prædominari, vel ſaltim concurrere cum quolibet alio foro, ſiuè contractus, ſiuè delictorũ, ſiuè deſtinatę ſolutionis, ſiuè etiam rei ſitæ, & ſubditi ex alijs prędornatis capitibus non dicuntur ſubditi, ſed tantum ij, qui ſunt ſubditi ex cauſa domicilij, hæc *Coler.in d.caſu* 1. *par.* 2. *de Iudice paratæ executionis*, *à nu.* 21. *verſ.ideò circa iſtam materiam*, vbi multa de competentia ratione domicilij.

13 Et in dubio quando non cõſtat de animo habitatoris, quod ibi domicilium conſtituere voluerit, ſemper ſtabitur, & fides habebitur declarationi ipſius conueniendi, ſi in initio ſui ingreſſus id declarauit, *Rebuff. in d.l.ciues*, *num.*6. *Coler.loc.cit.num.*29. & ſi contrarium declarat nolle domicilium conſtituere, non ſortitur forum, *Menoch.in d.caſu* 86.

Et in dubio appellatio domici-
14 lij refertur ad Ciuitatem domicilij incolatus, non originis, *Speculator in tit.de citationibus*, §.1. *in princ. Affl. deciſ.* 389. *num.* 7. *Tiraq. de retractu conſanguineorum*, §.9. *gloſ.*2. *num.*21. *fol.*139.

Itaque poteſt conueniri coram Iudice domicilij incolatus, quamuis ibi non reperiatur, *Paul. de Caſtr. dicta l.iuris ordine*, C.*de iuriſdictione omnium Iudic.* & procedi ad diffinitiuam, *Paul. de Caſtr. dicta l. iuris ordine*.

15 Et in omnibus caſibus, præterquã in domicilio habitationis, nunquam quis poteſt conueniri, ſi ibi non reperiatur perſonaliter, puta in loco originis propriæ, vel paternæ, vel loco contractus, ita *Bartol. in l. aſſumptio*, §.*filius*, *eodem titulo*, cum reliquis adductis per *Annã allegat.*74. *num.*8.

16 Et Iudex domicilij habitationis, ſcù incolatus erit Iudex ordinarius, coram quo regularitèr quis eſt conueniẽdus, *l.*4.§.*Prętor*, *ff.de damno infecto*, & ibi DD. *Speculator in tit.de cõpetẽtia Iudicis*, *vbi addit.* §.*ſequitur*, *Iacob.Rebuff.in d.l.ciues num.*7. *gloſ.in cap.ſtatutum*, §.*cum vero*, *in verbo eiuſdem Ciuitatis*, *& in verbo vnam dietam de reſcriptis in ſexto*, *Tiraq.de retract. cõſanguineorum*, *loc.cit. nu.*23. *fol.*139.

17 Et propriè dicitur ſubditus ratione domicilij, non ratione originis, *Abb. in cap. propoſuiſti*, *de foro competenti*, *in primo notabili*; eſt enim iſte forus ordinarius, & generalis ad omnia, vt dicit *Cald. in cap.*1. *de raptu*, quem refert, & ſequitur *Abb. in cap. licet*, *in fine*, *num.*28. *verſ.eſt ergo iſte forus*, *de foro competenti*.

Mu-

Digitized by Google

18 Mutatur quoque domicilium per matrimonium, *Bart. in l. 2. ff. de Senatoribus, & in d. l. cũ quadã puella, C. de iurisdic. omnium Iudic. Paulus de Cast. & Ang. in l. iuris ordinem, C. de iurisdic. omnium Iudic. Mich. Graff. in syntagmat. comm. opin. in tit. de for. compet. num. 25. Gaball. milleloq. 143.* vndè vxor eius Ciuitatis erit, vbi est maritus.

19 Et militat etiam in vidua, & sponsa de præsenti, fundat *Amaya in d. l. cines, C. de incol. lib. 10. à num. 28.*

20 Hinc vxor sequitur fortè viri, etiã quòd ad forum ex priuilegio speciali, & priuilegium viri prodest vxori, *Præs. de Franch. decis. 363.*

21 Et an gaudeat priuilegio Neapolitanorum nupta Neapolitano, & quid si mulier Neapolitana sit nupta extero, *Vinc. de Franch. decis. 416. Crauet. cons. 271.*

22 Et quando agitur de restitutione dotis, vbi agi debeat, *Boer. cons. 50. in fin.*

SVMMARIVM.

1 *Domicilium, an possit ad libitum inuito Barone, mutari, & nu. 3.*

2 *Et quid si Baro haberet priuilegium cum clausula*, quòd non liceat discedere.

3 *Et quid si esset solita apponi.*

4 *Originarius, cũ propria origine derelicta, in aliã Prouinciã se contulit, quæ non sit sub ditione eiusdem Regis, tũc sibi domicilium constituit, & originalis naturalitas amittitur.*

ARGVMENTVM.

Domicilium an ad libitum mutari possit.

SECTIO VIII.

1 QVAERO, numquid ad libitũ domiciliũ mutari possit, & vasallus, Baronis, si vult recedere de Terra Baronis, & transferre incolatum cum vxore & familia in alium locum extrà dominatum Baronis eo inuito, & alienare bona sua, quæ habet in Terra Baronis, an possit? hanc quæstionem ponunt *Rebuff. in l. cines, nu. 3. & Affl. in vsib. feu. in Prælud. 14. n. 52. vers. an autem vasalli Baronum*, & nouissimè *D. Regenes Don Franc. Merlin. lib. 1. controuers. forens. cap. 83. à n. 22.* cuius doctrina, & prudẽtia, cæteriq; virtutibus cognitis ad gubernacula Regij Patrimonij designatus fuit, & à secretis Regni in Collaterali Consilio adscriptus, demũ eiusdem Supremi Consilij electus Regens, ex qbus distinctio colligitur, q aut Baro habet aliquod ius in personam vasalli, vt si teneatur ei ad aliquam angariam, vel perangariam, & tunc non potest, argumento *tex. in l. omnes profugæ, C. de agricolis, & censit. lib. 11. & l. quidam ignauia, C. de decur. eodem lib.* ad quod allegat *Afflict. cap. Papa Honorij*, incipiens, *ad nouas coniurantias*, de quo etiam meminit *Petrus de Monteforte in const. Regni quisquis de burgensibus*, & est prouisum per dictam Regiam *Constitutionem, quisquis de burgensibus*, vbi latè *Afflict.*

Aut Baro nõ habebat ius aliquod necessarium in vasallum, sed erat simplex vasallus, & nõ tenebatur ad aliquam angariam, vel perangariã, & tunc potest recedere, *l. 1. & 2. ff. de liberis hominibus exibendis*, cum concordantibus adductis per *Rebuff. in d. l. cines*, & erit in hoc casu in facultate vasalli extinguere in se iurisdictionem sui superioris, *Abbas in d. c. proposuisti, num. 7. de foro compet.* & ità recedendo cum vxore, & familia mutant domicilium, *Bar. in l. Prædia, 6. affini, ff. de fundo instruct.* & liber fit

Digitized by Google

à ditione prioris Iudicis, & subijcitur iurisdictioni illius Iudicis, in cuius Prouincia sedem sibi elegerit, *can. vbicumque, §. quoniam ergò 3. q. 11.*

2 Quid si Baro haberet priuilegiũ cum clausula, *quod non liceat discedere*, vide *Affl. ibidẽ, & in d. const. quisquis burgensibus, num. 11. in octauo notabili.*

Sed dubitatur, an clausula, prædicta *quod non liceat discedere*, quamuis expressè non esset apposita, censeatur apposita, quia solet apponi, affirmatiuam tenuit *Afflict. in d. constit. quisquis, num. 10. vers. & quia ista clausula*, & ibidem tenuit *Isern in d. const.* quæ opinio, etsi vera esset, non esset locus distinctioni prædictæ, sed in vtroque casu virtute præfatæ clausulæ, non liceret recedere, contrarium dixit idem *Afflict. in praludio dicta constit. distinct. 4. in fine*, quę opinio verior videtur, argumẽto eorum quæ habentur p *Isern. in c. 1. §. huius autem generis, col. 2. ex quib. caus. feud. amitt.*

3

Nec obstat, quod pro contraria sententia adducit *Isern. & Afflict. in d. constitut.* quia solet apponi, & veniũt quæ sunt moris, & consuetudinis.

Nam respondetur ex dictis per eundem *Isern. in d. cap. 1. §. huius autẽ generis, vers. quod autem dicitur, ex quibus causis feudum amittatur.*

4 Etsi originarius propria origine derelicta in aliam Prouinciam se contulit, quæ non sit sub ditione eiusdem Regis, tunc sibi domicilium constituit originale, & naturalitas amictitur, *glos.* est singularis *in l. adoptionem 7. C. de adoptionibus, in verbo non mutari, vers. idem aliud, Amaya in l. cines, à num. 32. C. de incolis, lib. 10.*

SVMMARIVM.

1 *Vasallus etiam non recedendo potest eximi à iurisdictione Baronis, vt puta, si Dominus pluriès opprimebat.*

2 *Barones affligentes vasallos possunt licitè à superiori priuari mero, & mixto Imperio.*

3 *Tunc licitum est vasallis discedere.*

4 *Et potest cogi Baro ad vendendum.*

5 *Tenor prouisionum, quæ in Collaterali Cons. expeditur circa hæc.*

6 *Filius exhimitur à potestate patris propter sæuitiam.*

7 *Et vxor à marito.*

8 *Nec tenetur redire, etiam si iuret, & caueat de non offendendo.*

9 *Et tenetur dotem restituere.*

10 *Et si fructus dotis non sufficiunt, præstare debet alimenta extra domum.*

11 *Et quid si mulier non habuerit dotem.*

12 *Quomodo obseruatur in Curia Romana, & in Sac. Consilio Neapolitano in taxatione alimentorum, & cui competat cognitio.*

13 *Quæ oppressio Domini in vasallos sit sufficiens, vt liceat vasallo recedere, & quæ in filios, & vxorem.*

14 *Sicut vasallus potest recedere, ita Baroni licet eijcere vasallum tumultuosum, etiam non subditum.*

15 *Eum tñ nõ licet sine causa alteri dare.*

16 *Et quando possunt Barones ad carceres extra locum domicilij transmittere vasallos cũ prouisionibus Coll. Cons.*

17 *Prouisiones, quæ solita sunt expediri aduersus Barones opprimentes vasallos.*

ARGVMENTVM.

Vasallus, filius, vxor quando possunt recedere à potestate Domini, patris, & mariti; & an, & quando ei dos sit restituenda, & quis sit Iudex taxationis alimento-

Digitized by Google

torum vxori prestandorum durante separatione; & an Baroni sit licitum alteri dare Vasallũ.

SECTIO IX.

Corollarium.

1 ET in casu, in quo non licet discedere potest eximi à iurisdictione Baronis, vtputà si Baro pluriès opprimebat, *Rebuff. in d. l. Ciues, nu. 3. in fin.* qualiter vasalli particulares grauati à Baronibus vexati se ab eorum iurisdictione eximere valeant, *Nouar. in tract. de grauam. vassall. tom. 1. in preludijs, prel. 7.* copiosè, qui de grauaminibus vassallorũ per plures Tomos tractat.

2 Et illicitè Barones affligentes vasallos possunt licitè à Superiore priuari mero, & mixto Imperio, *Affl. in const. ea quę ad decus in 1. notab. in fine, Campagna in cap. Regni grauamina, num. 50. in 11. gravam.* ad quod vide distinctionem *Bald.* ex mente *Cyni in l. si Dominus, S. Dominorum, ff. de his, qui sunt sui, vel alieni iuris.*

3 Ipsisque vasallis licitum est recedere, *Paris de Puteo in tit. de excess. Baron. à num. 27. vers. excedunt etiam Barones tenere volentes.*

4 Potest ẽt Baro cogi ad vẽdendũ, dicit *ibid. Campag. n. 58. in 19. gravam.* & q; cogat Rex Baronẽ malè tractãtem vasallum ad vendendum, traduntur auctoritates per *Camill. de Curt. in diuers. iur. feud. cap. licet autem verissima, n. 45. fol. 9. 1. vol.* & in dies per Coll. Cõs. expediũtur prouisiones in

5 casibus, in quibus aderit causa odij inter Barones & Vasallos, tenoris pro vt ponuntur in fine huius *Sectionis num. 17.*

Sub Corollarium.

6 Eodẽ exẽplo, quo & filius ẽt eximitur à potestate patris: ppter seuitiã, *l. fin. ff. si quis a parente fuerit manumiss.*

l. si lenones, C. de Episc. aud. de quo latè p *Pasqual. in tract. de virib. Patr. potest. p. 3. cap. 4.* vbi, an & quando licita sit correctio, & de temperamento in castigando.

7 Item quando vxori à marito recedere licet ob viri sæuitiam, *Paris precitato loco num. 29.* & seruus à potestate Domini eximitur, *Bald. in d. l. si Dominus, S. Dominorum, ff. de his, qui sũt sui, vel alieni Iuris, Io: Lup. in c. per uestras, in 3. notab. l. præsẽti, C. de donat. inter vir. & vxor.* idẽ voluit *Bart. in l. cum satis, col. 2. vers. præterea vxor, C. de agric. & censit. lib. 10. Anchar. cõs. 408. incip. probata tãti viri seuitia, Felin. in cap. illud col. fin. de præsumpt.* & ex hac causa potest petere separationem à marito, quoad cohabitationem, *cap. 1. vt lite non contestata, cap. literas, de restitut. spoliat.* quem tex. dicit esse singularẽ, *Abbas in d. c. 1. Lupus in d. c. per uestras in 3. notabil. col. 1. de donat. inter vir. & vxor. Alex. cons. 78. vol. 5. Couarr. in tit. de sponsalib. §. 5. num. 1.*

8 Nec tenetur redire, etiam si iuret, & caueat de non offendendo, *Bald. cons. 240. sicut sapientis, lib. 3.* refert, & sequitur *Aym. cons. 31. num. 4. Petr. Gerar. singul. 65. incipiens, nota illud, Felin. in cap. scribebat, col. 1. de præsumpt.* si tanta sit viri seuitia, quod cautio non videatur sufficere, *Glos. in can. de Benedicto, in verb. sub cautela, in fin. 32. q. 1.*

9 Et cùm ob viri seuitiam recedat, dotem vxori restituere tenetur, vt cõsuluit *Cuman. cons. 175. Donat. Andriol. col. 2. vers. ad secũdũ,* sequitur *Io: Lupus in repetit. rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 64. num. 10.* & sequitur *Io: Andr. in add. Specul. in tit. de donat. inter vir. & vxor. ex §. fin. in addit.* quæ incipit, *quia hic de bannito, &c.* vbi refert *Goff.* dixisse, quod si in excõmunicatione excõmunicatus pseueret, vxor eius nolens secum cohabitare potest dotem repetere, mouetur per *l. 1. C. de repud.* refert *Soce. in*

l.2.col.3. verſ.item limita, ff.ſoluto matrim. & dixit *Abb.in cap.1.in 1.notab. de donat inter vir.& vx. & Bal.in cap. 1.col.2.verſ.itē nota,vt lit.nō conteſtata*, quod quando ſeparatur thorus propter ſeuitiam,vel culpam viri, tenetur vir dotem reſtituere vxori.

10 Et ſi dotis fructus non ſufficiunt ad ipſam alēdam, prēſtare debet alimenta extra domum ſuam, vt tenēt cōiter *DD.Alber.Sali. & Bal.in l.quod in vxorē,C.de neg.geſt.* & alij cumulati per *Tiraq.de retract.lignag.§.10.Glo. vnica, num.* 14. vbi poſtquam dixit, dotem à viro eſſe reddendam, ſubiungit, & ſimilitèr tenetur vir prēſtare alimenta, *Guid. Pap. q.439.* & *Ranchin.*addens,& *Bal.in cap.2.§.fin. in fin.de inueſt. de re aliena fact.* dicit,

11 & multum commendat, quod ſi vxor non habuerit dotem, & ſine cauſa à viro expellitur, tenetur vir aſſignare quartam partem ſuorum bonorum,vt habetur in *auth.de nupt. §.ſic itaq: in auth. vt lic.matri, & auia, §.quia verò legē, auth.quib.mod.natur. effic.leg.§. quoniam verò interpellat, & in l.fin.C. de repud.* q̄ eſt ſimile dicto *Napod.in d.conſuet.quartā,in verb.poſt mortē,n.46.* & hanc opinionē tanquā validiſsimis, & æquiſſimis fulcitam rationibus reiecta contraria amplexus fuit *Lup.in repet.c. per veſtra §.1. verſ.3.ſequitur in tex.num.3. & 4.de donat.inter vir.& vx.*

12 Quomodò autem fuerit obſeruatum in Curia Romana, & in S. C. Neapolitano in caſu diuortij, & quis ſit Iudex taxationis quantitatis ſoluendę,dictum fuit in *deciſ.mea 293.*

13 Quę autem oppreſſio Domini in vaſallos ſit ſufficiens ad hoc, vt liceat vaſallo recedere, quæ ſeuitia ſit ſufficiens in filium,in ſeruum,& vxorē, huius rei Iudicis arbitrio remittitur *metus autem cauſa, ff. ex quibus cauſis maior.* & dicta per *Menoch. lib.11. caſ.135.*

14 Et quod dictum eſt, vaſallo licere recedere à terra Baronis ipſum opprimentis, ita quoque licet Domino vaſallum tumultuoſum, & iniurioſum à ſua terra eijcere, etiam non ſubditos ſuæ iuriſdictioni, *texti in l.ſin.ff.de offic. procurat. Cæſar.* pro quo faciunt dicta per *Peguen. in pract. in tit. de proceſſ. quando Commiſſarij vocantur ad Bannum, cap.24.*

15 Aliàs verò Baroni non liceret eijcere vaſallum, vel alteri dare,quotiescumque intereſſet vaſallo non dari,*Iſer.in cap. Imper. §.nec Dominus de prohib. feud. alien. per Feder. Loffr. in Paraphraſi in d. §. nec domin. col.4. in fi.* nam tranſit per Vniuerſitatem, quando feudum vendit,quod per ſe non tranſiret, *Iſer.cap.1. §.ſi quis fecerit in fin.quo temp.mil. Loffred. ibidem*, & quando feudi alienatio inuitis vaſallis fieri poteſt,vide remiſſiones *Vinc. de Franch. in dec.* 17.

16 Cūq; Fuiſſet in Coll.C. dubitatū, an Barone nō habēte in pprio domicilio incolatus,& habitationis inquiſitiuas carceres poſſit extrahi Reus,& in carceribus extra diſtrictum proprij incolatus detineri, quod non poſſit,pōderantur verba pragm.2. *Regis Ferdinandi in tit. vbi de delicto*, incipientis:*Querula expoſitione*, ibi, *extra diſtrictum proprij incolatus cuiuſque noſtri Regnicolę diſtrahere,& vocare nemo audeat*, per quam *Io:Ant.de Nigris de Campania*, fundat, grauari ſubditos ſub colore, quod non habeant tutos carceres in loco domicilij extrahantur pro cauſa criminali,in *cap.grauamina, num.94. verſ.49. grauantur ſubditi*, ponderat etiam ad hoc *pragm.Cæſar. Maieſtatis Caroli V. in nouiſſima compilat. vbi de delicto quis coram debet prag.5.* incipiens, *Ite quod officiales*,neq;ēt appellatione pēdente, vt prouiſū eſt per *prag.43. ſub rubrica de officio Magiſtri Iuſtitiarij*, de qua meminit, & refert deciſum per Sacrum Conſilium *Io: Maria Nouar.de Grauamin. vaſall. tom.3. grauam.4.* & imputet ſibi Baro, qui non tenet tutos carceres, quod gra-

ua.

Digitized by Google

uamen esse fundat idem *Nouar. dicto tract. de grauam. vasall. tom. 2. grauam. 172.*

Qd limitatur vt infra in *sect. 24. n. 13. vers. sublimita*, qñ aliqua vrgenti causa aliter Iudici videretur, quę considerata fuit in Collaterali Consilio, prout in paruo oppido, in quo non adsunt tuti carceres, dummodò ad proximum locum sub iurisdictione eiusdem Baronis detineatur, vt est videre in prouisionibus, quorum tenor est:

Philippus Dei Gratia Rex, &c.

Ill. & Magnifici Viri Regij Consiliarij fideles dilectissimi. Ci è stato presentato memoriale. Illustriss. & Eccellētiss. Sig. il Dottor Carlo Gizzi Barone delle terre di Monte Cassoli, Carpineto, e suo stato dice à V. E. come in detta sua Terra di Carpineto non vi sono carcere sicure in occasioni di delitti, che facilmente li carcerati se ne fugono, & hauendo nella sua terra di Montazzoli carcere sicure, quale terre fra di loro sono vicinissime due miglia, ancorche siano de diuerse Prouincie, & hauendo fatto più volte ordine alla detta Terra, che douesse fare dette carcere, non solo non vi è luogo, mà è potentissima; di modo, che è astretto per sicurtà farli trasportare da detta Terra di Carpineto à Montazzoli; chè perciò supplica V. E. ordinare, che in caso de delitti graui li sia lecito trasportare li carcerati dalla detta Terra di Carpineto alle carcere di Montazzoli, vt Deus, etc. Et inteso, &c. vi dicemo & ordinamo, essendo vero, che nella terra predetta di Carpineto non vi siano carcere sicure, nelle quali possano stare li carcerati, in tal caso occorrendo carcerarsi alcuni Cittadini di quella terra, debbiate permettere, che li possa fare portare nelle carceri della Terra predetta di Motazzoli, essēdo però più vicina à detta terra di Carpineto, e così s'esequa, che tal'è nostra volontà, & occorrēdo ad alcuno cosa in contrario, comparēdo se li farà giustitia. Datum Neapoli die 18 Decembris 1644.

EL ALMIRANTE.

Vidit Brancia Regens, Vidit Zusia Regens, Vidit Cassanate Reg. Vid. Salamanca Reg. Vidit Capyc. Latro Reg. Merlino Secret.

Alla Regia Audienza.

Philippus Dei Gratia Rex, &c.

Magnifice Vir Reg. fidelis dilecte. A noi è stato per via di Scrittorio presentato il seguente memoriale v3.

Eccellentissimo Signore, Scipione Tabassi della Città di Sulmone, Gouernatore della Rocca del Raso, & Rocca cinque miglia, tutte due d'vn Padrone, l'vna tre miglia lontana dall'altra; supplicādo humilmente li fà intendere, come in detta Rocca del Raso non vi sono carceri, mà alla Rocca cinque miglia sì. Per tanto supplica V. E. li voglia conceder licenza, che capitandoli alcuno carcerato criminale alla detta Rocca del Raso le sia lecito trasportarlo alle carceri della Rocca cinque miglia, acciò possa cumplire esso Supplicante la giustitia, ch'oltre esser cosa giusta lo riceuerà à gratia particolare, vt Deus, etc. El Senor Regēte à quien toca esta Prouincia prouea: consultado à 19. de Dec. 1644. Bolle, &c. Et visto per noi l'esposto nell'inserto memoriale, semo remasti cōtēti, come con questa ci contentamo, ch'essendo vera, che nella Terra della Rocca del Raso non ci sono carcere per custodia de carcerati criminali, occorrēdo di capitar in poter vostro persone inquisite, come l'hauret carcerate le farete trasportar nelle carcere della detta terra della Rocca cinque miglia lontana dalla detta Terra della Rocca del Raso per lo spatio di tre miglia tantum, per esserno le sudette due terre d'vn medesimo Padrone, & così s'esequa, & non altrimente, che tal'è nostra volontà, & non se facci lo contrario per quanto se hà cara la gratia, & seruitio de S. M. da presente singulis vicibus resti in vostro potere. Datum Neap. in Regio Palat. & pretendendo alcuno cosa in contrario compara, che se li farà giustitia. Dic . . . Ian. 1645.

Vi-

Vidit Zuſia Regens, Vidit Caſanate Regẽs. Vidit Sanfelic. Reg. Vidit Capyc. Lat. Reg. Figliola. Al Gouernatore delle terre della Rocca del Raſo, & di Cinque miglia. Eſſendo vero, che nella detta Terra della Rocca del raſo non vi ſiano carcere criminali, poſſa traſportare li carcerati criminali dalla Rocca del Raſo à quella di Cinque miglia, per eſſer lontana non più, che tre miglia, & eſſerno dette due terre d'vn medeſimo Barone, & pretendendoſi coſa in cõtrario, ſe farà giuſtitia, vt ſup.

Philippus Dei Gratia Rex, &c.

Ramirus Philippus de Guzman Dominus Domus de Guzman Dux Medinæ delas
17 *Torres, Princeps Oſtiliani, Dux Sabioneta, Mondragonis, & Traecti, Marchio de Toral de Monaſterio, & de Piadena, Comes Fundorum, Aliani, Collęę, Satriani, Valdoracę, & Carinolę, Dominus Ciuitatis Theani dela Villa, & Montaneis de Bonar, Valliſque de Caruegno, & Caſtelli de Auiados, nec non Conciliorum delos Cilleros, Eques Ordinis Calatraua, Supremusque Sua Maieſtatis Subucularius, Magnuſque Cancellarius Indiarũ, Theſaurarius Generalis Coronę Aragonum, Commendatariusque de Valdepegnas, Capitaneus centum Nobilium pro cuſtodia Sua Maieſtatis, Caſtellanusque Caſtri Noui Neapolis, & in præſenti Regno Viserex Locumtenẽs, & Capitaneus Generalis. Pro parte infraſcriptorum Supplicantium fuit nobis preſentatum memoriale tenoris ſequentis, vz. Illuſtriſſimo, & Eccellentiſſimo Signore, l'Vniuerſità di Camerota, e ſuoi Caſali, & per eſſa Gio: Battiſta Buon'anno Sindico di detta Vniuerſità di Camerota, Gio: Iacquo Accaritio, Gio: Domenico de Martino, Gio: Domenico di Liuccio, & Gioſeppe Sagiomo Eletti di detta Vniuerſità, Paolo Aniello Palermo Proceletto di detto Gio: Iacono, & Bartolomeo de Martino Proſindico di detto Gio: Battiſta, & altri Cittadini dicono à V. E. come l'Illuſtre Marcheſe di eſſa, per tenerla in continui trauagli, & calamità, dal primo giorno, che hebbe il poſſeſſo d'eſſa, la cominciò à trauagliare di continuo di continue liti, volendoſi pigliare con la ſua autorità tutte prerogatiue, priuilegij, robbe, boſchi, piazza, fida, diffida, e tutte altre coſe ſpettantino à beneficio d'eſſa Vniuerſità, volendo eſſo in perſona eſercitare la Giuriſdittione, deroccãdo priuilegij, gratie, beneficij, antico ſolito, in detrimento di eſſa Vniuerſità, carcerando le gente de fatto dentro vna foſſa, procedendo aqſque iuris ordine ſeruato, il tutto per la potenza, che tiene, & anco ſiano determinate varie ſue pretenſioni in beneficio di eſſa Vniuerſità, non hà poſſuto, nè può queſto godere, & mantenerſi nella poſſeſſione di eſſe, venendo di continuo turbata dalla potenza di detto Illuſtre Marcheſe, non volendo obedire ordini Regij, nè del ſuo Collaterale Conſeglio, Sacro Conſeglio, Camera, Gran Corte della Vicaria, di maniera che non hauendo doue ricorrere, per hauerno perſa la loro giuſtitia; ottennero da V. E. che detto Marcheſe non s'intromettesſe in eſercitare la giuriſdittione, mà quella permetteſſe s' adminiſtraſſe dalli Capitanij, & Officiali deputati, & deputandi, non procedendo contro li Cittadini de fatto, mà iuris ordine ſeruato, non carcerando de fatto, ſe non nelli caſi molti graui, per li quali veneſſe imponenda pena di morte, ò di corpo afflittiua; admettendo l'appellatione dalla legge conceſſa, oſſeruando in beneficio di detta terra, e caſali, & ſuoi Cittadini tutti li decreti promulgati dal S. Conſeglio, Regia Camera, Gran Corte della Vicaria, determinati in loro beneficij ottenuti con tanto diſpendio di eſſa ponera ſupplicante, oſſeruando tutti li priuilegij, prerogatiue, gratie, capitoli ſtatuti, & antico ſolito, commettendo V. E. l'eſecutione, & oſſeruanza dell'ordini alli Officiali conuicini à ſpeſe di contrauenienti; poiche poco ſaria importato ad eſſa Vniuerſità con tanto diſpendio hauer ottennuto, & non poſſer hauere eſecutione detti decreti in beneficio di eſſa promulgati. E perche detto illuſtre Marcheſe vole, che detta Vniuerſità, e caſali,*

e ſuoi

e suoi vassalli stiano sempre subpeditati, acciò desistano dalle defensioni delle loro raggioni; volendo dopo tante spese ridurli in estrema ruina, non volendo, che si osserui in beneficio di essa supplicante quello stà determinato per priuilegij, gratie, immunità, decreti, & ogn'altra cosa giusta; hà dato memoriale à V. E. dicendo, che tutte le pretensioni tra essi, & detta Vniersità stanno da Vostra E. rimesse in Consiglio, dove s'è proceduto, e procede, determinandonosi l'aggraui, et articuli in esso, & che l'Vniersità supplicante hà ottenuto prouisione, & ordine da V. E. per osseruanza di detti decreti, priuilegij, immunità, & l'osseruanza di essi all'Officiali conuicini, e sorrettitiamente hà ottenuto, & S.C. reductis omnibus petitionibus ad ius, & iustitiam prouideat, & iustitia faciat, non facendo mentione, ch'essa pouera supplicante dopo hauere speso, & ottenuto determinatione in suo fauore nō hà potuto, nè può ottenere osseruanza, nè esequutione di essi in suo beneficio per la gran potenza del detto Marchese, di modo che tutti hanno abbandonato la propria Patria, & andati in diuersi luoghi, & particolarmente in Napoli per li continui, e gran trapazzi, che fà à suoi Cittadini, carcerando de facto; però per V. E. fù ordinato non si molestassero, nè carcerassero de facto procedendo iuris ordine: e perche l'administratione della giustitia stà nelle mani dell' Illustre Marchese contro l'ordini, e prouisioni di V. E. che perciò ricorreno da V. E. & la supplicano di qualche remedio, che altrimente saranno forzati abbandonare il gouerno dell'Vniersità, le liti, robbe, e case proprie, con ordinare, che sele spedischi saluaguardia, che detto Marchese, e suoi Officiali penitus si debbiano intromettere nelle cause delli Supplicanti, nè carcerare essi, & loro famiglie, nè molestarli nè di robbe, nè di persona, ma permettino, che possano liberamente prosequire dette loro cause, & liti, senza impedimento alcuno, sotto quelle pene, che parerà à V.E. & commettere alla Gran Corte della Vicaria, che di ciò habbia particolar pensiero, mentre che stanno sotto la protettione di S. M. vt Deus, &c. Qua de re cū deceat Regiam benignitatem, & ad officium ei ab alto commissum ad illud pertinere noscatur in Regia securitate, & pacis amenitate subditis Populis fauere, & illos ab omni iactura grauaminis, vitæ, & bonorum periculo releuare exemplo Redemptoris nostri, qui oppressus ob iniustis grauaminibus, & potentiorum manibus releuare præcepit; ac ne quid perperam, & violenter committatur, cùm plus timeri valeant, quæ specialiter iniunguntur, quā quæ generaliter imperantur, & licèt prædicti particulares, vt supra nominati, & eorum familia sub Regio generali Præsidio, saluaguardia, & protectione per Cæsareā Maiestatem bonæ memoriæ cōcessa, positi sint; attamen ad vberiorem cautelam rationibus, & causis supradictis ad euitanda scandala, & violentias, & alijs mentem nostram dignè mouentibus tenore præsentium de certa nostra scientia, deliberatè, & consultò, ac ex gratia speciali, specialiter ponimus, recipimus, assumimus, & constituimus prædictos, vt supra nominatos, cum eorum bonis mobilibus, & immobilibus, & signanter eorum personas sub Regia, & nostra speciali protectione, custodia, & saluaguardia; ità quod nullus nostro confisus amore vel gratia, audeat vel præsumat, dictos vt supra nominatos, cū eorum personis, & bonis iniustè inuadere, lædere, capere, iniuriare, damnificare, offendere, detinere, & arrestare, vel alio quoquomodo eis nocere, vel aliam iniuriam, offensā vel damnū in eorum personis, & bonis facere directè, vel indirectè, quomodocumque, & qualitercunque, quouis quæsito colore; Quinimmò permittant liberè eorum causas prosequi ciuiles, criminales, seù mixtas eisdem liceat prædictarū causarum prosequutione eorum creare, seù constituere Procuratorem, seù Procuratores, actores, negotiorumque gestores sine aliquo impedimento, vel consuetudine, quod si aliquis

mera-

temerarius ductus contra huiuſmodi protectionem, ſalua guardiam, guidaticum, cuſtodiam, & comendam aliquam iniuriam, vel damnum predictis, vt ſupra nominatis facere præſumpſerit, iræ, indignationem Regiam & noſtram, penamque vntiarum auri centum Regiæ Curiæ applicandam, abſque ſpe veniæ ſe nouerint incurſuros, damno illato prius plenariè in duplum emēdato, & reſcripto adiectis, &c. Quod predicti, vt ſupra nominati nullum damnum, vel offenſam predicto Marchioni, & eius Officialibus inferent, neque ipſi de facto innouent, ſed in debita dicti Marchionis permaneant obedientia, iuxtà priuilegia ei conceſſa, eorūq; poſſeſſione, ſeù quaſi, & vt de predictis ignorantiā allegare non poſſint mandamus huius Regni Magiſtro Iuſtitiario, Regenti, & Iudicibus Magnæ Curiæ Vicariæ, Subgubernatoribus, & Auditoribus Prouinciarum, & alijs Officialibus quibuſcumque, & præſertim predicto Marchioni, & eius Officialibus dictæ Terræ Camerotæ, & eius Caſalium, dicimus, & directè precipiendo mandamus ſub eadem pœna, quatenus huiuſmodi Regiam, & noſtram ſpecialem protectionem, cuſtodiam, cæteraque omnia, & ſingula præcontenta eiſdem, vt ſupra nominatis obſeruent, & obſeruari faciant, atque mādent integrè, & indiminutè, per quos decet omni dubio, & difficultate & ſiniſtra interpretatione ceſſantibus, aut tentari contrarium minimè permiſſuri ratione aliqua, ſiuè cauſa, ſi gratiā Regiā eis cara eſt, & penam præappoſitam euitare formidant; duraturā ſiquidem ſalua guardia per biennium, & non vltrà à die datæ petentibus, Regio Sigillo ſolito à tergo impreſſis, præſentāti ſingulis vicibus permanſuris. Dat. Neap. in Reg. Palatio, Die &c.

Salua guardia per biennium in perſonam ſupradictorum de regimine Vniuerſitatis Camerotæ, & eius Caſalium cum eorum familijs in forma Regiæ Cancellariæ, vt ſupra.

SVMMARIVM.

1 Domicilio mutato, an poſſit quis conueniri in foro primi domicilij.
2 Et quid ſi mutauit forū alterius generis, putà ſi erat laycus, & effectus fuit clericus.
3 Et quid quoad munera ſubeunda.
4 Confinatus à Patria, vbi poteſt conueniri.
5 De foro domicilij, de foro originis, & foro rei ſitæ, remiſſiuè.

ARGVMENTVM.

An mutato domicilio in caſu in quo licèt, mutare quis poſſit, & conueniri in foro primi domicilij.

SECTIO X.

QVæro an mutato domicilio, in caſu, in quo licet, mutare poſſit, & conueniri in foro primi domicilij.

1 Reſpondeo, quòd ſi contraxit in primo domicilio, & ibi reperitur, poteſt in loco primi domicilij conueniri, quamuis mutauerit, & ita tenent communitèr Scribentes per *l. iuris ordinem, C. de iurisdict. omnium Iudic.* ſecùs ſi non contraxit in loco primi domicilij, *l. cum quadam Puella, ff. eodem*, ità *Ang. Paul. de Caſt. d. l. iuris ordinem, Alex. d. l. cum quadam Puella, Abb. in cap. propoſuiſti, de foro compet.* & ità intelligunt doctrinam *Bart. in d. l. cum quadam Puella, & in ſing. 159.* qui ſatis generaliter dicebat, quòd mutato domicilio, ad locū primi domicilij, quod tempore contractus habuit, conueniri poteſt, addens ad dictum *ſing. Bart. 150.* refert *Aret. in d. cap. propoſuiſti, & Marian. Socc. in cap. licet, cod. tit.* contrariū tenentes.

Quid

2 Quid si mutauit forum alterius generis, putà erat laycus tempore contractus, & effectus fuit clericus, remissiuè, Mar. Socc. in cap. proposuisti, de for. comp. post nu. 12. vers. circa 20. quæst. de quo dictum est in 2. dec. mea, circa num. 12.

3 Item quid quò ad munera subeunda, & quò ad pœnæ impositionem vide Ang. in d. l. iuris ordinem.

4 Et vbi potest conueniri confinatus à Patria, vide Paul. de Cast. in d. l. iuris ordinem, in fin.

5 De foro Domicilij copiosè per Carleual. in tract. de Iud. de for. comp. tom. 1. disput. 2. q. 1. & de foro originis, q. 2. & de foro rei sitæ, q. 3. & pleniùs de foro contractus, q. 4.

SVMMARIVM.

1 *Forum, quando & quomodò quis sortiatur ratione contractus, remissiuè.*

2 *Solutio si est promissa in certo loco, & stipulatio in alio, quis forus attendatur.*

3 *Et ius municipale cuius loci attendatur.*

4 *Et an possit peti, & conueniri in alio loco, quàm destinata solutionis.*

5 *Potest conueniri in loco stipulato per Procuratorem, quamuis Procurator recedat à loco contractus.*

6 *Etiam quòad restitutionem.*

7 *Etiam in iudicio computorum reddendorum, quæ sunt reddenda in loco, in quo priuatè, vel publicè exercuit.*

8 *Attenditur locus contractus, in quo testamentum est conditum.*

9 *Clericus quamuis contraxerit sine licentia Episcopi, si reperiatur in loco destinatæ solutionis, poterit ibi conueniri.*

10 *In foro ratione contractus poterit quis conueniri, dummodò ibi reperiatur.*

11 *Quomodò citandus sit, & exequendum contra eum, qui in aliena iurisdictione reperitur, v3. per Iudicem Ecclesiasticum contra laicum, & è contra.*

12 *Et sat erit si sub eodem dominio contrahēs reperiatur, quamuis alius Iudex ibi ius dicat.*

13 *Et quid si non reperiatur, & ibi possideat bona.*

14 *Et quid si submiserit se foro contractus, & renunciauerit foro domicilij.*

15 *Et non obstabit iurisdictioni Baronis.*

16 *Si contrahens præstitit iuramentum se responsurum coram Iudice loci contractus, quamuis non renunciauerit foro proprio; nam tunc locus erit remissioni ad Iudicem loci contractus.*

17 *Iudex ratione contractus erit, si soluere promisit, & in eo se præsentare, quoties de promissa solutione agitur, ad eum remissio fiet, etiam si sibi non reperiatur.*

18 *Si soluere promisit certo loco, & certa die differente soluere debito in tempore, conueniri poterit in quocunque loco, etiam si ibi forum non sortiatur.*

19 *Clausula*, vt possit conueniri Aquilæ, & vbique locorum, *vel si promisisset soluere vbique locorum, vbi fuisset petitum, an possit debitor conuentus declinare forum.*

20 *Dictio* vbicūq; *& dictio* vbiq; *est apta comprehendere omnia loca vniuersaliter.*

21 *De foro ratione contractus, remissiuè.*

ARGVMENTVM.

Debitor conuentus quando possit declinare forum contractus.

SECTIO XI.

1 SOrtitur qs forum quoq; ratione cōtractus, *l. heres absens, §. 1. & §. proindè, ff. de iudicijs, & l. si quis tutelam, & l. argentum, & l. vnica, C. vbi conueniatur, qui certo loco dare promisit, l. interdum, §. vlt. ff. de iudic. Guid. Pap. q. 202. n. 3. in fin. c. fin. extra de for. compet.*

Digitized by Google

cõpet. de quo latiſſimè p *Iaſ. §. ſi quis agens, verſ. huic autem loco, à num. 18. inſtit. de action.* & per *Conſil. Carleual. in tract. de iudicijs, diſput. 2. q. 4.*

2 Et quando ſolutio in alio loco eſt promiſſa, attẽditur locus quoad forũ contractus, vbi ſolutio eſt faciẽda, & nõ forus ſtipulationis, *gl. in l. 1. C. vbi conueniatur, qui certo loco dare promiſit*, quam approbat *Paul. ibi*, niſi aliud actum ſit, & *Pet. de Bella per. tit. in l. cõtraxiſſe, ff. de action. & obligat.* & ſequitur *Bart. in l. quæro, ff. de ſolut.* & hanc eſſe meram veritatem fundat *Iaſ. in d. §. ſi quis agens, verſ. huic autem contractus loco, num. 18. inſtit. de act.*

Et in locum conſignandarum mercium, contractus celebratus dicitur ad finem ſciendi forum, *Rota Gen. deciſ. 105. & dec. 161. n. 5. & 7.* & q locus deſtinatæ ſolutionis inſpiciatur, & illius loci qs ſortiatur forũ, *Iaſ. in d. §. ſi quis agẽs, verſ. plus autem, num. 16.* quia contraxiſſe intelligitur vnusquiſque in eo loco, in quo vt ſolueret ſe obligauit, *d. l. contraxiſſe, ff. de act & obligat.* & ad illum locum remiſſio fit, *Couar. pract. reſol. cap. 10. num. 6 in fin. verſ. 12. vbi quis ſoluere.*

3 Et ius municipale eiuſdem loci attenditur, *Affl. dec. 126. num. 8.* verùm gabella debet ſolui in loco contractus, non deſtinationis, vt per doctinam *Anton. & Abbat.* fundat *Felin. in cap. licet ratione delicti, de for. compet. num. 18. verſ. item ad illud*, quia gabella debet ſolui in loco contractus, & de communi teſtatur.

4 Poteſt etiam conueniri, & peti in alio loco, quàm vbi deſtinata eſt ſolutio, ſed petẽs, tunc eſt condemnandus reo ad intereſſe; & eſt ratio, quia ſi nõ poſſet peti in alio loco, nõnunq̃ creditor fruſtraretur intentione ſua, quia reus, vel data opera, vel ex neceſſitate nunquam peruenire ad locum deſtinatum, quod eſſet iniquum, qã conſiderauit Iuris Conſul. *in l. 1. ff. de eo, quod cert. loc.* & ſatis eſt reo, quod ſibi ſatisfiat de intereſſe, de quo in *d. l. 1. ff. de eo, quod certo loco*, & intelligẽ *text.* & prædicta, vt fiat hæc condemnatio ad intereſſe, quãdo petitur ſolutio in loco non competenti; ſecùs ſi petitur in loco idoneo, putà in loco domicilij, vt ſoluatur in loco conuento; tunc enim nullam pœnam incurrit, cùm nullũ intereſſe in hoc reus prętendat, verba ſunt *Abbat. in cap. vnico de plus petit. nu. 4. verſ. nota 3.*

Et an poſſit puniri ſecundum ſtatuta loci, in quo delinquit, vel ſecundum ſtatuta ſui domicilij, vel ſecundum iuris ciuilis diſpoſitionem, *Marian. Socc. in cap. poſtulaſti, de for. compet. num. 16. verſ. ad quartum princ. articulum.*

5 Amplia hanc cõcluſionem, vt poſſit conueniri coram Iudice contractus ſtipulati, etiam per Procuratorem, *d. l. hæres abſens, §. apud labeonem*, ponderato ab addente, ad *Bart. in d. §. apud labeonem, de iudic.* vt ſi mercator habeat factorem in certo loco, qui ibi contraxit, poſſit conueniri in loco contractus pro contractibus cum factore celebratis, *Boer. deciſ. 114. & Rot. Gen. d. deciſ. 161.* quamuis Procurator recedat à loco contractus, *Roman. ſing. 240.*

6 Amplia etiam in reſtitutione, quæ poteſt peti coram Iudice loci celebrati contractus, *Rolan. conſ. 26. vol. 2. num. 31.* & tenet *Couar. in lib. variar. reſolut. cap. 4. in princ.* per *text. in l. in contractibus, §. vlt. C. de non numer. pec.* & ex authoritate nonnullorum ſcribentium, reijciendo *Bal. Paul. & Iaſ.* interpretes contrarium tenentes.

7 Amplia quoque in reddendis rationibus, quæ reddendæ ſunt coram Iudice loci, in quo priuatim, vel publicè adminiſtrationẽ quis exercuit, *d. l. hæres abſens, §. 1. l. 1.* & ibi *gloſ.* & omnes, C. *vbi de ratiocinijs agi oportet*, notant omnes *in d. l. hæres abſens, §. 1.* præſertim *Paul. de Caſtro & Iuniores, & in d. cap. vlt. de for. compet.*

Digitized by Google

pet. & in cap. 1. de iud. glos. celebratissima *in l. 1. ff. si quis in ius vocat. non ierit*, & ex communium omniũ DD. sententia ad prædictum locum remitti, refert *Couar. in lib. pract. quæst. cap. 10. num. 4. in fin. vers. 4. illud præmissis aptè conuenit*, iuxta declarationem *Franc. Munoz de Escobar. in tract. de ratiocinijs administrat. & comput. cap. 7.*

8 Amplia in vltima voluntate, attenditur enim locus, in quo testamentũ est factum, *Bart. in l. Titius, §. Roma, ff. de excusat. tut.*

9 Amplia etiam in clerico, qui contraxit sine sui Episcopi licentia, nam si reperiatur in loco destinatæ solutionis, potest ibi conueniri, quamuis sine consensu Episcopi contraxisset, & solutionem destinasset, nàm hæc iurisdictionis prorogatio non solùm fit ex contrahentium consensu, sed à lege, eius authoritate inducitur *text. in cap. cum dilecti de iudic. Hypol. in c. 1. num. 68.* & ibi *Bosch. Codechan.* contra *Det.* aliter dicentem *Couar. d. cap. 10. pract. quæst. num. 6. vers. 9. ex proximè traditis.*

10 Limita principalem conclusionẽ; Primò, si in loco contractus non reperitur, tunc enim nõ potest in loco cõtractus cõueniri, cum ibi nõ reperiatur, *cap. Romana, §. contrahentes, de foro compet. in sextò*, per quem *text.* ità cõmunitèr tenent Scribentes *Franciscus Marc. decis. 244. par. 2. & decis. 400. par. 1.* vndè regulam tradunt quòd in contractibus non habet locum remissio, *Roman. singular. 283. Guid. Pap. decis. 202. nu. 3. Couar. in d. cap. 10. vers. 11. ex his pract. resol. n. 6. in fine*, per quos tradũtur declarationes, & per eũdẽ *Couar. in tract. variar. resolut. lib. 1. cap. 4. nu. 1.*

11 Et quomodò citandus sit in aliena iurisdictione, & sic exequẽda sẽtentia, quando fuerit lata pEcclesiasticũ cõtra laycum, & è contra lata p Iudicem secularem, quando exequi poterit, quotiès in ea necessitas incidet, *Couar. pract. quæst. d. cap. 10. num. 1. & 2. & Franc. Marc. decis. 401. tom. 1.*

12 Et sat erit si sub eodẽ dominio cõtrahẽs reperiatur, quãuis alius Iudex ibi ius dicat, *Thes. dec. 220. in fin.*

13 Sublimita primò hanc limitationem, si contrahens habeat bona in loco contractus, ità loquitur *text. d. cap. Romana, §. contrahentes*, & ibi *DD.* communitèr notant *de foro compet. lib. 6.* si verò nõ habeat bona in loco contractus; licèt Iudex illius loci de causa cognoscere nõ possit, nec propria sententia definire, nec locus sit remissioni; potest tamen si latitat reus in loco domicilij missionem in possessionem bonorum ex primo decreto decernere, & Iudicem loci, vbi bona sita sunt pro exequutione requirere, secundum communem, & receptam *DD.* sententiam *in d. §. contrahentes, & in d. l. hæres absens, §. 1.* vbi *Paul. de Cast.* & alij, verba sunt *Michael. Grass. in syntagm. comm. opin. tom. 1. in tit. vbi in rem actio. num. 14.* quod declara secundum *Couar. practicar. resolut. cap. 10. num. 4.*

14 Sublimita secundò, cùm contrahens submiserit se foro illius loci, & proprij domicilij foro renunciauit expressim, nam tunc locus est remissioni, & ad Iudicem loci contractus remissio est facienda, *glos. in l. 1. ff. si quis in ius vocat.* quam communitèr approbatam referunt *Bart. Ias.* & cæteri *DD.* cumulati per *Couar. in d. cap. 10. practic. num. 5.* qui testatur esse communem in totum, *Mich. Grass. in recoll. comm. opin. 1. tom. tract. comm. opin. in impressione, in anno 1608. in tit. vbi in rem act. num. 15. Balb. decis. 5.* relatus in *d. tract. comm. opin. in d. tit. vbi in rem act. num. 18.*

Verùm *Iacob. in d. l. 1. ff. si quis in ius vocat. num. 6.* dicit hanc *glos.* opinionem in praxim non seruari, quod idem seruandum erit in loco destinatæ solutionis, quamuis contrahentes alium forum ex priuilegio habeant

Digitized by Google

beãt, nam nõ eſt intelligenda renunciatio, vt aliqui exiſtimant, quoad forum, quid priuilegio, & iure ſpeciali datur, ſed quoad forum iure communi proprium competentem, cùm renunciatio hac ex cauſa contractui adſcribitur, ſollemnitèr *Couar. in d. cap. 10. poſt num. 5. verſ. 6. ſubducitur, & verſ. 7. vt ſemel.*

15 Hæc quidem renunciatio non obſtabit iurisdictioni Epiſcopi, ſeù Baronis, ſi ſine eorum conſenſu facta fuerit, niſi in loco contractus reperiretur, *Couar. in d. cap. 10. nu. 5. verſ. 8. ab eodem radice, & verſ. 8. ex proximè traditis.*

16 Erit quintò locus remiſſioni, ſi cõtrahens præſtitit iuramentum ſe reſponſurum coram Iudice loci contractus, nam quamuis non renunciauerit foro proprio, locus erit remiſſioni ad Iudicem contractus, *Angel. Paul. de Caſt. Iacob. Rom. Marian. Socc. Iaſ. Curt. Iun. Ripa, Auguſt. Ber.* relati per *Couar. in d. cap. 10. num. 6.* & communem refert *Mar. Socc. cap. dilecti, n. 39. de for. compet. Michael Graſſ. in recoll. commun. opin. in d. tit. vbi in rem act. num. 16.* eam intelligens *Couar. loc. cit.* cùm iuramentum acceſſerit promiſſioni factę de litigãdo apud Iudicem loci, in quo contraxit, & non eſſe admittendam, ſi tãtum contractus fuerit iuramento confirmatus.

17 Et idẽ erit, ſi certo loco qs ſoluere promiſit, & in eo ſe præſentare, nàm quoties de promiſſa ſolutione agitur, ad eum remiſſio fiet, ſi ſoluere promiſit debitam pecunię quantitatem certo loco & tempore, nempè in nundinis quibusdam; nàm & ſi eo loco nundinarum tempore non inueniatur, poterit ibi conueniri ad eumque locum remiſſio eſt facienda, *Couarr. ibidem verſ. 12. vbi quis, & verſ. 13. idem erit.*

18 Et ſi promiſit ſoluere certo loco, veluti Aquilæ certo die differente debito tempore in dicto loco ſolutionem, poteſt vbique conueniri, nõ ſolum Aquilę, verùm etiam in quocumque loco, etiam ſi ibi forum non ſortiatur, ſecundum *Bald. Salic. Paul. de Caſt. in l. 1. ff. de ec, quod certo loco,* & alios plures congeſtos per *Iaſ. in §. plus autem num. 27. inſtitut. de action.* communem refert *Vin. opin. 182.* vbi ſubdit hęc verba

Sed nota, quod vbicumque debitor obligaſſet ſe cum hoc pacto, ſeù
19 clauſula, *vt poſſit conueniri Aquilæ, & vbique locorum*, tunc iſta clauſula nihil operatur, nàm prædicto pacto nõ non obſtante poſſet debitor conuẽtus declinare forum Aquilæ, niſi promiſſiſſet, ac ſe obligaſſet iſte debitor ſoluere vbique locorum, vbi fuiſſet petitum, ſecundum *DD. in l. 3. §. ſi quis ita, in princ. ff. de eo, quod certo loco in d. l. 1. eod. tit. in cap. 1. extra de iudic. Bar.* & alij *in l. ſi quis in cõſcribendo, C. de pactis*, vbi *Alex. nũm. 6.* ait hanc eſſe communem opinionem, & *Anton. Galleſ. in tract. Camcral. oblig. in 2. par. q. 3. num. 1.*

20 Dictio .n. *vbicunq;* & dictio *vbiq;* eſt apta cõprehendere omnia loca vniuerſalia, *Cap. ad honorem, de authoritate vſu Pallij, l. vbicunq; ff. de interrog. act.* & dictio *vbiq;* accipitur pro quocũq; loco, *l. 2. verſ. vbique, ff. ſolut. matrim. Auguſt. Barb. de clauſ. dict. 413.*

21 Quòad forum ratione contractus, multa ponit *Couarr. d. cap. 10. practic. quæſt.* & videndus eſt *D. Conſil. Carleual. in tract. de iudic. diſput. 11. q. 4.*

SVMMARIVM.

1 *Quãdo quis ſortitur forum ratione rei ſitæ, requiritur, quod ibi reperiatur.*
2 *Vindicat ſibi locum in actione hypothecaria.*
3 *Et in actione in rem ſcripta, vt in caſu iuris prothomiſeos.*
4 *Sed quotiès agitur actione perſonali, tunc neceſſario Iudex domicilij adeũdus eſt.*
5 *Etiam quoad feudum.*

AR-

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

Forum quis sortitur ratione rei sitæ, quando sit competens.

SECTIO XII.

1 SOrtitur quoq; forũ ratione rei sitę, *l.fin.C.vbi in rẽ act.l.forma, §.si verò,ff.de censibus, l.2. §.si perfecta,ff.de iudic.cap.ex parte, de for. compet.* quod similitèr ibi reperiri requiritur, ità *Bald.* post *Innoc. in cap. nonnulli de rescriptis,* & firmat *Paul.de Cast.in d.l.fin.* & *Philip.Franc.in cap.1. de priuileg.in sextò,* quam opinionem pro vera habuisse Sac.Const testatur *Vinc.de Franch.decis.*187.1.*vol.*

2 Item vindicat sibi locum in actione hypothecaria, quò ad forum iniudicio actionis mixtæ, & realis, ex traditis per *Vinc.de Franch.in dicta decis.*187.

3 Nec non in actione in rem scripta, vt in casu iuris prothomiseos refert per Sac. Consil. decisum fuisse, idem *de Franch.decis.*389.

4 Sed quotiès agitur actione personali,tunc necessariò Iudex domicilij adeundus est,*glos.in l.forma, §.si verò quis agrum,* & ibi *Bart ff.de censibus, Abb.in l.fin.nu.*43.*de for.compet.Rom. cons.* 197. cum alijs relatis per *Ias. cons.*8.*num.*4.*vol.*1. *& Ann.alleg.*58. vbi in specie,q̃ quando agitur actione personali,q̃ proponitur pro aliqua re immobili coram Iudice domicilij agẽdum est, *Bar.in d.l.fin.in fin.* Marian. *Soc.in cap.sanè,vers.declinatoria, de foro compet.*

5 Item ratione feudi, *And. in cap.*1. *de milit.vass.qui contumax est , col.* 1. *cap.ex parte,de for.compet.* quando cõuentus esset actione reali,& non personali,*Ann.alleg.*74.*num.*4. dummodò ibi reperiatur, idem & simile dicit in beneficiato, *num.*3.

Vndè inoleuit praxis,quod citatur Baro in loco feudi, de qua meminit *Reg.Ronit.in prag.*11.*de citat.num.*20. qui alios congerit,& ego in *dec.*237. *num.*1.ad quod facit *tex.in l.4.§.prator ait,ff.de damn. infect.* ibi,*in fine, ad ipsum prædium erit denunciandum,* & ita obseruatum fuit per Collat.in casu sequenti.

Nam mota lite per creditores Illustris Principis Molfetti in S. C. vt cogatur ad vendendum feudũ Molfettæ in Regno existens , præuia citatione in loco feudi,fuit dubitatũ in Coll.Consil.super exequutione Regiarum literarum pro consignatione possessionis virtutæ volũtariæ venditionis pendente lite in S. Cons. & sic obstare vitium litigiosi.

SVMMARIVM.

1 *Factum.*

2 *Debitor quando potest cogi ad vendẽdum feudum,& carcerare haredem feudatarij debitorem.*

3 *Et quando poterit procedi ad sequestrationem fructuum, & illarum exequutionem,&iurisdictionis.*

4 *Practica pro sequestranda iurisdictione.*

5 *Pendente iudicio venditionis feudi super actione personali, contestata lite an sit res litigiosa.*

6 *De iure canonico, quando dicatur affecta vitio litigiosi, & de iure authenticorum , & quomodò contrahatur in actione personali.*

7 *Assensus impetratus non facta mentione litis in alienatione , nullitèr & subreptitiè impetratus dicitur,& non valet.*

8 *Assensus non operatur in damnũ tertij, quo casu certiorãdus est Princeps, & interim supersederi debet in exequutione .*

9 *Quando est quæstio super iure aliquo annexo ipsi rei , & non super re ,*

an

Digitized by Google

an inducatur vitium litigioſi.

10 *Decretum.*

ARGVMENTVM.

Litigioſa res, quando dicatur, ſi in aſſenſu non ſit facta de ea mentio: & ſi in præiudicium tertij tendat, an ſit nullus, & ſit Regi reſcribendum.

SECTIO XIII.

Corollarium.

DD. Lucas Spinola, & Leonardus Spinola Nobiles Genuenſes creditores D. Ferdinandi Gonzaghę in notabili ſumma, D. Lucas cum aſſenſu, alter ſine aſſenſu, egit Leonardus in Sac. Conſil. pro cõſequutione ſui crediti ducatorum quinquaginta mille, obtinuit aſſiſtentiam ſuper allodialibus, petijt cogi ad vendendum feudum, iuxtà *deciſ. Preſid. de Franch.* 704. & explanationem *Reg. Rouit. in pragm.* 25. *de feud. nu.* 69. *& in conſ.* 77. *num.* 1. *&* 2. *lib.* 2. *& in prag.* 3. *num.* 13. *de ordin. Iudic.*

2 pro qua coactione etiam carcerare hęredem feudatarij debitoris, ſic deciſum refert *D. de Franch. loc. cit. num.* 4. 5. 6. & probat *Franc. de Amic. de feudis, fol.* 9. *&* 10. poterit etiam

3 practicari ſequeſtrum fructuum, & illorum exequutio, probat *Rou. in d. conſ.* 77. *num.* 3. poſt *Affl. Camerar. & de Pont.* ad finem recipiendi emolumenta iurisdictionis, ꝙ impugnat

4 *Rouit.* ideòque prolato per Iudicem decreto, quod ſequeſtretur iuriſdictio, certioratur D. Prorex pro electione Capitanij, *Viſcont. in ſuo lib. concl. in verb. exequutio ſententia, f.* 77.

Per Sac. Conſil. fuit præſtita aſſiſtentia ſuper burgẽſaticis, ſalua prouiſione facienda ſuper coactione petita ad vendendum bona feudalia.

Stante lite in hoc ſtatu, D. Princeps Gonzaga vendidit Ciuitatem Molfettę in beneficium dicti Lucę Spinolę cum retentione ſui crediti in partem pretij, produxit in Collat. Conſil. Regis aſſenſum requiſitum in alienatione feudi, titulo decorati, & inſtabat pro exequutione.

Oppoſuit D. Leonardus non eſſe concedendum exequatur ſtante pẽdentia litis in S.C. & pendente arti-

5 culo coactionis ad vendendum reſeruatę in decreto, de qua non fuit facta mentio in precibus pro impetratione aſſenſus, & ſic ſuper re litigioſa, ſubreptitię impetrati, & proindè eſſe Regi reſcribẽdũ, iuxta *conſ. Canon. cap. ſed quando de reſcriptis*, vel eſſe expectandum exitum coactionis ad vendendum in decreto Sac. Conſil. reſeruatæ.

Ideò neceſſe eſt videre an ſit litigioſa.

In altercatione inter DD. an ſit neceſſe, vt res ſit litigioſa, ꝙ res petatur actione reali, an verò ſufficiat, vt Dominium rei petatur actione perſonali, puta ſi ex empto agam ad rẽ, vt eam mihi tradas, & ſic Dominium eius in me transferas, vel ſi ex ſtipulatu agam aduerſus te, vt rem mihi promiſſam des, vtroque caſu rem eſſe litigioſam probare conabatur.

Ad quod fundandum ponderabat *gloſ. in auth. litigioſa, in verbo dominio, in fin. C. de litig. gloſ. in l.* 2. *in verbo deducta*, C. *eodem*, vbi dicit hæc verba: *Vel dic actiones, ſcilicèt perſonales, vel reales, quando agitur in rẽ, vt ff. de act. & obligat. l. actio in perſonam*, nàm hæc lex, & ſequens de perſonali dicunt, & nota ſecundum *Placentinum*, quod de ꝑſonali corrigitur ꝑ *auth. ego puto*

non

Digitized by Google

non corrigi, sed tantum plus exigi in personali, quod Iudicium sit motum lite contestata, vt hac *lege* dicitur, *Bart. l. 1. §. inter ff. de litigiosis, Salyc. in l. 3. n. 1. vers. 2. casu, C. de litigiosis, Felin. in cap. dilectus, num. 8. de exception. Dec. in cap. cum Martinus Ferrar. 10. num. 14. de const.* vbi etiam *Ripa num. 191. 192. & 193.* dicens esse opinionem veriorem, & æquiorem *Pract. papiens. in forma libelli responsionis rei, in verbo exceptio litis pendentia num. 3.* ibi, *contrahitur vitium litigiosi hoc modo, Carleual. in tract. de Iudit. tom. 2. lib. 1. tit. 11. disput. 11. nu. 2. vers. si vero agatur actione personali, Donat. Anton. de Marin. lib. 1. resolut. quotidian. cap. 256. à num. 7. vers. sed aduerte*, quia communis sententia dicit, quod per solam libelli oblationem, si agatur actione personali, ad rem prosequẽdam, veluti actione ex empto efficitur litigiosa, ibique per totum caput ad declarationem vitij litigiosi tàm de iure cõmuni, quàm *const. eorũ fraudibus*, ac *capituli conuẽtus*, diffusè, & copiosè scripsit, & de practica procedẽdi seruata forma *capituli conuẽtus, à n. 23.* & per *Episc. Aloys. Ricc. in collect. 407. in par. 9. in 4. intelligentia cum seqq.* in qua multa notabilia habemus.

6 Nam de iure canonico, res efficitur litigiosa per solam citationẽ, de iure ciuili, & nouo authenticorũ, contrahitur in actione reali, in qua de Dominio, vel quasi, directo, vel vtili agitur per solam libelli oblationem, vt in *authent. litig. C. de litig.* licèt olim per litis contestationem, vt in *l. 2. C. eodem*, in personali autem contrahitur per litis contestationẽ, cùm in ea nihil fuerit imputatum, secundum *Din. & Iac. Burs. cons. 100. num. 2. tom. 1. Petr. Matth. in addit. ad Guid. Pap. decis. 479. Cenall. tom. 3. q. 820. num. 33. 34. & 35. Potid. Rip. obser. 383. Paul. Christ. tom. 4. decis. Belgic. tit. de litigiosis, nu. 4. 5. & 6. D. Episc. Ricc. collect. 817.* ibi, *tertiò contrahitur vitium litigiosi per litis contestationem.*

Ratio assignatur, vt actor, & reus ad imparia iudicẽtur, nẽpè personalis actio ex parte actoris lite contestata remanet litigiosa, & quia non debet licere reo, quod non licet actori, per quam rationem pertransiuit *Ripa* relatus per *Peregr. de iure Fisc. lib. 4. tit. 6. num. 10. in fin.* qui eã approbat, quamuis contrarium dicãt esse communem, *DD.* qui hanc sustinuerunt opinionem sunt *Couarr. pract. quæst. cap. 15. num. 6. in fin.* cum antiquioribus per ipsum cumulatis, inquit opinionem hanc veriorem, vtiliorem, conducibiliorem in praxi existere ad euitandas litigãtium fraudes, & nè sententia elusoria reddatur, *Reg. Lunar. in repet. cap. 1. de vassal. decrep. ætatis, à num. 30.* vbi etiã pro interesse creditorum in actione personali fuit prohibita feudi alienatio, *Reg. Tap. lib. 3. iuris Reg. in cõst. eorum fraudibus*, qui alios citat, subdit *num. 3. & quatenus in sexto casu super actione personali rem litigiosam non efficere, etiam si ad rem ipsam agatur, veluti exempto, dicas non videri vndique tutum*; contrarium enim firmat *glos. in l. quamquam, §. 1. in vers. iudicium, ff. de aqua pluu. arcẽd.* ibique eam sequuntur *Bart. Cuman. Imola, Roman. in addit. ad eundem Bar.* & post alios *Ias. cons. 43. col. vlt. lib. 1.* inquit, temerarium ab hac opinione in iudicijs discedere, *Reg. Galeot. tom. 1. controu. 2. à num. 19. cum seqq.* vbi *n. 23.* dicit, nec sola ratione fraudis est prohibita rei litigiosę alienatio, sed nè reddatur elusoria sententia, & effectus rei iudicatæ, & quod magis est, ne deterior efficiatur cõditio litigantis, quę rationes ità cõprehendũt Regem, sicut priuatum, cuius intentio est, ne iuri tertij derogetur, cæterique cumulati per *Peregr. de iure fisci, lib. 4. tit. 6. nu. 10.*

7 Insuper assensum impetratum nõ facta mentione litis in alienatione facta post annos septem litis continuæ

nuæ nullitèr,& ſubreptitiè impetratum fuiſſe, probat *D.Andr.Capan.in tract.de iure Adohæ,q.41.à num.9. ad num* 43.*D.Montan.controu.49. n.*18. & quando adeſt ſententia,vt hic in qua reſeruatur quiſio coactionis ad vendendum,ſpecifica mentio faciẽda eſt, aliàs inducitur ſubreptio, & nullitas aſſenſus impetrati , ità bis fuiſſe deciſum per *Rot. Rom.* refert *Auguſt.Barb.in tract.de claus.claus.77. num.*3.

8 Nec conceſſiſſet in damnum tertij, quod eſt euidens in caſu,de quo agitur.

Nam quamuis per perſonalem actionem agenti non quæratur ius in re,lite conteſtata; quæritur tamen ius ad rem,quo priuatur Leonardus Spinola, ſi aſſenſus à Regia Maieſtate impetratus exequeretur, quo remedio non poſſet agere contra tertium poſſeſſorem,in quo fuit translatum dominium, & poſſeſſio, quod conſiderauit *Capyc.deciſ.*126.*ſub n.*8. quo caſu non eſſe concedendum exequatur , multis auctoritatibus probat *Io:Bapt.Valenz.Velaſq.cõſ.*69. *num.*144.*vol.*1. & quando versatur intereſſe tertij, eſt ſuperſedendum in exequutione,vt concludit *Reg.de Pont.in tract.de poteſt.Proreg. in tit.de abund.ciu.* §.3 *à num.* 14. vbi quod ad omnia ordinata & ſtatuta per Regem,ſunt intelligenda, ſtatui & diſponi citrà prejudicium iurium tertij, & quod propterea Rex ſit conſulendus, & interim ſuperſedẽdum, addit etiam,quod ex conſultatione Rex ſcribat,ſiuè diſponat, ex regula *text.in l.ſi quando de reſcript.& ex gloſ. auth.de mandat.Princ.in* §.*ſi quis autẽ, in verbo nuntians*,quę dicit,quod Iudices reſcribendo, & conſulendo Principi deſeruiunt, id, quod indubitabile videtur in contingenti caſu, dum in aſſenſu expedito legitur clauſula , *iuribus noſtris ſemper ſaluis*, quæ clauſula facit, quod actus non tenet ex defectu aſſenſus; eo poſtea interueniente intelligatur in præiudicium confirmantis tantùm, & non tertij , vt ſingularitèr aduertit *Anna in cõſtitutionẽ Diua Memor.f.*3. *n.*114. *& allegat.*67.*num.* 18.

Ex his vnus ex Dominis cenſuit eſſe ſuperſedendum in exequutione aſſenſus,donec per Sac. Conſil. fuerit deciſus articulus reſeruatus ſuper coactione ad vendendum,nam quãdo per S.Conſil.fuiſſet determinatũ eſſe cogendũ ad vendendũ,tutius & æquius erit,auctoritate Iudicis,vendere, auditis creditoribus,legitimis ſubhaſtationibus precedentibus, accenſa candela, pecunia præſenti, quã in beneficium vnius creditoris cum poteſtate retinendi creditum , non ſine ſuſpictione colluſionis , & fraudis in præiudicium aliorum creditorum.

9 Pro dicto Luca dicebatur nullum eſſe inductum vitium litigij; quod inducitur, cùm agitur actione reali, petendo dominium rei, ità *Bart.& DD.in l.* 1.C.*de litigioſ.Abb. in cap.cũ M.Ferrar.num.*7.*de conſtit.Par.in cap. dilect.num.* 11.*de except. Papienſ.in for.libell. pro actione reali in verb. veris,num.*59. *Roman.conſ.*170. *num.*3. teſtatur de communi opinione *Menoch.conſ.*79.*num.*26.*lib.* 1.nec inducitur ob hypothecariam actionem, *tex.in* §.*hoc autem auth.de litigioſ.* probatur ex ipſa *auth litig.C.eod.* vbi res litigioſa dicitur ea , de cuius dominio,ſeù quaſi directo, ſiuè vtili inter partes iudicialitèr contenditur; non tamen aliqua extentio fieri debet, cùm titulus de litigioſis ſit pænalis; vndè proculdubio dicendum eſt,cũ res petitur actione perſonali non dici litigioſam , fundat *Cancer.variar. reſolut.cap.*12.*de reb. litigioſ.à num.*2. afferens DD.hanc ſequentes opiniones, reliquos affert *Pereg. de iur. fiſc. lib.*4.*tit.*6.*num.*10.*verſ.contra uerò*, & quando non eſt quæſtio ſuper re,ſed ſuper iure aliquo ipſi rei connexo conſuluit,*Nats.conſ.*145.*n.*16.*&* 17.

Digitized by Google

vol. 1. quod res ipsa nunquam efficitur litigiosa, hinc *Menoch. de arbit. Iud. lib. 2. cent. 3. casu 202. n. 17.* dicit, quod si lis esset super possessione, nō teneretur exprimere in gratia impetranda super proprietate, *Cassiod. dec. Rot. 4. vt lit. pendent.* quod facilius procedet in casu de quo agitur, in quo nō adest lis super aliquo iure ānexo ipsi feudo, sed simplici actione personali contra feudatarium ad vendendum feudum, & in casu renitentiæ non potest procedi per Iudicem ad venditionem feudi, *Presf. de Frāch. d. decis. 704. Reg. de Pont. de potest. Proreg. tit. 6. de assensu Regio super dotibus, num. 18. & 19. fol. 24.* contraria procedunt quando agitur actione personali ad certam rem, pro illius dominio consequendo, & ita omnes intelligere testatur *Peregr. de iur. fisc. lib. 4. de litig. tit. 6. à num. 10.* quam sequitur relatis DD. pro vtraque parte; Ex quibus, & ex prefatis fundamentis huius opinionis patent responsa, & pro vtraque opinione DD. cumulat *Iacob. Cancer. variar. resolut. lib. 2. cap. 12. de reb. litigios.* & in hac negatiua descendit, *num. 6. vers. proeuldubio dicendum est, Io: Aloys. Ricc. in collect. 4067. in 3. intelligentia, in 9. par. posthuma*, vbi plures intelligentias in materia litigiosi, tradit.

Facta relatione in Collat. Consil. per D. Proregem fuit ordinatum, *esse exequendum assensum*, mediante decreto, cuius tenor est qui sequitur:

X en aquellas ordinarias, en que procedian algunos Ministros, y se delegarõ a otros, y murieron despues los ordinarios, y no se han cometido à otros sucessores dellos, y penden todauia ante dichos Delegados, continuen à proceder como ordinarios, y enterado, paraque no vayan en manos de otros Ministros no informados: y assi ig me ha mandado S.E. lo auise à V.S. para que se execute en esse Sacro Consejo. De Cancilleria à 11. de Otubre 1623.

Fernando Ronito.

ARGVMENTVM.

Ministri Regiæ Cameræ an in eorum causis sint conueniendi in Regia Camera; & an ibidẽ sit remittenda causa, quæ pendet in S.C. si ratione exempli potest præiudicium facere Fisco.

SVMMARIVM.

1 Tribunal Regiæ Cameræ est competẽs, vbi agitur de intereſſe Regij Fisci, & de eius authoritate, origine, & præeminentia.

2 Et quid in causis Ministrorum ipsius Tribunalis.

3 Et an sit prouidendum super articulo remissionis per Iudicem, coram quo pendet lis.

4 Tribunal Sacri Consilij est ordinarium, & de eius iurisdictione.

5 Opposita incompetentia, an Iudex, cui opponitur, cognoscat.

6 Casus omissus in dispositione statuti remanet sub dispositione iuris communis.

7 Quod in uno conceditur, in alijs negatur.

8 De competentia causarũ Ministrorum Regiæ Cameræ.

9 Pendente articulo inter partes in S.C. cuius decisio ratione exempli potest afferre præiudicium Fisco, an sit remittẽda causa ad Regiam Cameram.

10 Decisio.

SECTIO XVII.

1 IN negotijs, in quibus agitur de intereſſe Regij Fisci, Tribunal Regiæ Cameræ competens est iuxta sanctiones in *lib. pragmaticarum, in tit. de officio procurat. Cæsaris*, & ibi *Reg. Rouit.* de cuius origine, & comparatione cum antiquioribus Magistratibus, eiusque authoritate & præeminentia dixi in *decis. mea 291. num. 9.*

2 Sed fuit dubitatum, quò ad Ministros in eorũ causis, an sit Iudex idem Tribunali, in quo ius dicunt, & per quos determinanda sit competẽtia: Et pro negatiua afferebatur decisio relata per *Reg. Rouit. in dec. 74.* in quâ ponuntur verba *prag. 6. de offi. procur. Cæsar.* quæ sequuntur:

3 *Et quanto alle cause de gli Officiali di questa Regia Camera, & altri administratori dependenti da essa, li quali pretendono le cause proprie douersi vedere per quessa Camera, & ad essa douersi rimettere; Vi ordiname, che ci auisati delle pendenti, & suo tempore delle mouende, perche in ciascheduna*

Digitized by Google

di eſſe mandaremo doue ſi hauerà da litigare, ex quibus verbis dicebatur, ad Dominum Proregem, & Collaterale Conſilium ſpectare declarationem, & non ad aliud Tribunal.

4 Verùm, fuit reſolutum in Collat. Conſilio, ꝙ remitteretur cognitio ad S.C. in quo pendebat lis inter creditores ſuper Territorio empto per Preſidentem Regię Camerę Io: Baptiſtã Piſanellum, & in eodem Tribunali Sacri Conſilij inſtãdum eſſe pro remiſsione, quod eſt ordinarium Tribunal, vt fundat *Reg. Rouit. in rubrica de offic. procurat. Caſar.* & poteſt cognoſcere de feudis, & alijs cauſis, quãtũuis arduis *prag.* 3. *de off.* S.C. & ibi *Reg. Rou. n.* 1. *ad tex. in l.* 2. *ff. ſi quis in ius vocatus non iuerit*, cum concordantibus adductis per *Carauit. in rit.* 230. *num.* 3.

5 Aduerto tñ, ꝙ quando opponitur hæc exceptio incompetentiæ Iudicis, Iudex cui opponitur, cognoſcit an ſua ſit iuriſdictio, *l. ſi quis ex aliena ff. de iudicijs*. Et Doctores hanc opinionẽ ponũt pro regula, vt cõſtat ex *Carolo de Graſſis in tract. de exceptionibus, except.* 18. *num.* 9.

Inſuper iudicium vbi acceptum eſt ſemel, ibi & finem accipere debet, *l. vbi acceptum, l. ſi quis poſtea, ff. de iudicijs, l. penult. ff. de iuriſdict. omn. Iudic.* Et cauſę continentia non debet diuidi, *l. nulli prorſus, C. de Iudic.* Et fuit dictum, *deciſionem* relatam per
6 *Regentem Rouitum* non loqui de caſu dependentię à lite pendente in S.C. & ꝙ id de quo nõ loquitur *Reg. prag.* remanet in diſpoſitione iuris communis, quod ſupra fundatum fuit eſſe iudicandum per ordinarium, corã quo opponitur incompetentia; prętereà *pragm.* non fuit vſu recepta in Regno.

Sed poſtmodum in anno 1584. per literas Suæ Captolicæ Maieſtatis, de quibus fit mentio in *pragmat.* 61. *de offic. procurat. Caſ.* fuerunt enuntiatæ cauſę, & perſonæ, quæ ad Tribunalis Regię Camerę cognitionem ſpectant, & Miniſtros extra adminiſtrationẽ non cõprehẽdit, ſed in adminiſtratione tantùm, imò expreſ-
7 sè prohibet, & quod in vno conceditur, in alijs negatur, vt *C. de procurator. l. maritus*, cum concordantibus adductis per *gloſ. in l. cum prætor* 12. *C. de iudic. in verb. videtur*, inſuper caſus relatus per *Regentem Rouit.* fundatur ob peremptionem inſtantiæ, & ſic non pendebat lis in S.C.

Et ex his per Coll. Conſ. fuit iudicatum, & confirmatum decretum priùs latum, *quod S.C. prouideat ſuper remiſſione ad Regiam Cameram, etiam in cauſa reclamationis.*

8 Reliqua de competentia cauſarũ Miniſtrorum Regiæ Cameræ habes *in mea deciſ.* 291. *lib.* 2. vbi pro vtraq; parte afferuntur *DD.* authoritates, & deciſiones.

9 Sed & fuit aliàs dubitatũ, & diſcuſſum in Col. Conſilio, an in cauſa vertente in S. Conſ. ſi incidat decidendus articulus ſimilis articulo vertenti in Regia Camera, putà in quæſtione illa, *an frater vterinus ſuccedat in feudo*, ſit remittẽda causa ad Regiam Cameram ad euitandũ prędiudicium, quod parari poterit ob authoritatem *deciſ.* S.C.

Et pro affirmatiua ponderabantur duę *deciſiones* relatę per *Præſidentem de Franch.* vna 132. per quam patet, fuiſſe remiſſam ad Regiam Cameram, quò ad ſimilem articulum; & altera 117. in qua Prorex Regni ad euitandum Fiſci prędiudicium mandauit, *vt vnitis Tribunalibus Sacri Cõſilij, & Regiæ Cameræ decidatur cauſa*, & fundatum fuit in mea *deciſ.* 70. *num.* 16. & deciſum, quod in S.C. procedatur, verùm quò ad articulum prædiudicialem Fiſco, remittatur ad Regiam Cameram.

In eandem ſententiam deſcendit Collaterale Conſilium ſub die 2. Martij 1645. in cauſa Regij Fiſci cũ Illuſtri Marchione Gruttulæ, & ordi-

Digitized by Google

dinatum, *quod* S.C. *relationem faciat de statu causæ ad hoc, vt prouideri possit super decisione.*

Et audita relatione fuit interpositum decretum tenoris sequentis:

In causa Regij Fisci Regalis Patrimonij cum creditoribus D. Caroli Sanchez Marchionis Gruttulæ, vt in actis; &c.

Die 27. mensis Aprilis 1645.

Audita relatione Magnifici Commissarij D. Gasparis de Soto cum interuētu Magnifici Fisci Patroni Regiæ Camerę.

Illustriss. & Excellentiss. Dominus Vicerex, Locumtenens, & Capitaneus Generalis, &c. prouidet decernit, atque mandat, quod Sac. Reg. Cons. super supplicatis de iustitia prouideat; verùm si contigerit tractari de articulo successionis fratris vterini, eius decisio remittatur ad Reg. Cam. Summaria.

SVMMARIVM.

1 *Instructio pro Gubernatore Regiæ racæ.*

2 *Verbum,* solus cognoscat, *adimit iurisdictionem ordinariam.*

3 *Domino feudi censetur tributa iurisdictio priuatiuè ad iurisdictionem ordinariam.*

4 *Prouentus sunt fructus iurisdictionis.*

5 *Differentia inter feudum, & officium.*

6 *Iurisdictio concessa alicui Officiali non censetur concessa priuatiuè ad iurisdictionem Magnæ Cur.*

7 *Quando priuilegiū concessum est personæ, & non officio, tunc non potest M. Cur. se intromittere, vt in Curia Admirati.*

8 *Iurisdictio quando censeatur concessa cumulatiuè, & quando priuatiuè.*

9 *Habentibus æqualem iurisdictionem locus est præuentioni, & præfertur ille, qui præuenit ad citandum, nu.* 10.

11 *Habēs iurisdictionem contra suos Officiales intelligitur, dummodò in officijs delinquant.*

12 *Crimen assassinij est crimen enormissimum.*

13 *Detestabile scelus est, filium patrem iniurijs, & verberibus afficere.*

14 *Enorme delictum est, insultus excogitatus cum armis, percussione sequuta.*

15 *Delicta grauia quæ dicantur, quæ grauiora, & quæ grauissima.*

16 *Militentes in Curia Principis fori prescriptione non gaudent, si pro priuatis negotiationibus conueniantur.*

17 *Habens iurisdictionem contra suos Officiales, an & quando illam exerceat contra offendētes dictos officiales.*

18 *Clausula siue in principio, siue in fine ponatur, refertur ad omnia præcedentia.*

19 *Quodlibet statutum in dubio reduci debet quātum potest ad ius commune.*

20 *Regia Cam. Summ. quando non cognoscat de causis tāgentibus partes, & nō Fiscū, nec de causis Officialiū, & administratorum dependentium ab ea.*

21 *Iudex non potest exercere iurisdictionem vltra limites suæ iurisdictionis, & exercendo, etiam si dubitaret, nullitèr exercet.*

ARGVMENTVM.

De iurisdictione Gubernatoris gregis equorum, quò ad Ministros in exercitio delinquentes, actiuè, & passiuè.

Et quando iurisdictio censeatur concessa priuatiuè, & quando copulatiuè in officijs. Ac de clausula quando refertur ad præcedentia.

SECTIO XVIII.

1 SED cùm egimus ſupra de Tribunalibus, cenſui non omittẽda nonnullæ, quæ habui de Gubernatore gregis equorum, ac ratiæ Regiæ, vt dicimus vulgò ex antiquiſſimis allegationibus, & ſunt quę ſequuntur, pro explicãda iuriſdictione Gubernatoris prædicti:

Verba capituli inſtructionis datæ Magnif. Gubernat. R. raczę hęc ſunt: *Item, ve ſe declara concederueſi la giuriſdittione ciuile, & criminale ſopra tutti li detti Officiali, quali attualmente ſeruiranno in detta Regia racza, & ſopra tutti quelli particulari, quali offenderanno li detti Officiali per cauſa de loro Officij, & ſopra quelli faranno danno alle Regie foreſte, defeſe, & Territorij di detta Regia racza, & non vltra: Però nelli caſi, nelli quali viene ad imponerſe pena corporale, come ſono homicidij, & altri delitti de importanza, non hauerete da componerli ſenza conſulta di queſta Regia Camera, acciò hauuta voſtra relatione, lo poſſa referire all'Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Signor Cardinale, Locotenente Generale, & prouedere quello li ſarà ſeruitio, & tutti li prouenti ſi faranno nella voſtra Corte per cauſa de detto officio tanto de contumacie, quanto de delitti; Il denaro d'eſſi lo douete fare peruenire in potere del Rationale de detta Regia racza in beneficio di detta Regia Corte.*

Ex huiuſmodi verbis inſtructionis duæ oriuntur difficultates; Prima, an iuriſdictio conceſſa huic Magnifico Gubernatori in Officiales, qui actu deſeruiunt, intelligatur conceſſa priuatiuè ad Magnam Curiam Vicariæ, habentem generalem ordinariam iuriſdictionem in toto Regno.

Secunda, an intelligatur conceſſa, quò ad concernentia eorum officium, & non quò ad diuerſa, & penitùs ſeparata, vt putà ſi dicti Officiales delinquerint extra dictum officium, occidendo hominem, inſiluendo, vulnerando, & alia delicta committendo.

Ad primam, & in hac inſtructione 2 non dicitur, quod ipſe Gubernator ſolus cognoſcat, per quod verbum, *ſolus*, videatur adempta iuriſdictio ordinariæ dictæ Magnæ Curię, vt voluit *Angel. in l. 1. per illum tex.* ibi: *Princeps enim ſolus, C. vbi, & apud quem*, licèt contra *Angel.* conſuluerit *Dec. conſ. 3. diligenter pro tenui facultate mea, num. 1. cum ſeq.* vbi adducit iura, & authoritates; nec dicitur, quod Magna Curia non poſſit ſe de cauſis talium perſonarum intromittere, vt loquitur *Capyc. deciſ. 9. limit. 6.*

3 Et in omnibus ferè priuilegijs Baronum videmus appoſitam hanc clauſulam, per quam Barones petunt remiſſionem eorum vaſallorum in Magna Curia, nec ſumus in Domino feudi, cui cenſetur tributa iuriſdictio priuatiuè ad iuriſdictionem ordinariã, vt notat *Abb. in cap. caterum, nu. 7. de indic.* & firmant alij DD. cumulati per *Gram. deciſ. 30.* quę *deciſ.* facta fuit pro Illuſtri Comite Sarni; qui petebat remiſſionem ſui vaſalli inquiſiti per Magnam Curiam in Ciuitate Sarni; & fundatur, quia Comes erat Dominus Caſtri, & iſto reſpectu iurisdictio intelligebatur ſibi conceſſa priuatiuè ad Magnam Curiam Vicarię, hoc idem voluit *Bald. in l. 1. q. 43. ff. de rerum diuiſ.* quẽ ſequitur *Iacob. in tract. de iuriſdictione num. 49.* vbi dixit, quod ſi Rex mihi concedit caſtrum cum prouentibus, & omni vtilitate, hac ratione attenta, quia ego habeo iura vtilia cum vtilitate, & in effectu Rex non poterit cognoſcere de primis cauſis, & huic Magnifico Gubernatori nullum caſtrum eſt conceſſum, ſed tantum nuda, & ſimplex iuriſdictio abſque vtilitate, cùm prouentus nõ ſint ſui, ſed Magnę Curię, & ex hoc inconuincibiliter probatur, quod iuriſdictio eſt ſibi conceſſa in officium, &

ad-

Digitized by Google

administrationem, non autem in feudum, proprietatem, & vtilitatẽ, cùm prouentus nõ sint sui, vt dictum est,
4 & prouentus sunt fructus iurisdictionis, *Bart.* quem communitèr sequuntur *DD. in l. fin. ff. solut. matrim.*
5 & differentia est inter feudum, & officium, vt sentit *Capyc. decis. 77. n. 12.* & ideò dicebat *Andr. in cap. 1. §. cæteri verò, tit. quis dicatur Dux*, quod ille, qui est inuestitus de rectoria, dicitur Capitaneus, & istud officium rectoriè non dicitur feudum, sed quędam administratio officij, quæ non transit in hęredem, etiam si perciperet emolumenta secundum eum, quanto magis quia hic gubernator nullum emolumentum percipit, cõ-
6 cessa est ergo sibi iurisdictio in Officiales actu deseruientes in administrationem tantùm; Et per consequens non priuatiuè ad iurisdictionem ordinariam Magnæ Curiæ, sed cumulatiuè, confirmatur per *tex. in l. fin. iuncta glos. C. vbi causa fiscal.* vbi disponitur, quod licèt Comiti domorum sit data iurisdictio specialis in colonos Regis, tamen circa eosdem colonos non intelligitur adempta iurisdictio Præsidis, & hanc opinionẽ vndecim rationibus cõprobat *Rom. cons. 393. præsens consultatio*, *Bald. in l. 1. in princ. ff. de offic. Consul.* vbi dicit, quod si in eadem Ciuitate sunt duo Officiales, vnus Deputatus generalitèr, alter specialitèr, generalis potest se de illa specie intromittere, nisi ille specialis esset superior generali, & exemplificat, quando Iudex esset specialitèr deputatus super causis appellationum, quo casu intelligeretur derogatum iurisdictioni ordinarię in ijs causis appellationum, quæ Iudici speciali conceduntur, hoc idẽ tenuit *Nel. de Sancto Gem. in tract. de ban. 2. p. primi temporis, q. 11. per totam*, vbi hunc articulum disputat, & distinguendo ità determinat, nisi aliud in priuilegio dicatur, per iura, de quibus *ibi per eum*, & in casu nostro iste gubernator non est creatus, vt superior Magnæ Curiæ, neque hoc exprimitur in capitulo instructionis, idem in effectu determinat *Bart. in l. 1. C. de offic. Præfecti Vrb.* quod si in Ciuitate fiat vnus Officialis specialis super damnis datis, non propter hoc tollitur iurisdictio, quam habet Potestas, qui habet vniuersalem iurisdictionem, & sequitur *Anchar. cons. 164. de iuribus*, *& efficacia prouisionis nu. 5. vers. descendo ad secundum principale dubiũ*, cumulatiuè ergo intelligitur cõcessa iurisdictio, & nõ priuatiuè, & ista est communis opinio, vt testatur *Ias. in l. quod in rerum*, *§. quod si quis post*, *num. 8. de leg. 1. Gram. in cons. 108. causarum ciuil.* q loquens de
7 iurisdictione magni Admirati huius Regni in suos recomendatos, consuluit, quod in causis dictorum recommendatorum Magna Curia se intromittere non potest, quia priuilegium concessum est personis, quo casu magnus Admiratus solus cognoscere debet, allegat *Bal. in l. vnica*, *§. vbi autem, num. 7. C. de caduc. toll. Paul. de Castr. in l. si quis cum procuratore*, *§. Iulianus ait, ff. de procurat. & tex.* ab eodẽ *Paulo* citatum *in l. nec quicquam, secũdò respon. ff. de offic. Proconsul.* & cum hac opinione pertransit; videamus
8 de veritate huius dicti verba *Bald. in d. §. vbi autem*, hæc sunt: *Vidi dubitari de tali casu, duo sunt Iudices deputati, ita quod quilibet solus cognoscat, vnus in causis pupillorũ, alter in causis à decẽ libris, infra accidit, quod cã pupilli est à decẽ libris, infra dicũt quidã, quod inspicitur persona tamquã dignior, argumento l. iustissime, ff. de edil. & edict. aly dicũt quod vterq; potest cognoscere diuersis respectibus, sumpto argumento de nobiliori ad ignobilius.*

Illud scias, quod quando in priuilegium personæ deputatur alicui Iudex specialis, putà dicit statutum, quod de causis Hospitalis Misericordię summatim cognoscat Collateralis *potestas, quod ille solus potest*

co-

cognoſcere, hoc ſentit Iacob. Aret. ff. de leg. 1. l. quod in rerum, §. ſi quis, quod verum eſt, quia iſta commiſſio nedum eſt in ſpecie, ſed indiuiduo, attento loco, cui impeditur fauor, vt notat Dyn. in cap. generi, ex hoc habes veritatem in antecedenti quæſtione, nam Iudex deputatus fauore perſonæ deputatæ, tanquam magis diſcretus, ſed quæ deputatur, ratione minoris ſummę deputatur, tamquam minimus. Hic ille. Et caſus *Bal.* non poteſt adaptari ad caſum noſtrum, quia *Bald.* loquitur, quando ſunt deputati duo Iudices, ità quod quilibet ſolus cognoſcat, quæ dictio *ſolus*, non eſt in hoc capitulo inſtructionis.

Item iſte Gubernator non eſt deputatus, tamquam magis diſcretus, & magna Curia tamquam minima: nec deputatus perſonæ, & magna Curia ſummæ; ita, qđ priuilegium perſonę præponderaret ſummę, ſecundum eundem *Bald.* qui eandē *quæſtionem* poſuit *ff. de liber. & poſthum. l. gallus, §. ille caſus, vlt. col. verſ. item facit*, vbi videtur magis inclinare in opinionem *Cyn.* qui tenuit, quod cognitio ſpectat ad Iudicem præuenientem, *Paul. de Caſtr.* allegat *Bal.* & ſecundū eum debet intelligi, & *tex.* ab eo citatus, *in l. nec quicquam*, & reſpōdēdo loquitur fauorę cauſæ, ibi, *ſanè ſi fiſcalis, vel pecuniaria cauſa ſit, de cuius cauſæ fauore non tractamus*, tenenda eſt, ergo cōmunis opinio ſupra allegata, quod iuriſdictio intelligitur conceſſa cumulatiuè, ſicut dicimus inquirere de falſitate ponderum, & menſurarum, pertinet ad Secretum, *per cap. Regni, item prædicti Secreti*, & hodie ad magiſt. Ration. Reg. Siclæ; & licèt hoc ſtatuatur in dicto capitulo, quod Secreti inquirant, non tamen alios inquirere prohibet, ad eius, quod notatur C. *de Collat. auth. quod locum* ſecundum *Sebaſtian. Napod.* in *dict. cap. Regni, ſi cumulatiuè*, Magna Curia Vicariæ, Regia Audientia Calabriæ, & iſte Gubernator Regiæ raczæ habent æqualem iuriſdictonem in iſtos Officiales actu de-
9 ſeruientes, & in pluribus habentibus æqualem iuriſdictionem, locus eſt præoccupationis, *Bart. in l. ſi maritus* & ibi *Angel. ff. de adulter. tex. in cap. vt debitus, de appellat. & in cap. 3. de offic. archipresbit. Angel. de Aret. in l. 1. §. ſi quis in appellatione, ff. de appellat. Gem. in cap. per hoc, de hæret. lib. 6.*
10 & prefertur ille, qui primò præuenit in citando, *l. ſi quis poſtea, & l. vbi cęptum, ff. de iudic. cap. propoſuiſti, de for. compet. Bart. in tract. de iuriſdict. num. 12. Laſ. in l. ſi pluribus, num. 25. ff. de leg. 1.* & modò Petrus Marſamopolus Officialis dictæ Regię raczę multa, & ęnormia, vt audio, cōmiſerit delicta, pro quibus inquiſitus eſt per Regiam Audientiam Calabriæ, quæ habita informatione, eundem Petrum citauit, & carcerauit, & poſtquā capta fuit informatio de delictis prędictis, & poſtquā Petrus ipſe fuit citatus, & carceratus per dictam Regiā Audientiam, Locumtenens dicti Gubernatoris, qui debebat eſſe ſollicitus, & vigil in procedendo, & puniēdo delicta prędicta, vt de eis cognoſcere poſſet, diſſimulauit alitèr non procedendo, nec ad informationem, nec ad citationem, ſed poſtquā intellexit, quod Regia Audientia cognoſcit de delictis prædictis, & in fortijs ſuis detinet inquiſitum; idem Locūtenēs cōparuit, & petijt remiſſionē, & remiſſum neſcio quo iure liberauit à carceribus, ſpatiando per terrā Blanci in preſentia partis offenſæ appellantis à decreto remiſſionis prædictæ ad Magnam Curiam Vicariæ, vbi ſperat iuſtitiam ſuam videre, cùm ad eam ſpectet de delictis prædictis cognoſcere, vt ſupra apertiſſimè fuit demonſtratum, & hæc quantum ad primam difficultatem.

11 Ad ſecundam, an iuriſdictio intelligatur conceſſa in concernentię bus officiū, *Bal. in l. ait prætor, §. & ita*

Digitized by Google

loquitur, ff. nautæ, caup. & stabul. dicit quod Guglielm. de Cuneo in l. nulli, C. quorum appellationes non recip. voluit per dictum tex. super verſ. extra negotium, quod Sindici, qui habent cognoſcere de commiſſis per Officiales, non debent intromittere ſe ſi quid ab Officiali petitur non ratione officij, ſed ex alia cauſa, idem Bal. in l. fin. q. 2. C. de iuriſdict. omn. Iudic. dicit, quod ſi mercatores puta pannorum, vel ſerici habent Iudices, & aliquis mercator eſt obligatus mihi ex alio contractu, quæ ratione pannorum, vel ſerici, non poſſum eum conuenire coram Iudice mercatorum, quia non conuenio eum ratione artis, ſed debeo eum conuenire coram Poteſtate, ſecundum Cyn. & iſtud conſulendo ſequutus eſt Thom. Gram. conſ. 66. cauſarum ciuil. num. 1. gloſ. in l. magiſteria, ſuper verb. etiam, C. de iuriſdict. omnium Iudic. formatis contrarijs in ſecunda ſolutione ſic reſpondet: *Vel dic veriùs, & pleniùs, quod in militari crimine, putà ſi vendidit arma, ſolus magiſter militum habet coertionem, vt hic; in communi verò crimine, ſiquidem enorme, Iudex, ſiuè Præſes loci, vbi delinquit, habet cognitionem, & coertionem, & iſtam gloſ. communitèr ſequuntur, ibi Saly. num. 2. & communitèr alij*; Ad propoſitum iſte Petrus inquiritur in Magna Curia, non ratione officij, nec de rebus tangentibus officium, nec de criminibus officij, ſed de criminibus communibus extra officium, & ideò de illis non Gubernator Regię raczæ, ſed Magna Curia Vicariæ cognoſcere debet crimina
12 enormia, quid enormiſſimũ eſſe poteſt crimine aſſaſſinij, cap. 2. ibi, *ſcelus tam execrabile, de homic. in ſexto*, quid
13 deteſtabilius quod propriũ patrem iniurijs, verberibuſque afficere, vndè Imperator Valerianus mandat Iudici, impietatem filij ſeuerius vẽdicare, l. 4. C. de Patr. Poteſt. quod de-
14 lictum grauius eſſe poteſt, vt inſultus excogitatus cum armis ſequuta percuſſione, *conſtitutio Regni Iuſtitiarij*, nomen ponit inter enormia delicta, & Bart. in l. non ſolùm ſi man-
15 *dato, num. 7. ff. de iniur.* deſcribit, quæ dicãtur delicta grauia, quæ grauiora, & quæ grauiſſima; de his ergò delictis, & alijs inquiritur iſte Petrus, qui conatur ſe defendere cum hoc priuilegio Regię raczę, & fugere iuſtum iudicium Magnæ Curię, & pœnam debitam euadere, ad prędicta etiam facit tex. in l. vnica, C. *in quibus cauſis militantes*, vbi habetur, quod
16 militantes etiam in Curia Principis fori prędcriptionem non habent, ſi pro priuatis negotiationibus conueniuntur, *lo: Fab. in l. quod pramulgatis, C. de offic prefecti Vrb.* ſic dicit, nota, quod Iudex habet cognitionem ſuorum ſeruientium, & Officialium, & debent ei remitti, quod poteſt eſſe verum, ſi in officijs delinquant, & ſic tenet Curia Francię, ſequitur *Boer. deciſ. 9. & præſuppono, quod iſti clientes, num. 9. gloſ.* ad hoc notabilis, in *cap. tuarum, ſuper verſ. priuilegij, poſt medium, extra de priuil.* ſic diſtinguẽdo determinat, ſi priuilegiatus deliquit circa rem non exemptam, vt in contractu, vel maleficio, occidendo hominem, vel adulterando, tale delictum poteſt punire Epiſcopus loci; ſi verò deliquit circa rem exemptã, puta ſe malè gerendo in officio ſuo, tunc à ſolo Papa punitur, quia in his exemptus eſt: per iura, de quibus ibi per eam, & ſubiungit hæc verba: *Si verò aliud ſpecialius in priuilegijs ſuis inuenitur, illud ſeruatur, & in hac inſtructione non continetur, quod gubernator Regiæ raczæ cognoſcat de delictis commiſſis per eoſdem Officiales, extra dictum eorum officium*; immò expreſsè dicitur, quod cognoſcat de delictis commiſſis in officio, ſiuè pro cauſa officij, & non vltra, & probatur ſic, repetendo verba dicti capituli; *Item, ve ſi declara concederueſi la giuriſdittione ciuile, & criminale ſopra tutti*

ti

ſi li detti Officiali, quali attualmente ſeruiranno in detta Regia ſacza, & ſopra tutti quelli particolari, quali offenderanno li detti Officiali per cauſa de loro officij; iſta qualitas, *per cauſa de loro officij*, 17 refertur ad omnia hoc modo: *Ve ſe concede la giuriſditione ſopra tutti li detti Officiali, quali offenderanno, & delinqueranno per cauſa de loro officij, & ſopra tutti quelli, quali offenderanno li detti Officiali per cauſa de loro officij*, referendo hanc qualitatẽ, *per cauſa de loro officij*, ad Officiales offẽdẽtes, & offẽſos, hoc in ſpecie videtur ꝓbari, & decidi *in l. 1. in princ.* iuncta *l. doli, ff. de ſer. corrup. verſ. illa verba dolo malo*, poſita poſt illa verba, *recepiſſe, perſuaſiſſe, ne quid ei diceretur*, referuntur tàm ad verbum, *recepiſſe*, quàm ad verbum, *perſuaſiſſe*, & hoc dicit *Bart. in d. l. doli*, notandum eſſe, ad ſtatutum dicens, *ſiquis faceret ſic, et ſic*, putà furtum, vel incendium, & poſtea ſubnectitur *de nocte*, quod iſtud verbum, *de nocte*, refertur ad vtrũq; confirmatur, quia clauſula, ſiuè 18 in principio, ſiuè in medio, ſiuè in fine poſita fuerint, ad omnia refertur, *cap. 2. requiris, de appellat. l. talis ſcriptura de leg. 1.* ita iſta qualitas, *per cauſa de loro officij* ad vtrumque membrũ refertur, ſiuè facias punctum, ibi, *in dicta Regia ſacza*, ſiuè ibi, *& non vltra*, vbi meo iudicio punctari debet, quia hic perficitur oratio, cùm à principio vſque hic vnica eſt oratio ſub vnica verborum ſtructura cum copula, & poſita, ibi, *& ſopra quelli*, quæ copula, & identitas orationis, quælibet de per ſe inducit repetitionem ſequentium ad præcedentia, & è contra, *l. repetendis, ff. de leg. 3. Bald. in conſ. 153. quidã teſtator num. 2. & 3. lib. 5.* & ſi alitèr intelligeremus, quod iurisdictio ſit conceſſa huic Magnifico Gubernatori pro delictis commiſſis per dictos Officiales extra officium, derogarentur tot iura ſuperius allegata, & alia multa, quod nõ eſt dicendum, *l. ſi quando, C. de inoffic. teſtam.* & derogaretur etiam & iuriſdictio gene- 19 lis, & ordinaria dictę Magnæ Curię, & quælibet conceſſio, quodlibetquè ſtatutum in dubio reduci debet quantum poteſt ad ius commune, *cap. cum dilectus*, & ibi notat. *de conſuetud. l. etiam, §. poſt., ff. de bon. libert. Aret. conſ. 116. viſo puncto*, vbi pulchrè loquitur, quando clauſula in fine poſita habet relationem ad præcedentia, præſertim quia Regia Camera, quæ dedit has inſtructiones, non cognoſcit de his, quę partes reſpiciunt & Fiſcum non tangunt, etiam de 20 cauſis Officialium Camerę, & aliorum adminiſtratorum dependentiũ ab ea ex *pragm. Imperatoris Caroli V. bona memoriæ de anno* 1533. ſi ergo Regia Camera de iſtis delictis non cognoſcit, non eſt veroſimile, quod huic Magnifico Gubernatori cognoſcendum mandauerit, argumento *tex. l. obligatione generale, ff. de pignor. l. qui peculij, ff. de pecul.* & ſi Magnificus Gubernator vellet cognoſcere, perperã procederet, cùm iuriſdictio ſibi conceſſa ſit limitata per dictionem taxatiuam in dicta inſtructione poſitã ibi, *& non vltra*, & Iudex nõ poteſt exercere iuriſdictionem vltra limites ſuę iuriſdictionis, & exercendo, etiam ſi dubitaret, nullitèr exerceret, *Anton. de Butr. in cap. præterea, in 5. Coll. de dilat. Alex. conſ. 67. 3. vol. col. 1.*

SVMMARIVM.

1 *Iudex quis efficitur competens ratione damni illati.*

2 *Ratione communis Patriæ vt Romæ; Et ſi reperitur Legatus durante legatione, ibid.*

3 *Ratione manumiſſionis.*

4 *Ratione matrimonij.*

5 *Ratione ordinis, vel clericatus, vel ſtudij, ſcolaſtici ſub Epiſcopo, vel magiſtro. Et quando competat ratione familiaritatis, n. 6.*

7 *Item ratione militiæ, an gaudeant priuile-*

Digitized by Google

uilegio pro communibus delictis, & quid quoad nautas, & classicos.

ARGVMENTVM.

Forũ quando quis sortiatur ratione damni illati, vel cõmunis Patriæ, aut ex aliquo priuilegio. Et an ratione militiæ miles gaudeat pro communibus delictis.

SECTIO XIX.

1 SEd & forum sortitur quis rõne damni illati in territorio, nam damnificans seminata, sortitur forum illius loci, in cuius territorio damnum factum est, *Ann. singul.* 137.

2 Sortitur quoque forum ratione communis Patrię, vt Romæ, *ff. ad municipalem. l. Roma*, vel in Curia Regia, si ibi reperitur, etiam tanquam legatus; habet. n. legatus ius reuocandi ad domicilium, & quod non vocetur durante legatione, *l. 2. §. legatus, ff. de iudicijs*, & ita intelligit *d. l. Roma, glos.* ibi *Paul. de Castr. in l. cum quadam puella, num. 6. C. de iurisdictione omn. Iudic.* ad cuius intelligentiã, & ornatũ videndus est *Alciat. lib. 10. disput. cap. 21.*

Præcedentibus rationibus sortiẽdi forũ iungẽdę sunt causæ sequẽtes,

3 Primo, ratione manumissionis, vt libertus sequatur forum patroni, *l. assumptio, ff. ad municipalem, §. 1. de munerib. & honorib. l. penult. & ante penult. lib. 11.*

4 Secũdò, rõne matrimonij mulier sequitur forum viri, *l. exigere, ff. de Indic. l. vlt. §. 2. ff. ad municip. Io: de Plat. in l. viros, C. de comit. consistor. lib. 12. & l. ne ad diuersa, C. de silent. lib. 12. & l. eos, qui, C. de fabricens. lib. 11.* de quo dictũ est sup. *n. 4.* etiam si vir ex priuilegio sortiretur, *l. in sacris, C. de prox. Sac. Scrin. lib. 11. & l. fi. de præpos. agẽt.* in rem facit, quia efficitur vna caro cum viro, hanc rationem adducit *Bart. in d. l. fin. §. 2. ad municip.* aliud in concubina, *l. de iure §. fin. ff. de iudic. & l. fin. §. item rescripserunt, ff. eod.* de quo dictũ est supra *n. 22. sect. 5.*

5 Tertiò, ratione ordinis, vel clericatus, vel studij scolastici sub Episcopo, vel magistro, vt in *auth. vt clerici apud Episcopos, §. 1. coll. 6.* vulgata *auth. Habita, C. ne fil. pro patre, & in proœm. digestor. in fine*, quod intellige secũdum *Bar. in l. hæres absens, §. proinde, in fin. ff. de iudic.* quoad ordinatum, vel clericum de foro

6 Episcopi illius loci, vbi aliàs sortitur forum ratione domicilij, vel originis, vel aliàs, & in eo, quod dictum est ratione studij scolastici, intellige tunc sortiri forum, si ibi contrahat, non autem pro contractibus, aut obligationibus antea factis, vt per *Bart. in d. §. proindè, in fine*, & sic quod procedit etiam quoad absolutionem à iuramento, nam per Episcopum rei, vbi reperitur quis, est concedẽda, *Ann. alleg. 83. n. 6. & n. 10* assignat rationem.

7 Quartò, sortitur quis forum ratione familiaritatis, *Capycius decis. 12.* & familiaris temporalis eodem priuilegio Domini gaudet durante tempore suæ familiaritatis, *Paponius lib. 5. tit. 12. Arrest. 78.* diciturq; quis habitator loci, vbi permanet, *Gramm. decis. 87. num. 4. & 7.*

Quintò, rõne statuti in aliquo Collegio artium, de quo dictum est supra *sect. 16. à num. 15.*

Sextò, ratione militię, *l. municeps etiam definit. 23. in fine, ff. ad municipal. l. magisteria, C. de iurisd. omn. Iudic.* & de hac iurisdictione habetur per

Aialam in tract. de iure belli.

Per *Iulium Ferrett. in tract. de re, & diſciplin. milit.*

Per *Regentem Rouit. in repetitionibus Pragmaticarum, in tit. de militibus.*

Per *Regium Conſil. Patignum in tract. de Iudic. & priuilegijs militum inſerto in vol. pragmaticarum, in tit. de militibus, in repet. Regentis Rouiti.*

Per *Iulium Chriſpoldum cum appẽdice, ſiuè annotatione ad priuilegia militum ſtat. Eccleſ.*

7 Et quo ad claſſicos *Reg. Conſtant. in l. vnica*, C. *de claſſicis, lib.* 11.

Sed fuit quandoq; dubitatum in delictis communibus per milites patratis, ad quos ſpectet cognitio.

Et *quæſtionẽ* ex profeſſo examinant *Reg. Rouit. in prag.* 11. *de milit. n.* 12. *& Conſil. Patig. in d. tract. à num.* 11. *inſerto in lib. pragm. in prag.* 11. idem *Rouit. loc. cit.* refert opinionẽ *gloſ. in d. l. magiſteria*, eſſe frequentiori dicto calculo approbatam, & frequentiori vſu receptam, ac rerum iudicatarum authoritate corroboratã, quę diſtinguit, quod ſi agitur de crimine militari, puta ſi vendidit arma, ſolus magiſter militum habet coertionem; ſi verò crimẽ, de quo inquiritur miles, eſt enorme, Prę ſes loci, vbi deliquit cognitionem habebit, coertionem verò remictit ad Magiſtrum militum.

Et tandem reſidet in opinione indiſtinctè, cognitionem ſpectare ad Magiſtrum militum tàm pro militaribus, quàm pro communibus delictis, cum declarationibus tàm per *Rouit.* quàm per *Patig.* locis ſuperiùs poſitis. De qua diſtinctione in materia iuriſdictionis, quando ſit competens ratione priuilegij Iudex, & quãdo Iudex ordinarius, dictum eſt ſupra *ſect.* 18. *à num.* 11.

Maius dubium fuit quoad remiges, nauarcos, alioſque claſſicos.

Cũq; nãq; fuiſſet cõmiſſum homicidiũ per Ioſephũ de Rao Clauiariũ triremis, intus Ciuitatem, carcerato Ioſepho p M.C. p parte Generalis claſſis fuit inſtatũ p remiſſione ad eius Audientiã, p qua dicebatur nautas, nauarcos, ac milites omnes militantes in Regijs triremibus gaudere priuilegijs militibus conceſſis, per *tex. in l. vnica. ff. de bonor. poſſeſſ. ex teſtam. militis*, Reg. *Conſtant. in l. vnica*, C. *de claſſicis, lib.* 11 *num.* 57. *gloſ. in conſt. Regni hoſtica exceptione, in verbo immunitatem*, dicit, immunitatem habere omnes remiges, & nautas eunteſ ad exercitum, per *d. l. vnica, de bonor. poſſ. ex teſt. militis*, §. *in claſſibus*, & ſicut per *Regiam pragm.* gaudent omni priuilegio fori, tàm pro communibus, quàm per militaribus delictis, milites ſeruientes in terra, ità militantes in mari.

Contrarium deciſum fuit per M. Cur. ſub die 28. Septembris 1644. & prouiſum, quod contra Ioſephum de Rao triremis clauiarium procedatur in Magn. Cur. non obſtante petita remiſſione, habita pro vera opinione *gloſ. in d. l. magiſteria*, quam cõmunem DD. dicunt.

Secundum quam opinionem pluriès iudicatum fuit per S.C. quam ſundat, & de ea teſtatur *Prę ſ. de Frãch. deciſ.* 88. & probaui in mea *deciſ.* 290. *num.* 33.

Et huic ſententiæ accedere videtur *Reg. Conſtant. in d. l. vnic.* C. *de claſſic. lib.* 11. *num.* 84. *verſ. quinto non eſt prætermittendum*, verba ſunt: *In caſibus, in quibus diximus, cognitionem ſpectare ad Ducem Claſſis, erit intelligendum abſque aliqua diſtinctione, an ſint crimina militaria, vel communia, grauia, vel leuia; quando enim delictum ſit in ipſa claſſe, vel Exercitu, qualecumquè ſit, punitur à Prætecto ipſius claſſis, vel Exercitus.* Et paulò inferiùs, *licèt quando delictum ſit extra Exercitum, adhibeatur diſtinctio ſuperiùs notata*, vt notarunt in *l. magiſteria*, ſubdens *num.* 87. *verſ. inſuper*: *Si claſſicus in terra delinquat aduerſus Paganos, animaduerſio huiuſ-*

Digitized by Google

iusmodi delicti fiet à Præside, etiam virtute instructionum.

Quod idem iudicatum fuisse per S. C. testatur *Reg. Tappia lib. 2. iuris Regni ad cap. Reg. Caroli I. fol. 384. lib. 2.* cuius verba sunt: *Quod tamen diximus, Generalem classis habere iurisdictionem in omnes stipendiarios, procedit, quando delinquunt in Regijs triremibus; secùs si in terra, vt decisum testatur D. Præsid. de Franch. dec. 88. & fuit etiam decisum in Aula, in qua nunc præsidet D. Marc. Ant. de Pont. Collega optimus, atque Doctiss. ad relationem Marci Antonij Morræ Iud. causarum Criminal. Mag. Cur. viri probatissimi, ac eruditissimi, sub die 6. Decemb. 1604.*

Non obstant ponderata pro contraria sentẽtia; *DD.* n. Regnicoli opinionem affirmatiuam principalitèr fundauerũt per dispositionem Reg. Prag. in qua expresè dicunt, probari ad Audientiam Exercitus spectare cognitionẽ delictorum contra milites, tàm pro delictis communibus, quàm militaribus.

Et tñ pragmatica nõ loquitur, nisi quoad milites in terris seruiẽtes sub iurisdictione Audit. Generalis, & nõ quoad subditos alienæ iurisdictionis, & pindè tanquã casus omissus in statuto, remanet in dispositione iuris communis, *Alphons. Villant in tract. de extensione leg. in tit. de extens. pœnarum, quoad valorem actus nu. 72.*

Sunt enim iurisdictiones separatæ & separatorum separata dicitur esse ratio, *l. fin. ff. de calumn.* & sic obseruanda erit opinio *glos. in d. l. magisteria* communitèr recepta, & rerum iudicatarum auctoritate confirmata vt supra dictum est *num. 7. in princ.*

Imò carceratus fuit, & seuerè punitus Dux triremium pro indebita carceratione non subditi, vt patet ex sequentibus allegatis ad eius defensionem.

SVMMARIVM.

1 *In maleficijs, voluntas spectatur, non exitus, & nu. 31.*
2 *Nemo iniuriam facere potest, nisi qui scit se iniuriam facere.*
3 *Affectus iniuriam facientis considerari debet.*
4 *Maleficia, voluntas & propositum cõmittentis distinguunt delictum.*
5 *Factum non quaritur, sed causa faciendi in delictis.*
6 *Distincta est iurisdictio maritima à terrestri, Admirati in mari, Iustitiarij in terris.*
7 *Habens iurisdictionem maritimam, & intromittens se in terrestri, vel è contra punitur.*
8 *Omnibus Magistratibus concessum est, pœnali iudicio defendere iurisdictionẽ suam.*
9 *Iurisdictio etiam ad non subditos prorogatur, quando volunt eã impedire.*
10 *Quando Iudicis dignitas diminuitur iniuria Iudici infertur.*
11 *Inquisitores possunt procedere contra Dominum temporalem impedientem familiã suam in defensione armorũ.*
12 *Regula, par in parẽ non habet Imperiũ quomodo procedat.*
13 *Iurisdictio prorogatur ex dispositione iuris, ẽt contra collegam pro turbatione.*
14 *Officialis potest capere arma, & indicere bellum, & mandare, quod capiantur arma contra impedientem suam iurisdictionem.*
15 *Non solùm iusta causa, sed etiam iniusta excusat à delicto, nam dolus tantùm punitur.*
16 *Imperitia, quam DD. vocant temeritatem ex regula* l. iuris ignorantia, ff. de iur. & fact. ignorant. *sufficit ad excusationem.*
17 *In delictis vbi pœna capitalis imponitur, dolus requiritur, & n. 21.*
18 *Vbi tractatur de pœna corporali lata culpa, non aquiparatur dolo.*
19 *Iusta causa excusat aliquem, ẽt circa ea, quæ sunt prohibita de iure natura, sed*

cauſę iniuſtæ, & ignorantia iuris excuſat illicitum ſolùm de iure communi.

20 *Offendens aliquè in ludo ſolito, & conſueto, vt in ludo pugillorum, licèt mors ſequatur ex illa percuſſione non tenetur.*

22 Conſtitutio, duram, & diram, *vtrùm habeat locum, quando quis exercet iuriſdictionem non in ſui, nec in alterius beneficiũ, aut in perſonam maiori iuriſdictione præditam ipſius ſuperiorem, præſertim quando non fecit actum geminatum.*

23 *Conſtitutio*, vt participatio, *an habeat locum, ſi non adeſt animus iniuriandi.*

24 *Ad hoc quis teneatur* l. Iulia, de vi publica, *requiritur quod adſit dolus malus.*

25 *An in crimen priuati carceris incurrere poſſit merum, & mixtum imperium habens cum carcere ſtatuto.*

26 *Capitulum Regni* Terrerium, in tit. de Terrer. *habet locum in carceratione doloſa.*

27 *Ad hoc, vt quis incidat in crimen priuati carceris, neceſſe eſt, quod per viginti horas detinuerit.*

28 *Non turbentur iuriſdictiones Officialium.*

29 *Defenſio quando permittatur incontinenti, & quando dato temporis interuallo.*

30 *Voluntas, & intentio ex actibus prioribus, & poſterioribus colligitur.*

32 *Officialis ſi agat aliquod in adminiſtratione, vel pro adminiſtratione ſui officij dolus excluditur.*

33 *Milites, à quibus delictis excuſentur.*

34 *Agens Principi ſeruitia vtilia parcendum eſt etiam in pœna capitali.*

35 *Priuilegia competentia militibus.*

ARGVMENTVM.

De delicto indebitæ carcerationis, & de temperandarum pœnarum.

SECTIO XX.

CLariſſimum in facto verſatur, quod D. Petrus à Toleto creatus fuit Dux Regiarum Triremium huius Regni à Maieſtate Captolica cum omnimoda iuriſdictione, ac mero Imperio in omnes perſonas, & Officiales dictarum Regiarum triremium, vt ex eius commiſſione videri poteſt, & cùm eſſet in pacifica poſſeſſione dictam iurisdictionem exercendi nomine Captolicæ Maieſtatis, Auditor dictarum Regiarum triremium ordine, & mandato Iudicis ciuilis Mag. Cur. carceratus fuit, quod cùm intellexiſſet Don Petrus à Toledo, ad Proregem, Generalemquè Capitaneum recurſum habuit, *vt intelligeret*, ſi eius ordine, & mandato eius Auditor carceratus fuiſſet, cumquè intellexiſſet non eius ordine, nec mandato hoc factum fuiſſe, immò de hoc nullam habuiſſe notitiam, nec fuiſſe, nec eſſe intentionis ſuæ dictæ iuriſdictioni, quam *D.* Petrus nomine Captolicę Maieſtatis exercebat, prę-iudicium afferre, iuſſit *D.* Petrus Domino Hugoni de Moncada eius Locũtenenti, vt cum Iudice alloquutus fuiſſet, eumque honorificè traduceret in Regiam Triremem, vt cum eo alloqueretur, & poſtea certiorem redderet Proregem, Generalemq; Capitaneum, qui tamquam Prorex & Generalis Capitaneus poſſet iubere tàm Iudici, quã *D.* Petro Duci Regiarũ triremiũ, quid pro cõſeruatione Regię iuriſdictionis exequẽdũ eſſet: deindè cùm ad Proregem, Generalemque Capitaneum profectus eſſet D. Petrus eius ordine carceratus fuit in Caſtro nouo, vbi ad præſens carceratus detinetur; ex hoc

facto

facto omnibus notissimo fuit hesitatum, an Don Petrus aliquod delictū commiserit, & propterea aliqua pœna veniat plectendus, & quia ex facto proposito infrascriptæ conclusiones notoriè eliciuntur, ex his quilibet circumspectus, ac prudentissimus Iudex cognoscere poterit, Don Petrum nullum cōmisisse delictum.

1 Prima conclusio est ex *reg. vulg. l. Diuus Adrianus, ff. ad l. Corneliam de Sicarijs*, quod in maleficijs voluntas spectatur, non exitus, idque *Vlpian.* in iniuriarum materia tractat, dum dicit, quod nemo iniuriam facere potest, nisi qui scit se iniuriam facere,
2 *l. illud, §. sanè, cum §. & l. sequenti, ff. de iniur.* immò fortiùs *Paul.* in eadem materia *in l. eum qui, §. si iniuria*, dicebat, quod affectus iniuriam facientis considerari debet, hinc *Paul. Iureconsult. in l. qui iniuria ff. de furtis*, dicebat
3 quod maleficia, voluntas, & propositum committentis distinguunt.

Hinc *Andr. in §. similiter, vers. intelligitur autem, quib. mod. feud. amitt.* dicebat, quod si vassallus volens offendere alium offendit suum Dominum, non amittet feudum.

4 Secunda erit conclusio, quod factum non quæritur, sed causa faciendi in delictis, vt dicebat *Vlpian. in l. verum, la seconda ff. de furt.*

5 Tertia erit conclusio, quod iurisdictiones in tantum sunt distinctæ, maximè maritima à terrestri, quod *Iureconsul.* asserebat, Antoninum Imperatorem dixisse *in l. deprecatio, ff. ad l. Rhodiam, de iactu. Ego quidem Mundi dominus, lex autem Maris*, hinc dicebat *Bald. in cap. 1. quæ sint regal.* quod ad Imperatorem authoritas reseruata est creandi Admiratum in mare, & in terra ducem Exercitus; nam Admiratus exercet iurisdictionem in homines viuentes de arte Maris, distinctamq; habet iurisdictionē, vt post alios notat *Frec. de subfeud. lib. 1. vers. tertium officium Regni, fol. mihi 27. cū seq.* In Regno enim habemus Magistrum Iustitiarium, qui omnē exercet iurisdictionem per *Constit. Regni*, Magnę *Curiæ nostræ Comitem Stabuli*, qui terrestrem militarem iurisdictionem habebat, & Admiratum, qui (vt dixi) maritimam, hi distinctam iurisdictionem habent, & vnus non potest se intromittere in iurisdictione alterius, ad *tex. in l. quicunq; C. de execut. & exact. lib. 12.* vbi ponit rationem, nè cuncti agant, qđ singulis credebatur; & est ratio, quam ponit *Imperator in l. consulta diualia, C. de testam.* quod absurdum est, si promiscuis actibus rerum turbentur officia, quod etiam voluit *Federicus Imperator in Constitut. Regni*
7 *Officiorum periculosa confusio*, in tantū, quod punit Imperator vnum, qui ad officium alterius se intromittit in *l. in Prouincijs, C. de numer. li. 12. l. militaribus, C. de Decurionib. lib. 10.* in quo puniuntur milites, qui cum Curijs se intromictunt, per quem *tex.* notabant ibi *Ioa. de Platea, num. 2. & Pirrus in vers. militaribus*, quod Iudex non debet extendere potestatē, & iurisdictionem suā, vltra id, quod ad eius officium pertinet; nam Admiratus, qui in personas iurisdictionem exercet, prout ex commissione facit hodie D. Petrus à Toleto abdicatiuam exercet iurisdictionem, ex regula *Angel. in l. testamenta, C. quemadmod. testam. ordin.* & ideò Iudex Magnæ Curiæ in eius subditos, & officiales nullam iurisdictionem exercere potest.

Quarta erit conclusio, quod om-
8 nibus Magistratibus concessum est, iurisdictionem suam defendere, penali iudicio, sumpta ex vulgata reg. *tex. in l. 1. ff. si quis ius dicenti non obtemper.* Hinc *Summus Pontifex in cap. 1. de offic. & potest. Iudic. Deleg.* & ibi *glos. in verbo impediri*, dicit, quod
9 extenditur iurisdictio etiam ad non subditos, quando illi volunt iurisdictionem delegati impedire, idem probat *tex. in cap. ex literis, eod. titulo, de officio, & potest. Iudic. delegat.* ibi: *exequutionem impediens*; ex quo *tex.*

etiam

etiam colligitur, quod iuriſdictioni,
10 quæ impeditur, iniuria irrogata videtur; ſemper enim, quod Iudicis dignitas diminuitur, dicimus Iudici iniuriam inferri, vt dicebat *Innoc.in alleg.cap.1.nu.mihi* 5. & ideò iniuriã irrogatam etiam ab extraneis vindicari poſſe, quod exemplificat *Bald. ibi num.* 9. quando Aſſeſſorem, vel Nuntium offendit, idem voluit *Imol. ibi num.* 32. vbi dicit, quod quando delinquitur in perſonas neceſſarias ad iudicium, poteſt etiam extraneos delinquentes in tales ad turbandam iuriſdictionem Iudicis punire, maximè ſi actus fuit manifeſtus, vt in caſu narrato, in quo omnes *DD.in d.cap.1.* concurrunt, ex quo dicebat *Card.in clem.2.de hæreticis*, quod inquiſitores
11 poſſunt procedere contra Dominũ temporalem impedientem familiã ſuam in delatione armorum, & ſi diceretur, hoc non procedere contra alium Magiſtratum, conſimilem habentem poteſtatem, ex *reg.vulg.l.ille à quo §. tempeſtiuam, ff. ad Trebell.*
12 quia par in parem non habet Imperium, vt volebat *Bart.in alleg. l.1. §.his videtur, in fin.ff ſi quis ius dicenti non obtemper.* vbi ponit exemplum in Collega; aduertendum puto, quod ratio illa procedit, quando vnus nõ habet iurisdictionem ſine interuentu alterius; ſecùs verò, quando quilibet inſolidum haberet iuriſdictionem, vt volebat *Gemin. in cap. ſi contra vnum, de offic.& poteſt.Iud.deleg.in ſexto*, quod probat *Dec. in alleg. c.1. num.mihi 14.in verſ.ſed aduertendum eſt*, qui vult, quod quando, qui turba-
13 tur ſolus poteſt procedere ex lege, habet iuriſdictionem ex actu turbationis, etiam contra collegã, imò dicebat *Innoc.in cap.olim cauſam, de reſtit.ſpoliat. num. mihi 9. circa fin.* quod
14 poteſt indicere bellum, & mandare, quod capiantur arma contra impedientem ſuam iuriſdictionem, quem allegat, & ſequitur *Paul.de Caſtr.in alleg.l.1.ff.ſi quis ius dicenti non obtemper.in princ.in fin.verb.& hoc, & reg. tex.in l.qui reſtituere, ff. de rei vendic.* per quem *tex.* dicebat *Bart. in l. hoſtes, num.mihi 11. de capt. & poſtlim.* quod quilibet habens iuriſdictionẽ pro exercitio ſuæ iuriſdictionis poteſt indicere bellum, vbi poteſt videri optima *additt.* hinc *Bal. in Margarita ſua in verſ. Iudex*, dicit, Iudicem enſe, & bello poſſe iuriſdictionem ſuam tueri.

15 Quinta indubitata concluſio, erit quod non ſolùm iuſta cauſa excuſat à delicto, ex regula *tex. in l. Plagij, la ſeconda.C.ad Flauiam de plagiar.* ibi, *ſed hanc opinionem iuſta adducti ratione, ad tex.in l.1.in fin.ff.de abigeis*, ibi, *quoties quis iuſtis rationibus, vel non iuſtis, ſine calliditate*, ità *gloſ.in alleg.legibus Plagij, & prima de abige.* imò *ex reg.tex.in l.ſi quis id, quod in verſ.doli mali, ff. de iuriſdict.omn.Iud.*
16 imperitia, quam *DD.* vocant temeritatem, ex regula *legis iuris ignorã-*
17 *tia*, ſufficit ad excuſationem, ſed in delictis, dolus requiritur, vbi pœna capitalis imponitur, *ad tex. in l.1. C. ad l.Corn.de Sicar.l.in l. Cornelia, ff. ſi quis teſtam.lib.eſſe iuſſ.fuer.* quod vbi
18 tractatur de pœna corporali lata culpa non æquiparatur dolo; & ideò ſi dolus abeſt inquiſitus debet abſolui, & *Angel.in alleg.l.Plagij*, diſtin-
19 guendo dicit, quod cauſa iuſta excuſat aliquem, etiam circa ea, quæ ſunt prohibita iure naturæ, ſed cauſe iniuſtę, & ignorantia iuris excuſat illicitum ſolùm de iure communi.

20 Hinc. *DD.* volunt, ꝙ ſi aliquis offenderit aliquem in ludo ſolito, & conſueto, vel ludo pugillorum, licèt mors ſequatur ex illa percuſſione non tenetur percutiens, vt notat *Florian.in d.l.dolo malo, ff. de ſer.corr.* conſuluit latiſſimè *Dec. in conſ.9.* allegat hic *tex.in cap.lator, de homicid.* & hoc voluerunt *Canoniſtæ omnes in cap.2.de conſtitut.* vbi faciunt regulã, quod quando dolus requiri-

tur

tur nunquam lata culpa dolo equiparatur, vt post alios notabat *Felyn. num. mihi 4. cum seq.* nàm vbi non est voluntas, & dolus committendi delictum, nunquam potest procedere, regula *tex. in l. Imperatores, de iure Fisci*, ibi, *tute huic pœnæ subiecisti.*

Ex suprascriptis conclusionibus, quę infinitorum Doctorum numero comprobari possant, & cùm sint in iure verisimę consultò Doctorũ copiam relinquo, maximè apud peritissimos Iudices, factum nullam pœnam ex certa lege habere potest, nam animus, & voluntas Dom. Petri non fuit Maiestatem lędere, aut dignitatem minuere, nec Iudicem, aut Maiestatem Regiam priuare, non Iudici iniuriam inferri, nec alterius iurisdictionem vsurpare, aut aliquid acquirere in sui beneficium, non vim publicam inferre, aut priuatum carcerem, sed Regiam iurisdictionem commissam, ac delegatam defendere, atque tueri in seruitium Captolicæ Maiestatis, ac Generalis Capitanei, Regni, qui non solùm non prohibuit, sed permissu quodam Dom. Petrum ad iurisdictionem defendendam induxit ex verbis in exceptionibus prolatis: Hinc non solùm dolus abfuit, sed lata culpa, postquam omni iure
21 credebat, D. Petrus hoc sibi licere, in his autem delictis dolum requiri, expresè volunt iura, vt putà *text. in l. 1. ff. ad l. Iuliam. Maiest.* ibi, *dolo, malo*, & in *l. 3.* ibi, *quiuè priuatus pro potestate, magistratuuè; quid sciens dolo malo gesserit*, & in *l. 4.* vt in omni statu dolum malum requirit *Iureconsl.* nec ad neces, vt volebat *Isern. in cap. 1. qua sint regal. in vers. & bona committentium, in addit. num. mihi 80.* nec in Collaterali Consiliario, vt idẽ *Isern. in præalleg. loco nu. mihi 82.* ibi, *verius videtur*, nec Regiam vsurpa-
22 uit iurisdictionem per *constit. Regni duram, & diram, l. 1.* postquã commissam tantùm exercuit, nec aliam acquirere voluit, & ideò vanum est adducere in contrarium *decisionẽ Guid. Pap. 423.* tùm quia in hoc casu dolus non erat (vt dixi) tùm quia Regiam delegatam exercebat iurisdictionem, non in sui, nec alterius beneficium, vt volebat post alios *Iacobin. in l. extra terminum. ff. de iurisdiction. omn. Iud.* nec in officialem maiori iurisdictione prędituin ipsius Superiorem, nec actum geminatum fecit, vt nomen ipsum vsurpare, requirereq; videtur, ex regula posita per *glos. in l. 3. C. de Episcop. audient.* ad quod facit *tex. in l. 2. ff. de vsucap. cum aliis simil.* nec iniuria illata fuit, vt locum habere possit *constit. Regni,*
23 *vt participatio*, nàm non voluntate, nec animo iniuriandi, ex regula supra firmata, quam etiam ponit ibi *Iser.* ex dicto *Diui Augustini*, nec dispositio *legis Iuliæ, de vi publica*, etiã
24 potest habere locum, cùm in ea dolus malus requiratur, ad *text. in l. qui cætu*, ibi, *hominem dolo malo incluxerit, ff. ad leg. Iul. de vi publica*, nec vltimò priuati carceris titulus dari potest; nàm *DD.* omnes *in l. 1. C. de priu-*
25 *at. carcer.* intelligunt *text.* in priuato nullam iurisdictionem exercẽre, & propterèa *Petr. de Bellaper. Cyn. & alij* dicebant, quod quando quis habet merum, & mixtum Imperium & carceres statutos publica auctoritate, crimẽ priuati carceris committere non potest, immò ibi *Alber.* dicit, quod necesse est, quod sit dolosa carceratio; cùm ergo in casu nostro, vt supra probatum fuit, D. Petrum tanquam Ducem Triremium merum Imperium habere, & actum fuisse sine dolo ex vtroque capite priuati carceris titulus dari non po-
26 test, nec ad hoc adaptari potest *cap. Regni Terrerij*, sub *rubr. de Terreryis*, quia *cap.* illud ex iuris interpretatione intelligitur, quando dolosa fuit carceratio, prout etiam intelligitur dictũ *Luc. de Pen. in l. 1. C. de Cohortal. lib. 12.* dùm vult, quod habeat animũ ex post facto vsurpandi iurisdictionem, quod supra in casu nostro pro-

ba-

batum eſt, non procedere, poſtquã animus D. Petri fuit tantùm tuendi iurisdictionem ſibi delegatam, nec
27 detinuit Iudicem vltrà viginti horas, vt priuati carceris nomen dari poſſet, ad *tex. in l. capite quinto*, vbi *Bar. ff. ad l. Iuliam, de adult.* & propterea ædita fuit *prag. Regni*, vt non tur-
28 bentur iurisdictiones Officialium, ſub *rubr. de iuriſd. innuicè non turbanda*, quę in caſu iſto haberet locum contra turbantẽ iuriſdictionẽ D. Petri, nõ cõtra D. Petrum Regiã iuriſdictionẽ ſibi delegatam defendentẽ.

Ex quibus omnibus clarum eſt, D. Petrũ non commiſſiſſe delictum poſtquã nec animum, nec intẽtionẽ committendi delictum habebat, & iuſta cauſa motus fuit ad iuriſdictionem ſibi commiſſam defendendam; audiuerat enim tempore, quo D. Petrus à Toleto Auus Prorex, & Capitaneus Generalis huius Regni erat alium D. Petrum de Mendocia, tunc Caſtri noui Præfectum, pro tuitione iuriſdictionis dicti Caſtri, Regentẽ Magnæ Curiæ Vicarię vulneraſſe, totius Magnę Curiæ Vicariæ caput, nec delictum commiſiſſe, poſtquam ex eo nullam luit pœnam, ſic ei videbatur poſſe retinere Iudicem ciuilem Magnę Curiæ in Regia triremi, donec cum Prorege, & generali Capitaneo loqueretur, qui de negotio diſponeret, vt ei videretur, poſtquam Iudex delegatam ſibi iuriſdictionem turbauit, carcerando Auditorem Regiarum triremium, & ſi diceretur, tuitionem hanc non fuiſſe in actu, & propterea D. Petrum exceſſum commiſiſſe, tùm reſpectu perſonæ Iudicis ordinariam iurisdictionem habentis, tùm reſpectu loci, in quo nullam poterat exercere iuriſdictionem, tùm etiam reſpectu temporis, quia hoc non fecit, quando Auditor Regiarum triremium carcerabatur, & propterea de exceſſu puniẽdus veniret, poſtquã ſuos terminos exceſſit, vt *Luc. de Penn. in prælleg. loco*, in hoc, in quo vis negotij conſiſtit, aduertendum puto, nam reſpectu tpis magna eſt differentia, an quis perſonam defendere velit
29 vel rem; ſi enim perſonam defendere intendit, tùnc incontinenti facere debet, & incontinenti dicitur ſtatim, ità procedit *reg. text. in l. vt vim ff. de iuſt. & iur.* ſi verò rem, tunc incontinenti dicitur etiã, ſi ad Ciuitatem accedit pro amicis, ex regula *tex. in l. 3. §. cum igitur*, vbi *glo. in verb. incontinenti, ff. de vi, & vi armata*, pro vt *DD.* omnes *in d. l. vt vim*, hoc modo diſtinguendo communitèr concludunt per *gloſ. in l. quod ait lex*, §. *quod ait lex*, vbi *Bart. ff. ad l. Iuliam de adulter.* ſtatim enim, quod ſciuit D. Petrus, Proregem, ac Generalem Capitaneum alloquutus fuit, & cum ab eo intelligeret, Auditorem triremium non fuiſſe carceratum eius ordine, nec eius eſſe intentionis, iuriſdictioni Regiarum triremium prę\iudicium afferre, D. Petrus dixit, quod Regiam iuriſdictionem ſibi commiſſam defendere intendebat, D. Hugoni Locumtenenti iuſſit, vt ſtatim, & incontinenti Iudicem iuriſdictionem turbantem, in Regiam triremim adduceret, & ſic incontinẽti fecit; locus enim alius eſſe non poterat, ſed benè iuſſit, vt ad Regiã triremim (locum ſuę iuriſdictionis) traduceret, & ſic eius intentionis nõ fuit locum violare, vel turbare, ſed in loco iuriſdictionis, iuriſdictionẽ defendere, nec perſona conſiderari poteſt, poſtquam ſupra probatum eſt etiam in collegam turbantem iuriſdictionem, collegã iuriſdictionem exercere poſſe, maximè cum hoc bona fide factum ſit, poſtquam primõ, Proregem, Generalemque Capitaneum alloquutus fuit, deindè
30 ad Proregem recurſum habuit ex poſt facto, ex quo, & intentio, & volũtas ex priori & poſteriori colligitur, ex vulgari regula *Bald. in l. multum intereſt, C. ſi quis alteri, vel ſibi, & bona fides*, ex regula ſumpta ex *tex. in l. ſi quis*, §. *Iulianum*, & in *l. Bouem*, §.

qui

Digitized by Google

qui ad amicum, ff. de edilit. edict. clarissimè apparent, & propterea excessus considerari non potest, postquã non habuit animum delinquendi, prout considerabat *Bar. in l. Dinus, ff. ad l. Cornel. de sicarijs*: & si aliquis excessus considerari potest, quod omninò negandum putò, excessus iste fuit ratione officij, & propterea alleuiari debet, prout per illum *tex. in cap. si verò, il primo, de sentẽt. excomm.* notat *Abb. num. mihi* 2. allegãs *text. in cap. olim, il primo, de restitut. spoliat.* quem sequitur *Felin.* ex quo sumit argumentũ, quod solùm factum non sufficit quod aliquis excedit, sed animus requiritur, nàm semper quãdo aliquid fit in administratione sui officij excluditur præsumptio doli, vt *Bald.* dicebat *l. 2. de his, qui accus. non poss. col.* 11 idem *Bal. in cons.* 178. 1. *vol.* & plures authoritates ad hoc adducit *Tiraquell. in tract. de pœn. in causa* 58.

Secundò, etiam excusaretur Don Petrus, postquam miles, ex regula *text. in l. pen. C. de his, qui sibi adscribũt in testamento*, ibi, *pœna legis Cornelia remittitur, in quam credo te magis errore, quàm malitia incidisse*, per quem *tex. Alber.* & alij notant, militẽ excusari.

Tertiò, si in aliquo excessisset ratione qualitate seruitiorum, tàm ipsius D. Petri, quàm patris, Aui, & aliorũ prædecessorum, ex regula *text. in §. sed & quod Principi placuit, in fin. instit. de iur. nat. gent. & ciuil.* per quem *tex.* post alios dicebat *Thom. Gramm. in cons.* 29. quod si aliquis fecerit seruitia vtilia Principi, ei parcẽdum sit, etiam in pœna capitali.

Quartò, similitèr ignoscendum erit, stante qualitate, & dignitate personæ, nàm in personis huius qualitatis non potest procedi, nisi per Principem, vel Delegatum ab eo, prout est Prorex, & Capitaneus Generalis, potest absolui, & non condemnari, & alia priuilegia cõpetũt, de quibus *in l. Diui Fratres, ff. de pœn. in fi. l. quoties, C. vbi Senat. vel Clariss.* per quem *tex.* dicebat ibi *Paul. de Castr.* quod hæ personæ, quando causa agitatur non carcerantur; & si D. Petrus iussu Proregis, Generalisquè Capitanei carceratus fuit, & est; tamen hoc credo factum fuisse, vt in eo, quod forsitan excessit puniatur, postquam Iudicem Magnæ Curiæ detinuit ipse, propter hoc carceratus remaneret, & per multos dies, quę pœna magis correctionis, quàm delicti sit, ad *tex. in l. 1. C. de emendat. propinq.*

Ex his omnibus concludendum, D. Petrum nullum commisisse delictum, & si in aliquo ratione officij commissi excesserit, cùm zelus Regię iurisdictionis sibi cõmissę ad hoc, eum induxerit, & stante dignitate, & qualitate personę, seruitijs ab eo, & eius prædecessoribus vtilissimis Regię Maiestati factis, & quia miles, aliam non mereri pœnam, ratione excessus forsitan commissi, nisi carcerem à Prudentissimo Principe correctionis causa datum.

His quoquę confide ratis, fuit punitus pœna relegationis.

SVMMARIVM.

1 *Forum sortitur quis ratione pietatis, proindè fuit erectum Tribunal pro satisfactione Legatorum Piorum, denominatũ Tribunal fabricæ S. Petri.*

2 *Episcopi, etiam tanquam delegati Sedis Apostolicę sunt exequutores omnium piarum dispositionum.*

3 *Tribunal sub titulo* Fabricæ S. Petri, *erectum est pro exequutione piarum dispositionum, cuius facultates, & exequendi modum ponunt DD.*

4 *Iudices fabricæ S. Petri eligit Prorex Regni.*

5 *Tribunali fabricæ an sit concessa iurisdictio priuatiuè, & abdicatiuè ad iurisdictionem Episcoporum.*

ARGVMENTVM.

Exequutio piarum diſpoſitionum quando ad Epiſcopos, & quando ad Tribunal fabricę ſpectet.

SECTIO XXI.

1 TRibunal fabricæ Sancti Petri ratione pietatis fuit erectũ pro ſatisfactione piarum diſpoſitionum.

2 Verùm, q̃ Epiſcopi ẽt tanq̃ Sedis Apoſtolicę delegati in caſibus à iure conceſſis omnium piarũ diſpoſitionum, tàm in vltima voluntate, quàm inter viuos ſint exequutores, Decretum eſt *S. C. Trid. ſeſſ. 22. c. 8.* quod antea erat diſpoſitum per *cap. tua nobis, de teſtament.* etiam ſi interdixerit teſtator, vbi latè *Conar. & Taſion. in obſeruat. iuriſdict. verſ. 3. obſeruat. 3. Tribunal.* 38. vbi de hoc Tribunali ſcribit, pro quarum exequutione fuerunt emanatæ Bullę à pluribus Pontificibus, quę enumerantur in *annot. in princ. Bullæ Clem. VII.* incipientis, *admones nos*, in qbus exponitur cauſa, origo, facultates, & exequutio duarũ sẽtẽtiarũ, de quibus meminit etiã *Eliſeus Danza in tract. de pugna Doctorum, in tit. de legat. pijs*, referens etiam inſtructiones.

3 Et vt omnibus eſſet ſublata difficultas, ad quem Iudicem ſpectet cognitio, cùm ſit mixti fori ex conuentione inter Sedem Apoſtolicam, & Regiam Captolicam Maieſtatẽ, in Regno Neapolis erectum fuit Tribunal ſub *tit. Fabricæ*, de qua fundatione, facultate, & exequendi modo habes per addentes ad *Tiraquell. de priuil. pia cauſa, ad priuil. 150. Ronit. ad prag. 1. de legat. pijs, Quarant. in ſum. Bull. de fabrica S. Petri ſuper Bulla Pij V. Epiſcop. Riccius in prax. variar. reſolut. reſolut. 377. vol. 2. Ioannes Maria Nouar. in tract. de priuil. miſerab. perſon. priu. 47.* & per *Io: Ant. Nouar. de fabrica S. Petri, in Sum. Bull. ſuper dicta Bulla Pij V.*

4 In hoc Tribunali eliguntur Iudices pro primis, ſecundis, & tertijs inſtantijs per Regni Protegem, qui debent eſſe de maioribus, non inferioribus, vt aduertit *Tiraq. in præal. leg. priu. 150.* cũ iuriſdictione abdicatiua, & priuatiua, vt refert *Epiſc. Ric. in dicta prax. variar. reſol. reſolut. 376.* de quo dubitat *Carolus Marant.* ad præſens Epiſc. in Ciuitate Iuuenatij, doctrinâ, & experientia in ſimilibus negotijs nemini ſecundus, *in reſponſ. 2. nu. 26.* id declarans, poſt acquiſitum ius Tribunalis fabricę, elapſo anno, nàm antè ſeruata forma dicti decreti Concil. Trid. remanet poteſtas exequendi, pro qua declaratione ponderat verba dicti decreti, & *text. in l. præcipimus 32. de appell. in fin.* ibi, *quicquid autem hac lege ſpecialiter non videtur expreſſum, id veterum legum, conſtitutionumque regulis omnes relictum intelligant, & cap. 1. de conſtit. inf. in 6.* & faciunt dicta per me in *deciſ. 12. cum addit.*

SVMMARIVM.

1 *Iudex erit competens ratione patriæ poteſtatis.*

2 *Ciuilitas acquiſita per patrem, an tranſeat in filios.*

3 *Pater, & filius eadem eſſe perſona intelligunter.*

4 *Cognatio ſpiritualis cum patre reddit ſuſpectum Iudicem in cauſa filij.*

5 *Filius à patre oblatus an poſſit puniri, & qua pœna.*

6 *Quando ſorum quis ſortiatur ratione Religionis, vt in Abbate, & Monaco.*

7 *Et an idẽ obſeruetur quòd ad ordines militares, S. Iacobi, Calatraua, Alcãtarę, &*

San-

Sanctæ Mariæ de Mercede.
Et quomodò cõtra hos procedatur, n. 8.
9 *In iudicio imputationis de fellonia an interueniant Pares Curiæ cum Delegatis.*
10 *Decretum contra quendam Illustrem Marchionem.*

ARGVMENTVM.

De competentia ratione patriæ potestatis, & priuilegium circa ciuilitatem patris, an extẽdatur ad filios. Et quomodò procedatur in iudicio imputationis fellonię; siquè in eo interueniant Pares Curiæ cum Delegatis.

SECTIO XXII.

1 ERIT quoq; Iudex cõpetens ratione Patrię potestatis, nàm priuilegium concessum patri quòad forum, etiam ad filios extenditur, præsertim, quando pater viuit, & filius stat sub seruitio eiusdẽ patris in eadem domo, quo casu filij gaudent priuilegio paterno circa forũ, *glos. in l. 2. in vers. filius*, C. *de Episc. & Cleric. l. 3. de fil. fam. & quẽadmodũ pater pro his teneatur, lib.* 10. *Io: de Plat. in l. in filijs, n. 3.* C. *de Decur. & in l. viros*, C. *de Comit. Cõsist. lib.* 12. *& l. nec diuersa*, C. *de Silent. lib.* 12. *& in l. eos, qui*, C. *de fabricens. lib.* 11. *Bald. in l.* 1. C. *de uxor. milit. Felin. in cap. 2. de for. comp.*

2 Secùs verò si non sunt sub Patria potestate, vt in *d. glos.* nàm & si ciuilitas acquisita per patrem transeat in filios, *Bald. in l. libertus*, S. *patris, ff. ad municip.* illud tamèn verum est, quòad munera, & non quòad forum, ita *Marian. Socc. in rubr. de for. compet. colum. 6. num. 82. vers. aduerte, lo secondo*, & requiritur ratificatio filij, per *Dec. in cons. 661. n. 9. Iacob. Menoch. in tract. de arbitr. Iudic. lib. 2. centur. 2. cas. 185. Ann. pater alleg. 74. num. 6. & ibi Addens filius.*

3 Nam pater, & filius eadem persona esse intelliguntur, *l. fin.* C. *de impuber. & aliꝫ subst. gl. in l. cum non solũ, in verbo recusante filio*, C. *de bonis, quæ liberis.*

4 De qua potestate patris in filium, & de eius descendentia, & indemnitate adest *tract. Cõs. Pasq. de Pat. potest.*

Corollarium.

Hinc in Coll. Cons. iudicatum fuit, agnationem spiritualem cùm patre reddere suspectum Iudicem in causa filij, & sic in causa Ill. Marchionis Galatij cũ vasallis fuit recusatus Præsidens S. C. quia compater patris sub die . . . . . & prouisum, quod nõ interueniat.

Subcorollarium.

5 Et fuit iudicatum per me vti Delegatũ, & in visitatione carceratorũ à Regente Coll. Cons. solita fieri, filium ad patris instantiam carceratũ, repertũ cũ armis ꝓhibitis, vel aliàs inquisitum, patri consignauit, nè videatur pater ad supplicium filium obtulisse, *l. milites agrum* 14. *ff. de re militari, §. his autem, in fin.* sed punitur eadem pœna, quã pater dici voluerit, *l. 3.* C. *de Patr. potest.*

6 Et quando ratione Religionis, vt in Abbate, & Monaco, *cap. quanto, de officio Iudicis ordinarij*, iuxta distinctionem, de qua per *glos. d. cap. quanto, in verbo si Prælati*, de qua plenissimè per *Tamburrinum in tract. de iure Abbatis, & de iure Abbatissæ.*

7 Quod etiam ad militares ordines

S. Iacobi, Calatraue, Alcantare, & S. Mariæ de Mercede in Luſitania, vt ſit extendendũ priuilegiũ fori, tamquam in perſonas Eccleſiaſticas, fundat *Alex. Sperell. Eccleſiaſt. deciſ. 2.* non ſolùm de iure communi, ſed etiam ex priuilegijs conceſſis per Suam Maieſtatem Captolicam, etiã Equitibus Aurei Velleris vulgò, del Teſone: Rex enim Hyſpaniarum Caput, Superior, & Magiſter, vti Rex Luſitaniæ quò ad ordinem Sanctæ Mariæ de Mercede, & quò ad ordinem Aurei Velleris vti Dux Burgundiæ eligit Iudices, & pro eo Prorex Regni, quamuis non eiuſdem ordinis, & ij ſunt competentes, *Ceuall. in tract. de cognitione per viam violentię, par. 2. q. 14. num. 17. Camill. Borrell. in tract. de Regis Captolici præſtantia, cap. 74. nn. 1. & 4.* qui copiosè de præſtantia, quò ad ordines religioſorum equitum tractat per totũ *cap. 74.*

3 Et iſti tanquam delegati procedũt in cauſa vſque ad ſententiam, & eius executionem incluſiuè, etiam ex ordine Captolicæ Maieſtatis, & ità pluriès in cauſis criminalibus Equitum dicti ordinis militaris obſeruatum fuit.

Et nouiſſimè imputato quodam Marchione, Aurei Velleris equite de mandato ad occidendum alterũ Marchionem; nõ obſtante prętenſo priuilegio fuit delegata cauſa Miniſtris perpetuis non eiuſdem ordinis, vt eſt videndum ex decreto ſequenti *n. 9.* per quos compilato proceſſu fuit condemnatus pœna relegationis, & executa cõtra ipsũ ſentẽtia, vt conſtat ex ſequenti decreto:

A proceſſu contra Illuſtrem Marchionem N. in Banca Balſani pœnès Pettenatum.

A ter. Al Regente D. Iuan Enriquez del Conſejo Colateral. Magnus Dñe. Su Excelencia, que V. S. haga ſacar con toda breuedad vna copia autentica dela informacion, que ſe hà receuido en la cauſa dela muerte de N. N. contra N. y otros en el eſtado, que ahora tuuiere, y ſe la embie V. S. à Su Excelencia, quanto antes, con vn memorial en facto dela miſma informacion al principio della. De Palacio à 8. Deciembre 1623.

Domingo de Gatzelu, y Gamboa.

Señor Reg. Enriquez. Cancell. primo f. 84.

A ter. Alos Iuezes dela Iunta dela cauſa del Marques de N. Locus Sigilli. Intus. Aunque Su Mageſtad tenia mandado, que ſe procedieße por Caualleros de la orden del Tuſon de N. en la culpa, que ſe le imputa dela muerte de N. hà teni. do el Duque mi Señor nueuo deſpacho de Su Mageſtad, en que manda, que ſin embargo delo que ſe hà ordenado ſe proceda de juſticia contra el dicho Marques N. por los Miniſtros deſte Reyno, y aſsi en execucion deſte vltimo orden de Su Mageſtad dize Su Excelencia, que V. S. procedan de juſticia en la cauſa del dicho Marques, en conformedad dela Comiſion, que tienen para ello. Palacio à 4. de Iunio 1624.

Matthias Gonſales Medrano.

Señores dela Iunta. Cancell. ſecundo f. 133.

9 In cauſa Regij Fiſci cũ Ill. N. Marchione N. inquiſito de appenſato homicidio de eius ordine commiſſo in perſonam Marchionis N. prout in actis pœnès Vincentium Migliaccium Actuar. aſſumptum.

Die 2. Menſis Iunij 1625. Neap. viſis actis omnibus.

Facta relatione per Magnif. Conſiliar. Ioannem Franciſcum Sanfelicium (Cõmiſſarium Delegatum) Spectabili D. Ioanni Enriquez Regio Collaterali Conſil. & Reg. Regiam Cancellariã, ac Magn. Regijs Conſil. Matheo Patigno, & Philippo Paſcali ſimiliter Delegatis in cauſa prędicta, auditiſque tàm Magn. Don Petro de Vrries Iudice cauſarum criminaliũ

M.C.V.

Digitized by Google

M. C. V. interueniente pro Fisci patrono, quàm Aduocatis prædicti Illustris Marchionis N. Per eosdem Spectabiles, & Magnificos Delegatos prouisum, atque decretum est, quod prędictus Illust. N. vt supra inquisitus, pro causa prædicta relegetur in Castrum declarandum per Suam Excellentiam per triennium continuum, hoc suum, &c. *Enriquez Reg. Patibo. Ioan. Franciscus Sanfelicius. Paschalis. Vidit de Vrries Fiscus. Vincent. Migliac. Act. assumpt.*

Die 6. mensis Iunij 1625. Neapol. vigore 10 *sequētis rescripti, retroscriptum decretū fuit notificatum personaliter N. per me Vincentium Migliac. Actuarium assumptum in præsenti causa in Regio Castro nouo, ità est Vincent. Migliaccius, qui supra.*

Meliori collatione semper salua ab originali processu pœnes me

Paulus Pettenatus Act.

Notandum tamen erit, quod in iudicio imputationis de Felloniа interueniunt Pares Curię cum Delegatis, & ità bis obseruatum fuit nostris temporibus cōtra duos Principes liberos de anno 1616. & 1636. possidentes feuda in Regno deuoluta per Felloniam, quorum decretorum tenores iustis ex causis omittimus, contenti solùm referre eos, qui interuenerunt in illis ad posterorum instructionem.

Et sic *in anno 1636. coram Prorege Regni pro Tribunali sedente interuenientibus Regentibus Collateralis Consilij cum alijs adiunctis, & Paribus Curiæ, ac Fisci Patrono, declaratum fuit incidisse in crimina infidelitatis, & felloniæ, cùm assertione casuum infidelitatis; proindè bona sua omnia feudalia, & burgensatica, quæ possident in Regno fuisse deuoluta Regio Fisco.*

Et priùs *de anno 1616. idem iudicatum fuerat contra alium Principem eiusdem qualitatis, mediante sententiâ eodem tenore lata, & executa.*

Et in anno 1640. *die 12. Ianuarij fuit lata sententia eodem modo, assistente Excellentissimo, Domino Prorege cum Regentibus Collateralis Consilij, Paribus Curiæ, & Fisci Patrono contra Principem Regnicolam militem Sancti Iacobi, abrepta cruce à pectore, cum confiscatione bonorum, & sub die 14. Ianuarij fuit lecta per Scribam mandati, & executa sententia.*

SVMMARIVM.

1 *Cancellario, & Priori onus est defendere D D. Collegij ratione constitutionis, seù priuilegij.*
2 *Iurisdictionemquè, ac authoritatem Collegij.*
3 *Pendente prouisione facienda super declinatoria fori, prouidere, grauamen est.*
4 *Transactio liti finem imponit.*
5 *Persona priuilegiata etiam in annexis gaudet priuilegio fori, & quæ dicantur annexa, & quæ separata, & diuersa, & quæ dependentia.*
6 *In causa indiuidua Priuilegiatus debet remitti ad forum suum.*
7 *Reus, & actor quando sunt diuersi fori, & vnus intentat actionem vnam, tunc habet locum regula, quod actor sequitur forum Rei.*
8 *Priuilegio remissionis ordini togatorum concesso, tacitè, nec expressè quis renuntiare potest.*
9 *Si quis præiudicat sibi in cōsentiendo in Iudicem, non per hoc dicitur præiudicare D. Iudici competenti.*
10 *Priuilegia circa spiritualia Regibus cōcessa an possint transmitti ad laicos.*

ARGVMENTVM.

Priuilegiatus an gaudeat priuilegio fori in annexis; & quando sunt diuersi fori actor,

&

& reus, an poſsit diuidi continentia cauſæ; Item de priuilegio Collegij, & an conſenſus Collegiati præiudicet iuriſdictioni Collegij.

SECTIO XXIII.

1 PRæcedentibus in Regno, ſubnecto competẽtiam Iudicis ratione conſtitutionis, ſeù priuilegij, vt in priuilegio conceſſo per Reginã Ioannã Collegio Neapolitano pro graduãdis Doctoribus, de quo per *Reg. Carolum Tappiam Marchionem Belmontis de iure Regni lib. 2. de officio Magni Cancellarij*, & ante eum *Frece. de ſubfeud. lib. 1. de offic. Magni Cancell.* & de priuilegijs ſtudio Neap. & ſcholaribus ibi Doctorandis conceſſo, idem *Reg. Tapp. lib. 7. tit. 25.* & dixi in *addit. ad meam deciſ. 324.* & poſui Corollarij loco quæ ſequuntur, allegata per inſignem illum Iuriſperitum *Fabium Marcheſium.*

2 *Et vt onus honori inhæreat, teneantur ipſi Cancellerius & Prior, cùm aliquis de Collegio fuerit in aliquo grauatus, vel aliter ad Tribunal cuiuſuis Iudicis vocatus aſſiſtere, defendere, & laudabiliter, ac iuſtè interponere partes ſuas in adiutorium illius Doctoris, qui habet in iudicio comparere, vel qui de illato ſibi, à quouis grauamine ſuam propoſuerit querelam, vt per prædictorum Cancellerij, & Prioris induſtriam, facundiã, & aſſiſtentiam prædictam prouideatur contra grauamina, & preſſuras, quę conſueuerunt Doctoribus ingeri, quibus Laicorum opinio ſemper infeſta extitit ab antiquo*; verba ſunt hæc ad literã Priuilegij Sereniſſimę Reginæ Ioannæ II. Illuſtriſſimo Magno Cancellario conceſſi in fauorem ordinis Collegiatorum.

Grauatus equidem cenſeri potuit Magnificus Doctor de Collegio, dũ aduerſus nouam petitionem noua capita continentẽ in tranſactione primo loco facta minimè contingẽtia, & pænitùs ſeparata, oppoſita exceptione declinatoriæ fori, fuiſſe prouiſum per Iudicem incompetentem, non obſtante exẽptione prædicta, eundem Doctorem de Collegio teneri, & compelli debere ad claudendũ aperturas. & hoc fomentatur alijs verbis eiuſdẽ priuilegij, quo cautũ ità eſt: *Contra propoſitam declinatoriã omnis poteſtas tollatur Iudicibus alijs aliquid decernere, quod remiſſionem tollat, eadem, etiam ſi per procuratorẽ propoſita fuerit declinatoria memorata, cùm in hoc caſu fauori Doctoribus debito intendamus, quod ipſorum ſit electio Iudicum.* Et paulò inferiùs, *Quod ſi contra factum fuerit, illud non teneat, & iudicatum ſit ipſo iure nullum, & Iudex, qui declinatoriã ipſam non admiſerit, centum vntiarum auri pœna, & alia grauiori noſtro arbitrio reſeruata veniat puniendus: Volentes expreſsè, quò ad ſignificatoriam dicti Cancellarij omnes Iudices cuiuſcumque conditionis exiſtant, ipſos Doctores, & quemlibet ipſorum ad ipſius Cancellerij examen remittere debeant, & de ipſis Doctoribus, & quolibet ipſorum ſe de cætero nullatenùs intromittant.*

Nec obſtat, quod prætendatur per Magnam Curiam, ſeù verius per Magnificum Iudicem ipſius fuiſſe cognitum de vtraque petitione Actoris, & Rei, quod in facto non ſubſiſtit, quia ſi loquimur de prætẽdentia Magnifici Collegiati, illa quæſtio non fuit per ſententiam deciſa;
3 ſed per tranſactionem, quæ finem liti imponit, per *tex. in l. 1. ff. de tranſ.*

si verò loquimur de noua petitione partis aduersę, illa præcessit post lõgè dictam transactionem, & sic exceptio fori declinatoriæ militabat; Nec potest prætendi causam fuisse annexam, nàm persona priuilegiata 4 etiam in annexis gaudet priuilegio fori, vt per *Nicol. Boer.* latè *decis.* 69. *num.* 24. & *Capyc. decis.* 197. *Gramm. decis.* 21. *Spec. de primo decreto, §. restat, col.* 7. *vers. quod si Dominus Clericus*; 5 & quæ negotia dicantur cõnexa, & q̃ separata, & diuersa, & quę dependentia, *Boer. cons.* 7. & connexa separari non possunt, *cap. translatè* 3. *de constit.* & quod in causa indiuidua, priuilegiatus debeat remitti ad forum suum, est doctrina *Bart. in l. præcipimus*, C. *de appellat. §. penult.* quinimò quando actor, & reus sunt diuersi fori, tunc dicitur diuidi posse cõtinentiam causarum, vt est *text. notab. in cap. fin.* iuncta *gl. de iud. Capyc. decis.* 122. *num.* 5. *vers. & pro admirante fuit, Pres. de Franch. de-* 6 *cis.* 426. & quando vnus actionem vnã, & alter aliam intentat, vt in casu de quo agitur, qui conuenit, habet pro se regulam, vt actor sequatur forum rei, vulgato *cap. cum sit generale, de for. compet.* tunc ad Iudicem suum remitti debet, ità *Boer.* post *Abb.* & *Felin.* concludit *in d. decis.* 69. *nu.* 25. pro quo adducit *text. in d. cap. fin.* & ibi *glos. in vers. super proprietate, extra, de iudic.* & etiam *Legistæ in l. nulli*, C. *de iudic.* & *Boer. in decis.* 114. *num.* 3. & *seq.*

Et dato, sed non concesso, quod renunciasset priuilegio fori consentiendo in iudicem, non tenet renun- 7 ciatio, quia cùm hoc priuilegium ordini Togatorũ Collegiatorum sit concessum, tacitè, aut expressè dicto priuilegio renuntiari nõ potest, per *text.* iuncta *glos. in l. ne quis*, C. *de aduoc. diuers. Iudic. in verb. vt absentibus*, facit *text. in cap. si diligenti*, & *in cap. significasti, de for. compet.*

8 Et propterea non est generatim aliquod præiudicium Illustrissimo Magno Cancellario, qui ratione suæ iurisdictionis potest agere, quod causa ad ipsum remittatur ex causa sui priuilegij, vt per *Bal. in l.* 1. *§. per hanc, ff. de rei vendic.* vbi *Bart.* post *glos.* ibi ad idem facit *text. in cap. non oportet* 7. *q.* 1. & ibi *glos. in ver. restituatur*, iuncto *text. in cap. si quis verò* 7. *q.* 1. & ibi *glos.* vbi clericus sibi 9 præiudicat, sed non quantùm ad Priorem & Prælatum, facit etiã *text. in l.* 2. *§. sed si Iudex, ff. de iud.* vbi Iudex subditis suis potest præcipere nè coram alio in sui præiudicium litigẽt, & voluit *Io. Faber. in l.* 1. C. *de offic. Pref. Vrb.* per *text. in cap. trãsmissa, de for. compet.* & *Par. de Sind. de excessibus Baronum, c. fin. in princ. Bar. in l.* 1. *§. & post operis, ff. de nou. oper. nũciat.* & latè per *Feudistas in cap. imperialẽ, §. præterea inter duos, de prohibita feud. alienat. per Fed.*

Ex quibus firma remanebit conclusio, quod iurè liquido potest ad se causam auocare Illustriss. Magnus Cancellarius.

SVMMARIVM.

1 *Reges ob benemerita concedunt Castra cum omnimoda iurisdictione, & autheritate aucta cum priuilegijs priuatiuè.*

2 *Priuilegium concessum Comiti Galasso Ciuitatis Luceriæ.*

3 *In Ciuitate Luceriæ Rex habet ius conferendi dignitates, & Canonicatus maioris Ecclesiæ.*

4 *Et dictus Comes Galassus virtute præfatæ inuestiturę prætendebat collationes prædictas ad ipsum spectare.*

5 *Beneficium Principis contra eundem Principem largè est intelligendum.*

6 *Lex generaliter loquens, generaliter intelligi debet.*

7 *Fiscus replicabat non esse comprehensum istud ius conferendi beneficia Ecclesiastica, præbendas, seu dignitates.*

8 *Collatio beneficij, quæ dicatur, & quid sit*

ſit, & an ius conferendi beneficia Eccleſiaſtica, præbendas, ſeù dignitates ſit merè ſpirituale exiſtimandum, & an cadat in laicum.

9 *Et an poſſit poſſideri à laico.*

10 *Alius Patronus, aut laicus an poſſit de cõſuetudine ius conſtituendi, ſeù conferendi habere.*

11 *Quid ſi talis ſit conſuetudo, cuius initij memoria nõ exiſtat, & poſſit allegari titulus, vel ſaltim fama probari.*

12 *Princeps an poſſit facere incapacem capacem.*

13 *Collatio beneficij an ſpecialitèr pertineat ad Prælatum.*

14 *Pontifices ex cauſa laicis, præſertim Imperatoribus, Regibus, & Principibus conſueuerunt concedere priuilegia conferendi beneficia.*

15 *Imperatoribus fuit conceſſa electio à Papa.*

16 *Rex Angliæ erat Dominus omnium Eccleſiarum Cathedralium, & aliarũ maiorum.*

17 *Comitiſſa Tlandienſi beneficiorum quorundam collatio competebat.*

18 *Ad Regem Franciæ ſpectauit collatio beneficiorum, quæ vacabant in quibuſdam Eccleſijs.*

19 *Prout Regi Apuleę, cui fuerunt conceſſę inueſtiturę beneficiorum.*

20 *Et fuit confirmata per Papam Eccleſia Lucerina Regi noſtro Captolico.*

21 *Rex non dicitur merè laicus, quia conſecrationem ſuſcipit.*

22 *Ius conferendi beneficia remanet apud Regem, & non eſt transmiſſibile.*

23 *In generali conceſſione veniunt omnia iura, quæ poſſunt cadere in priuatum, quæ non cadunt in laicum, quàm in Regem, & ipſe Rex etiam ſi vellet non poteſt à ſe abdicare.*

24 *Et meritò deneganda ſunt ipſi Comiti Galaſſo vti laico, cui non congruit ius ſpirituale.*

25 *Et hoc obſeruatum fuit, vt patet ex decreto in anno 1586.*

ARGVMENTVM.

In conceſſione feudi an veniat ius conferendi beneficia Eccleſiaſtica, in qua Rex reperitur in poſſeſſione conferendi; Et an, & quando ſint laici capaces, præſertim Principes, Imperatores, & Reges.

SECTIO XXIV.

1 AT quando occaſione præcedentium incidit ſermo de connexis, annexis, & ſeparatis, non incongruè hic examinabitur quæſtio, quam propoſuimus, an ſcilicèt quando

2 Reges ob benemerita concedunt Caſtra cum omnimoda iuriſdictione & authoritate, aucta priuilegijs priuatiuè, quorũ vigore procedunt, & ſunt cõpetentes, ẽt in annexis, & cõnexis, q; euenit temporibus noſtris; conceſſit .n. noſter Captolicus Rex ob præclara geſta in germanico bello per Comitem Galaſſum, Ducẽ Exercitus Imperatoris, Ciuitatem Luceriæ cum iuriſdictione, & prærogatiua, prout ipſe Rex poſſidet.

3 In qua Ciuitate Rex habet ius cõferendi dignitates, & Canonicatus maioris Eccleſiæ.

4 Et Comes Galaſſus virtute prędictę inueſtiturę prętendit collationes prędictas ad ipſum ſpectare, pro quo dicebatur

5 Beneficium Principis contra eundem Principem largè eſſe in-

intelligendum, *l. fin. ff. de const. Princ.*

6 Et lex generaliter loquēs, generaliter intelligi debet, *l. 1. §. generaliter, ff. de legat. præstand.* roborantur prædicta, quia prędictus Comes fuit adeò benemeritus Suæ Captolicæ Maiestatis, vt ei donauerit Ciuitatem, quæ inter maiores Regni Ciuitates connumeratur, in qua residet maius Tribunal Prouinciæ.

7 Pro Fisco verò replicabatur, non esse cōprehensū in quauis generali concessione istud ius conferendi beneficia Ecclesiastica, præbendas, seu

8 dignitates, quod est merè spirituale, & in laicum minimè cadit, *cap. laicis 24. q. 16. cap. per ordinationem 5. distinct. 63. cap. per literas 20. cap. decimas 9. 7. cap. præterea 4. de iure patronatus, cap. cum & plantare 3. de priuilegijs, Lambertinus de iure patronatus, lib. 1. 5. art. 10. quæstionis principalis, num. 19.*

9 Imò non esse admittendum laicū, cui collatum est ius prędictum spirituale absque confirmatione Papę, & recipientes puniuntur supradictis iuribus, & à laico non potest possideri, idcirco est impręscriptibile, quoniam sine possessione prędictę impręscriptio non procedit, *cap. 3. de reg. iuris, in sexto cap. causam 7. de præscript.* intelligendo sine possessione iuris, q exemplificat *glos. in d. cap. 3. de reg. iur. in verb. virum ad præscriptione,* & notat *Monac. in c. licet 2. de præbend. in 6. num. 2.* prędictę impręscriptio enim nunquam incapacem capacem facit, *Felyn. in cap. cum contingat sub num. 8. vers. secundò fallit, de for. compet.*

10 Neque ex consuetudine patronus, aut alius Laicus potest ius instituendi, seu conferendi habere, *Abb. in cap. quod autem 5. de iure patronatus, num. 12. cap. sacrosancta 9, & cap. Massana, Prob. ad Monach. in cap. licet 2. de præbendis, num. 8. lit. L. vers. concessione Papali.*

11 Nisi talis sit consuetudo, cuius initij memoria non existat, cui quę consuetudine prędicta possit priuilegij Papalis titulus allegari, vel saltim fama probari, prout de collatione scripserunt *glos. summa,* quę est in *d. cap. 1. in verbo Ecclesius 16. q. 7.* quā adducit *Lambert. in d. tract. de iure patronat. lib. 1. 2. art. 10. q. princip. Abb. in cap. dilectus 6. de offic. Leg. num. 6. Alex. cons. 74. viso puncto, n. 10. lib. 4.* alios citans; rationem diuersitatis adducit *Prob. ad Monach. in d. cap. licèt, num. 9.* quia scilicèt

12 Princeps potest facere incapacem capacem, *l. quidam consulebant 57. ff. de re iudic. cap. cum vigesimum 41. de offic. delegat.*

13 Collatio enim, quæ specialiter pertinet ad Prælatum non cadit in laicum de iure commun, *cap. si per ordinationem 5. distinct. 63. eum simil.* verum de priuilegio speciali Papæ laicus ad ista habilitari potest, *cap. Adrianus 22. & cap. in synodo sequenti eadem distinct. 63.*

14 Talia enim priuilegia consueuerunt Pontifices ex causa laicis, præsertim Imperatoribus, Regibus, & Principibus concedere, *cap. dilectus filius 34. de præbend. & dignitat. &* prouatur *16. quæstion. 1. Isern. in proœmio constitutionū Regni vol. 18. à linea 10.* quę incipit, *alias etiam in Regno, & proprie num. 56. Bald. in l. rescripta 7. C. de precibus Imperatori offerend. nu. 8. Abb. in d. cap. dilectus 6. de offic. Legat. nu. 6. Ioan. Andr. ad Specular. in tit. de leg. lib. 1. p. 1. §. nunc transeamus, num. 5. in verbo contulit illum, vers. 1. Archidiacon. in cap. hortamur 8. distinct. 71. num. 1. ad finem, Petr. Anchar. in clem. per literas, de præbend. & dignitat. num. 3. Ruin. cons. 156. primo videndum est num. 6. vol. 4. Monachus in d. cap. licet num. 5. vbi Prob. num. 8. subiunxit, & hæc est communis, quam teneas infallanter.*

15 Et Imperatoribus fuit concessa electio à Papa *cap. Adrianus 22. in Synodo 23. distinct. 63.*

16 Atqui ita Rex Angliæ erat Dominus

omniũ Eccleſiarũ Cathedralium, & aliorũ maiorũ Anglię, & Normãdię; & ideò ipſarum Eccleſiarum præbẽdas conferebat, *gloſ. vnic. in cap. Imperium, diſtinct.* 10. & ibi *Archidiaconus.*

17 Et Comitiſſe Flãdrenſi beneficiorũ quorundã collatio competebat, *cap. dilecto filio* 40. *de teſtib.* hodiernisquè temporibus ſimilia adhùc vigent priuilegia ad fauorem Imperatorũ Alemaniæ, qui poſſunt in qualibet Eccleſia facere vnum recipi, *Specul. de prebend. & dignit. §. reſtat, nu.* 7. te-

18 ſtans ſe priuilegium huiuſmodi vidiſſe bullatum, Regum Franciæ in quibusdam Eccleſijs vacantibus beneficiorum collatione ſibi vendicãtium, *Io. Andr. ad Specular. in tit. de prebend. & dignit. d. §. reſtat, ſub n.* 7. pro vt, & Vngariæ Regum beneficia conferendi facultatem habentiũ, *Alex. d. conſ.* 74. *num.* 10.

19 Simili modo Regibus Apuleę inueſtituræ beneficiorum conceſſę fuerunt, ex *gloſ. pennult. ſummę* 16. *q.* 7. *Lambertinus de iure patronat. locis citat. Felin. in cap. Apoſtolica* 9. *de exception. num.* 10. videndus *Alex. in d. conſ.* 74. *à nu.* 10. *Anſald. de iuriſdict.* 2. *art. cap. de collat. nu.* 18. qui refert alios Reges poſſidentes ſpiritualia.

20 Et fuiſſe confirmatam per Papam Eccleſiã Lucerinã Regi noſtro Capitolico, vti fundatã poſt datum Regnũ Regi Carolo I. tradit *Iſern. in practicat. proœm. col.* 18. *à lineâ* 20 *incipiente alias etiam in Regno, & proprię lineâ* 50.

Poſſidet quoque Eccleſiam Sanctæ Mariæ Ciuitatis Altamuræ fundatam ab Imperatore Federico II. & in anno 1232. collatam ab ipſo Imperatore in perſonã clerici Ricciardi de Brunduſio confirmatam per Innocentium III. cum titulo, dignitate, ac honore Archipresbiteratus.

Et eodem modo poſſidet p vnionem canonicam aliquas alias Eccleſias, ſeu Cappellas ad ſuam etiam collationem ſpectantes, pro vt Eccleſiam *Sancti Nicolai Barenſis* in anno 1293. per Bonifacij VIII. Summi Pontificis conceſſionem Carolo II. quæ Eccleſia Cappella Regia eſt ex fundatione, & dotatione eiuſdẽ Caroli II. & ex diſpoſitionibus, & ordinationibus ipſius, habet centum clericos dicta Eccleſia Sancti Nicolai Barenſis, non computato Priore, ſub cuius regimine dicti clerici perſiſtunt, de quibus centum clericis 42. ſunt Canonici, ex quibus vnus eſt Theſaurarius, & 16. Canonici sũt Sacerdotes, Diaconi ſeptem cum Cantore, & Subdiaconi quinque cũ ſubcãtore, Priorquè in dextero choro cum ſuperiori ſtalo ſedet, Theſaurarius verò in ſiniſtro, & iuxtà Priorem in dextro Cantor, & iuxtà Theſaurarium in ſiniſtro ſubcantor.

Collationem verò, & inſtitutionem tàm Prioratus, Theſaurarij, Cãtoris, & Subcantoris, quàm mediętatis Canonicorum, Rex Carolus ſibi, & ſucceſſoribus ſuis, etiã ſi in Romana Curia, vel alibi vacaſſent, ità reſeruauit, & perpetuò retinuit, vt præciſè ordinauerit, quod ſi contigerit, quod dicti Prioratus, Theſaurariæ, perſonatus, vel Canonicatus ad collationem Suę Maieſtatis, vt præfertur ſpectantes per alium, quàm per Suam Maieſtatem, heredes, vel ſucceſſores ſuos forſitan conferrentur, nihil de introitibus & quantitatibus tàm dicto Prioratui, vel Theſaurariæ, quàm perſonatibus aſſignatis perciperent, quoquomodò, ſed portionem contingentem illum, vel illos, qui per alium, quàm per heredes & ſucceſſores ſuos eſſet caſu aliquo inſtitutus, ſuo arbitrio reſeruauit in ipſius Eccleſię vtilitatem conuertendam.

Priore autẽm prædicto abſente, vel decedente, quod Theſaurarius ipſe locum Prioris teneat, & cum duobus de dictis Canonicis bona omnia fructus, reditus, & prouen-

tus

tus ipsius Prioratus, pro futuro successore percipiat, & conseruet, ordinauit, donec per Suam Maiestatem, hęredes, vel successores suos tantùm, de Priore prouisum fuisset, vt constat ex fundatione dicti Caroli anno 1304. cõfirmata ẽt per Clementẽ PP. V. anno 1307. & Pium Põtificẽ Max. anno 1566. & ex pacifica possessione, seu quasi, iuris conferẽdi dictum Prioratum, dum pro tempore vacat, in qua ex non memorabili consuetudine extiterunt, & existunt Reges huius Regni, de quibus non dubitatur, testaturque *Nauarr. cons. 8. in princip. de præb. lib. 3. to. 2.*

21 Et ratio est, quia Rex nõ dicit ur merè laicus, quia consecrationem suscipit.

22 Ex qbus patet, esse & remanere pęnès Regem istud ius, & non esse trãsmissibile, *glos.* in terminis in *cap. dilectus filius, in verbo ex donatione* Regis, *in fine, de præbend.*

23 Nam in generali concessione veniunt omnia iura, quę possunt cadere in priuatũ, & illa in eũ trãstulisse videtur, quæ autem non cadunt in alium, quàm in Regem, & quæ ipse Rex, etiam si vellet expresè à se abdicare non posset, non trãsmittũtur, ità *Luc. de Pen. ad l. 1. C. de veteranis, lib. 12. vers. dicas, quod omnia iura, & in l. 2. de iure* Reipublicæ, *lib. 11. nu. 4. vers. item facit pro hac parte*, vbi fũ-

24 dat, priuilegia illa concessa censeri in generali concessione à Principe facta; q congruit psonę, cui est facta cõcessio, ponit exẽplũ in priuilegijs concessis Augustę, quæ ipse habet, q intelligantur de his, q congruunt mulieri, & notralia, ad quę faciunt dicta per *Præsid. de Franch. decis. 275.*

Et ità fuit declaratum per Collaterale Consilium in causa Archipresbiteratus Altamuræ, pro vt ex decreto, quod sequitur:

In causa ex Regia delegatione vertente coram Domino D. Gabriele Sanchez de Luna Regio maiore Cappellano de ordine S. R. Captolicæ Maiestatis super Archipresbiteratu Ciuitatis Altamuræ super eo, vz. Primò, si dictus Archipresbiteratus est ad Regiam collationem, aut ad præsẽtationem Illustriss. Ducis Octauij Principis, & vtilis Domini dictæ Ciuitatis. Secundò, si casu, quo fuerit declaratum, Archipresbiteratum prædictum spectare ad Regiam collationem, illius collatio, & prouisio spectet, & pertineat ad Illustriss. Dominos Proreges huius Regni, aut ad præfatam Sacram Regiam, & Captolicam Maiestatem.

Facta de prædictis omnibus relatione Illustrissimo, & Excellentissimo Domino Proregi in Regio Collaterali Consilio olim sub die 25. mensis Februarij proximè prateriti per Magnificum D. Frã. ciscum Antonium de Dauid tunc Regiæ Cameræ Summariæ Præsidentem, & ordinarium Auditorem dicti Reuerendi Domini Cappellani maioris, audito tàm Magnifico Domino Fisci Patrono Regij Patrimonij, quàm Procuratoribus dicti Illustrissimi Ducis Octauij, Reuerendi Iulij Moles, & Scipionis de Fortis, pro vt in actis.

Idem Illustriss. & Excellentiss. Dominus

25 *Vicerex, Locumtenens, & Capitaneus Generalis, pronidet, atque declarat, quõ ad primum caput, dictum Archipresbiteratum spectare, & pertinere ad merã collationem, & prouisionem dictæ S. R. et Captolicæ Maiestatis, & nullum ius in eò spectare dicto Illustrissimo Duci Octauio Principi, & vtili Domino Ciuitatis prædictæ; Quò verò ad secundum, etiam pronidet, atque declarat, collationem, & prouisionem Archipresbiteratus spectare, & pertinere ad præfatam Regiam, & Captolicam Maiestatem antùm, & non ad Illustriss. Dominos huius Regni Proreges pro tempore existentes. Et propterea collationes aliàs de eo factas per quond. Illustrissimum Marchionem de Mondesciar in personam Reuerendi Maurity Moles, & deindè per Illustriss. D. Ioannem de Zunica Principem Petræ Persiæ, & olim Vice-*

reges huius Regni in perſonam dicti Reuerendi Iulij Moles eſſe nullas, tamquam ad ipſos non ſpectantes, ſed ad præfatam ſacram Regiam, & Captolicã Maieſtatem.

Cadena Regens. Lanarius Pro Regens.
Franciſcus Antonius de Dauid.

Lecta lata die 10. Ianuarij 1586. Ioannes Antonius de Gatta.

Extracta eſt præſens copia ſententiæ à libro, in quo ſunt notatæ Eccleſiæ, & beneficia, quæ ſpectant ad collationem, & præſentationem Captolicæ Maieſtatis in hoc Regno, ſiſtente in Curia Illuſtriſs. & Reuerendiſs. Domini Regij Maioris Cappellani, quod conſeruatur per me Curiæ prædictæ Actorum Magiſtrum, & facta Collatione concordat, meliori tamen ſemper ſalua, & in fidem, &c. Neap. die 28. Septembris 1615.

Io: Hyeronimus Stinca Act. Magiſt.

Et ità quoque declarauimus in collatione Canonicatuum, & dignitatum Eccleſiæ dictæ Ciuitatis Lucerię, vt ex infraſcripto decreto.

Die 7. Menſis Februar. 1645. Facta relatione de omnibus S.E. in Regio Collaterali Conſilio per Spectabilem Regentem Didacum Bernardum de Zuſia Regentẽ Collat. Conſil. & Commiſſarium, audito Fiſci Patrono Regalis patrimonij.

Idem Illuſt. & Excell. Dom. Vicerex, Locumtenens, & Capitaneus Generalis prouidet, decernit, atque declarat, Canonicatus, & dignitates Regalis Eccleſiæ Lucerinæ ſpectare, & pertinere ad meram collationem, & prouiſionem S. Captolicæ Maieſtatis, & nullum ius in eis ſpectare ad Illuſtrem Comitem Matthiam Galaſſo, & proindè tollatur empara, hoc ſuadente, &c.

Zuſia Regens. Sanfelicius Regens.

SVMMARIVM.

1 In materia criminum quis erit Iudex competens.
2 Et an forus delicti ſit principalior.
3 Et quando forus attendatur, & quando non.
4 Quò ad delicta in mari commiſſa quis erit Iudex competens.
5 Caſus, in quibus agitur de Iudicis cõpetentia, vel incõpetentia, & quando remiſſio ad locum delicti ſit facienda.
6 Et quando attendatur forus delicti; ſi delinquat quis in iuriſdictione alterius Iudicis, & num. 15.
7 Non habens iuriſdictionem in certas perſonas vtrùm poſſit ſua iuriſdictioni accreſcere, & ſibi non ſubditũ facere ſubditum ratione delicti, & quando partium prorogatione Iudex incompetens poſſit fieri competens, habens quamcumque iuriſdictionem ordinariam, vel delegatam, & n. 15.
8 Et vtrum procedat etiam in priuilegiato.
9 Delinquens in vno loco, ſi in alio conueniatur, vtrùm ſtatutum loci delicti attendendum ſit.
10 Et quid in iudicibus diuerſarum Prouinciarum, vel vnius loci, ſeparatam, & diuerſam habentibus iuriſdictionem, & quando delinquens ratione delicti ſit ſubditus alterius iuriſdictionis.
11 Iudex aliàs incompetens quando efficiatur competens in puniendo ratione offenſionis.
12 Iudex inferior an poſſit Punire ſuperiorem delinquentem in ſua iuriſdictione.
13 Et vtrum Baro, vel alius Iudex poſſit punire offendentem ſuum vaſſallum, extra territorium ſuum, quamuis nõ ſit vaſſallus, & an vaſalli teneantur illum adiuuare.
14 Ratione vſurpatæ iuriſdictionis, an ſit Iudex ille, cui iuriſdictio vſurpatur, & vſurpans ſit puniendus coram illo Iudice, corã quo falſitas eſt commiſſa.
15 Conceſſa iuriſdictione pro aliqua negotio ratione cauſæ, an poſſit quis ſe intromittere ex alia cauſa, etiam inter eaſdem perſonas.
16 De prorogatione iuriſdictionis ratione offen-

offensionis, & quando aliquis offendit iurisdictionem alterius Iudicis, vel eam impedit, vtrum possit puniri impedito, aut offenso.

17 *Et an Baro possit instè punire offendentē vasallum suū, etiam extra territorium, & ab illo possit puniri, coram quo falsitas est commissa, & quid in producēte testem falsum, non obstante priuilegio fori.*

18 *Et an hoc procedat in Iudice ordinario, vel speciali, vt quamuis sit incompetens efficiatur competens, & incapax efficiatur capax, & per clausulam abdicatiuam Baronis an tollatur, & quid quando sumus in casu inter easdem personas, & adest prauentio verbalis, vel realis.*

19 *Ratione connexitatis, & continentiæ causæ quando fiat remissio ad Iudicem incompetentem, & quando sententia vnius Iudicis obstet sententiæ alterius adest* decisio Capycij 122.

20 *Priuilegium hominis, & iuris communis an, & quando prævaleat priuilegio hominis tantùm.*

21 Tex. in l. nullum, C. de testibus, *cumulatiuè tribuit iurisdictionem Iudici, coram quo falsitas est commissa.*

22 *Inter Iudicem, coram quo falsitas est commissa, & Iudicem ordinarium delinquentis, an locus sit prauentioni.*

23 *Si Iudex, coram quo falsitas est commissa concurrat cum Iudice habente priuilegium cum clausula abdicatiua, quis prævalebit.*

24 *Clausula abdicatiua, & priuatiua, quādo aquiparetur clausulæ clericali.*

25 *Per quæ verba inducatur abdicatiua.*

26 *Iurisdictione concessa in certum genus personarum, priuatiuè, an censeatur concessa, ità, vt de illis nemo cognoscere possit.*

27 *Priuilegium fori concessum patri an extendatur etiam ad filios, & vxorem.*

28 Text. in l. nullum, C. de testibus, *vtrùm procedat in præiudicium Baronis, & Domini.*

29 *Prohibitio exceptionis fori, de qua in* l. nullum, C. de testibus, *an sit personalis, vel realis.*

30 *Testator si prohibuit hęredibus, ne alienent prædia, an hæredes tantùm comprehendat, & sit personalis, vel si prohibuit prædia alienari, an dicatur realis prohibitio, et ad omnes successores transeat, quamuis non sint hæredes.*

31 *Quotiès specialis Magistratus constituitur super alicuius causæ cognitione, an adimatur ordinario Magistratui iurisdictio, vel vterque possit cognoscere.*

32 *Iurisdictione data Iudici offenso per* tex. in l. nullum, C. de test. *siuè adempta ordinario, vel cumulatiuè concessa, an sit locus prauentioni.*

33 *Et an per clausulam priuatiuam tollatur cumulatio, & is solus cognoscere possit, qui iurisdictionem habet cum clausula prædicta.*

34 Tex. in auth. qua in Prouincia, *an habeat locum, quando alius Dominus habet iurisdictionem in delinquentē cum clausula priuatiua, etiam si habeat priuilegium in tempore posterius.*

35 *Iurisdictionē habens concessam ratione loci, an præferatur illam habenti cum clausula priuatiua.*

36 *Quando iurisdictio competit virtute priuilegij inserti in corpore iuris, an per secundum priuilegium sublata sit, etiam non facta mentione de primo.*

37 *Prorogatio iurisdictionis tàm à lege, quàm ab homine inducta, an cesset, quando iurisdictio priuatiuè concessa fuit.*

38 *Priuilegium concessum ratione personæ, vtrùm habeat locum, si delinquat in quouis loco, & cesset dispositio ca*pit. 1. de priuilegijs, in sextò.

39 *Regia Curia cùm vendit feudum, an possit præiudicare Baroni habenti priuilegium anterius.*

40 *Clausula, prout prędecessores tui tenuerunt, in concessionibus, quid operetur.*

Feudum

41 *Feudum reuerſum ad Regem, an dicatur amplius feudum.*
42 *Quid quando* Rex *ſemper conceſſit, & ex conceſſionibus arguitur animum Regis non fuiſſe velle incorporari.*
43 *Interpretatio antiqua non eſt mutanda.*
44 *Ratione publicæ vtilitatis* Rex *an poſſit eximere vaſallos à poteſtate Baronis, & à iuriſdictione ipſius, ne extrahatur à ſeruitio, etiam durante ſeruitio.*
45 *Rex qui non poteſt ius tertio tollere, an tamen poſſit ad tempus vti re priuati.*
46 *Contra receptantem contumacem an ſit Iudex ille, qui eum banniuit.*
47 *Quod ſi eſſet bannitus à duobus Iudicibus, quis erit iudex.*
48 *Reus ſi plures habeat Iudices, cuius erit electio.*
49 *Sed quid ſi habeat ex priuilegio.*

ARGVMENTVM.

De Iudice in materia criminum, ac potentia Fori delicti, & iuxta cuius loci ſtatuta puniendus ſit, qui eſt alibi conuentus, ac de competentia ratione offenſionis, & vſurpatæ iuriſdictionis, aut receptationis bannitorum; & demùm de reo plures habente Iudices, cuius erit electio, præſertim ex priuilegio, ac de clauſula abdicatiua, delicto militari, siuè communi, & de iuriſdictionibus, ac priuilegijs concessis.

SECTIO XXV.

1 PRoſequendo materiã delictorum aduertimus, quod quò ad delicta per quatuor Iudices cognoſcitur regulariter, originis, domicilij, delicti, & loci, in quo qs, vt plurimũ verſatur, *l. 1. C. vbi de crim. agi opor.* ibiq; *omnes ſcribentes.*

2 Forum autem delicti forus eſt principalior, *auth. qui in Prouincia, C. vbi de crimin. agi oportet*, notant *Io: Andr. in cap. 2. de conſt.* & ſequaces adducti per *Prat. de Franch. deciſ. 37. in princip.* & per *Theſaur. deciſ. 90.*

3 At quando attendatur, & quando non, in pluribus queſtionibus habetur per *Aegid. Boſſ. de for. cõpet. à n. 62.* & multa de hoc foro delicti habentur per *Abb. in c. licèt, de for. compet.* & quid concurrentibus Iudicibus fori originis, & domicilij, dictum eſt in mea *deciſ. 68.*

4 In delicto verò commiſſo in mari erit Iudex qui præeſt Territorio propinquo illius maris, *Anton. Corſet. ſing. 154. in verbo iuriſdictio 11.*

5 Reliquos caſus, in quibus quis ſortitur forum, enumerat *Specul. in tit. de compet. Iudicis.* & quis dicatur competens, vel incompetens, adſunt remiſſiones, in *tract. de exceptionibus Carol. de Graſſ. except. 18.*

Quemadmodum & caſus, in quibus ad locum delicti remiſſio eſt facienda, cumulat addens ad *Petrum Bel-*

Bellug. in speculo Principum rubr. 2. in verbo remissiones, lit. A.

6 Quod autem forus delicti attendatur, etiam si delinquat in iurisdictione alterius Iudicis, obseruatum fuit annis elapsis contra delinquentē in subditos Iustitiarij annonę, intuitu officij sub asserta falsa commissione, extorsiones, & cōcussiones committendo, ad quam fundandam iuris dictionem, scripti, quę sequuntur, & approbata fuerunt ab Aduocatis primi ordinis.

IO: Baptista de Bianco cùm fuisset Officialis D. Iustitiarij, priuatus officio prædicto, officium per Ciuitatem, absque commissione, & licentia D. Iustitiarij exercuit, in eo delicta committendo in hominibus iurisdictioni D. Iustitiarij subditis, qui captus fuit, & carceratus, datisq; defensionibus per Consultorem D. Iustitiarij, torqueri iussum fuit; inconducta causa in Sacro Consilio per remedium appellationis, opposuit reus de defectu iurisdictionis.

Dicendo, D. Iustitiarium limitatam habere iurisdictionem in certas personas, cùq; ipse non sit expressus in sua iurisdictione, ex quo persona delinquens non est subdita, sequitur ex defectu iurisdictionis in causa prædicta procedere nō potuisse, de qua dictum est in mea *decis.* 259. *n.* 6.

Verùm hoc non obstante, cōtrariū esse de iure arbitror, ac delinquentē remicti ad Dominum Iustitiarium debere, de iure fundabitur.

7 Quamuis enim D. Iustitiarius certam habeat iurisdictionem in certas personas, potest tamen eius iurisdictioni accrescere, & sibi non subditum, subditum facere ratione delicti, ex *tex. in l. 1. & auth. quas in Provintia, C. vbi de crim. ag. oport. tex. in l. fin. ff. de noxalibus act. l. fin. ff. de cust. & exhib. reor. l. Præses, ff. de offic. Præsid. auth. vt nulli Iud. §. sanè vera comprehensorum, l. 6. cui non.*

§. *fin. ff. de accusat.* sic etiam partium prorogatione Iudex incompetens potest fieri competens, per *tex. in l. 1. C. de iurisdict. omnium Iudic.* prout quilibet alius habēs quamcumq; iurisdictionem ordinariam, vel delegatam, *glos. in d. l. 1. in verbo Iudicibus.*

Delictum enim dat iurisdictionē ei, qui aliàs eam non habet, *text. & glos. in cap. fin. in verbo ratione delicti, & in cap. postulasti, extr. de for. compet.* ibi, *ibi enim causa agitur, vbi crimen committitur, cap. 1. 19. q. vi.*

Nam principalis forus, locus delicti est, *Paul. de Cast. in d. l. 1. C. vbi de crim. ag. oport.* per *tex. in cap. 2. de cōstit. in sexto.*

8 Hoc quidem verùm est, vt etiam in priuilegiato procedat, *Bart. in l. beneficium ff. de constit. Princ. gl. in can. placuit 6. q. 3. 11. q. 3. can. priuilegium, & gl. in cap. fin. in verb. ratione delicti, extra de for. compet.* ibi, *tollit priuilegium*, & probaui in *decis. mea* 150.

9 Vndè si quis deliquit in vno loco, & in alio conueniatur, iuxtà statutū loci delicti est puniendus, *Bart. & Bal. in l. 11 C. de sum. Trinit. & fid. capitol.* & ibi *Cyn. Bart. in l. fin. ff. de extraordin. crimin. Francis. de Aret. in cons. 58. Alex. cons. 11. vol. 1. Angel. in tract. malef. in verbo existens Florentia, num. 3.*

10 Et prædicta non solùm vindicant sibi locum in iudicibus diuersarum Prouinciarum, sed etiam in Iudicibus vnius loci diuersam, & separatam habentibus iurisdictionem cum eadem sit ratio, ità tenuit *gl. in l. 1. ff. si quis in ius vocat. non ier.* vndè cùm delicta per prædictum sint cōmissa in iurisdictione D. Iustitiarij, & eius subditis, ratione delictorum sibi factus subditus, ab ipso coerceri debet, supradictis iuribus.

11 Sic & delinquens coram alio Iudice, & si non sit eius subditus, efficitur nihilhominus de foro ipsius, & poterit per ipsum puniri ratione

of-

offenſionis, ad *tex. in l. nullum*, C. *de teſtibus*, quem *tex. DD.* intellexerunt habere locum in quâlibet offenſione, vt in mea *deciſ.* 250. *num.* 11. incip. *orta fuit controuerſia*, & dicam diffuſiùs in ſequenti.

12 Vndè an inferior poſſit punire Superiorem delinquentem in ſua iuriſdictione rectè fuiſſe dubitatum, refert *Io: Fab. in Breuiario* C. *de offic. Præfect. Vrbis, in l.* 1. *in princ.*

13 Nàm & Baronem poſſe punire delinquentem offendentem ſuum vaſallum quis delinquens non ſit vaſallus, & ſit extra territoriũ, & vaſalli teneantur ipſum adiuuare, tenet *And. in cap* 1. *quibus mod. feud. ammittatur, verſ. de eo vero, quod eſt extra iuriſdictionem, & in §. ſed nec præterea, quæ ſit prima cauſa benef. amitt.* nàm non dicitur extra iuriſdictionem.

14 Quod cùm verum ſit, etiam delicta per hunc commiſſa in iuriſdictione Domini Iuſtitiarij tanquam eius Officialis ipſe puniet, ex diſpoſitione *tex. in l. de militibus, ff. de vaſod. et exhib. reor. l.* 3. *ff. de re milit.* tenuerũt *DD. in l. fin. ff. de accuſ. Io: Fab. in l. magiſteria*, C. *de iuriſd. omnium Iud.* vbi ſi de militari delicto magiſter militũ cognoſcit, ſic delictum nomine Officialis in officio commiſſum Iuſtitiarius puniet, idem *Io: Fab. in l. quod promulgatis*, C. *de offic. Præfect. Vrb.*

Inſuper quia hic iuriſdictionem D. Iuſtitiarij vſurpauit eius perſona offendendo, *l.* 3. *ff. ad l. Iul. Maieſt.* ſed ſic eſt, quod ipſum offendens ipſe puniet, p *tex. in l.* 1. & ibi p *DD. ff. de pœn. l. nullum*; *de teſtib. can. ſi quis laſte* 11. *q.* 11. *can. ſi quis ab Epiſcopo* 10. *q.* 8. *can. ſi illic* 18. *q.* 4. *per Inn. in cap.* 1. *de offic. deleg. & in cap. dilectus, de pœn. Cyn.* latè *in l. vnica*, C. *ne quis in ſua cauſ. Alex. conſ.* 13. *vol.* 6. *poſt num.* 10. *Alb. in l. Senatus Conſult. ff. de offic. Præſid. & in l. ſi quis forte, §. fin. ff. de pœn. Soc. in ſuis fall. in reg.* 195. ergo remitti debet; Et ità nouiſſimis his temporibus me poſtmodum exiſtente Regio Conſiliario fuit deciſum, & ſeruatum in caſu ſimili per §. C.

15 Vltimo, crimen vſurpatæ iuriſdictionis crimen falſi eſt, *tex. in l. eos, ff. de falſ. in fin. And. in rubr. conſtit. diræ, & duram, de prohib. Official. noſtrorum*; falſum eſt enim mutatio veritatis, *auth. de fide inſtr.* ſed ſic eſt, q falſum committens per eum Iudicem eſt puniendus, in cuius iuriſdictione falſitas commiſſa eſt, *d. l. nullum*, C. *de teſt.* notat *Bar. in l. hoc iure ff. de aq. quotid. & eſtiu. And. in cap. ea quidem, de reg. iur. in* 6. *in* 28. *quæſt. & Feder. de Sen. in conſ. ſuo* 88. quod procedit in qualibet falſitate, prout tenuit *Bar. in d. l. nullum, n.* 8. per dictũ *Innoc. in cap. dilectus, de pœn.* ergo cõmiſſa falſitate in iuriſdictione domini Iuſtitiarij ad ipſum ſpectat ius puniendi.

Quãtum verò graue ſit delictum vſurpatæ iuriſdictionis, ex pœna obſeruata contra Illuſtriſs. perſonã Ducem Triremium patet *ex ſectione* 26.

Et quod dici poſſet per partem aduerſam, prædicta ſibi locum vindicare, quando haberet iuriſdictionem imponendi pœnam iuxta qualitatem prefati delicti, & non aliter, hoc procedit, virtute decreti hãc per Regẽ Catholicum in anno per quod conceditur D. Iuſtitiario merum, & mixtum imperium cum gladij poteſtate, & quamuis non haberet iuriſdictionem pœnas imponendi, *l. final.* C. *de offi. procur. Cæſar.* eſt quoque in poſſeſſione ſimilia delicta puniẽdi, pro vt apparet per proceſſum, vbi cõdemnatus fuit per Iudicẽ Iuſtitiarij qdã pro ſimili delicto ad Regias Triremes, & confirmata ſentẽtia per Reg. Salazarium, ideircò omni iure dictus inquiſitus eſt remittendus ad Curiam D. Iuſtitiarij.

Hæc breuitèr notaui, non quod eſſent neceſſaria vobis eruditiſſimis Iudicantibus, ſed vt demonſtrarem non

non ex errore me in prædicta causa processisse, sed quod sic iuris esse censeo.

Et quod ità omninò sit censendum, apparet ex eo, quod nouissimè in Collaterali Consilio in similibus decisum fuit.

15 Cū. n. quidā mercator obtinuisset literas armandi lēbos, & alia nauigia contra piratas inimicos, iuxta dispositionē *Reg. vnicę prag. sub tit. quod Regnicola possint armare, &c.* vbi *Rouit.* notat requisita, & data fuisset in ipsis literis in Iudicem Regia Camera Summarię.

Quia p earū executione coacernatis nautis, & alijs hominibus de arte maris violenter iunctim aggressi fuerāt viatores deprędando Regni vasallos, & amicos.

Et tribunal Admirati capta de hoc informatione in causa procederet, & Reum carcerauisset, Reus recursum habuit ad Collaterale Consilium, & petijt virtute literarū, in quibus est datus Iudex Regia Camera, quod ad eamdem causa remitteretur.

16 Et Curia Admirati dicente ad ipsam spectare cognitionem, non obstante petita remissione, quia iurisdictio data est Regiæ Cameræ in concernentibus deprædationem contra piratas deprædantes, seruata forma *dictæ Reg. Prag.* & non quò ad delicta commissa per eosdem, quibus fuit data potestas persequendi piratas, in quibus ius nullum habere potest Regia Camera, ex ijs, quæ ponit perbellè *Bal. in l. & ita, §. eodem modo, & in additione, ff. Naut. Caup. Stabul. & in l. fin. in fin. vers. secundò quæro, C. de iurisdict. omn. Iudic. Roman. cons.* 300. *Gramm. cons. ciuil.* 66. faciunt dicta in mea *decis.* 250. *num.* 7. *& supra sect.* 18. *à num.* 11. etiam quia delictum est commissum in mari, & per hoc dicebat delinquentis, cognitionem spectare ad Curiam Admirati, in cuius iurisdictione simul cum subditis eiusdem iurisdictionis patratæ sunt delicta, ex dictis per *Marin. Frex. in tract. de subfeud. de offic. Magni Admirati.*

Per Collaterale Consilium fuit interpositum decretum tenoris sequentis.

In causa Ioannis de Natale, & aliorum cum Capitaneo Georgio Asler vt in actis, &c.

Die 28. Iulij 1645. Neap. visis actis, factaque relatione Suæ Excellentię in Regio Collaterali Consilio per Illust. Regentem Hectorem Capycium Latro Marchionem Torelli Regium Coll. Consil. & Commissarium.

Illustris. & Excellentiss. Dominus Vicerex, Locumtenens, & Capitaneus Generalis, &c. prouidet, decernit, atque mandat, quod Curia Admiratiæ in causa prædicta procedat, & iustitiam faciat, hoc suum, &c.

17 Prorogatur quoque iurisdictio ratione offensionis, de quo supra dictū est *num.* 11. nam quotiescumque offenditur iurisdictio alterius, contra offendentes, & impedientes, prorogatur iurisdictio, *cap. 1. de offic. & potest. Iudic. deleg. l. nullum, C. de testibus*, per quem *text.* cumulatiuè tributa est iurisdictio magistratui, cuius aures sunt offensę, *Bald. & Salycet. in d. l. nullum, Boss. in tit. de falsis, num.* 109. *Afflict. decis.* 219. *Roland. à Vall. cons.* 12. *num.* 17. *vol.* 2. *Vincent. de Franch. decis.* 147.

Et ex his, cùm esset controuersia in materia dispositionis *d. legis nullū*, inter Baronē S. Cypriani, & Dominū Iurisdictionis in certum genus personarum in Castro Ciuitatis Auersę, fuerunt hinc indè ponderata, quę sequuntur.

Et primò pro Barone fuit ponderata communis regula iuris, *vbi de crimine agi oportet*, tùm quia inquisiti ori gnes, & domicilio erāt sui vasalli,

Digitized by Google

tum ēt quia ibi deliquerunt, & eſt tantæ potentiæ ius ſui priuilegij, vt cognitio perſonarum ſit ſibi conceſſa cum clauſula abdicatiua, & priuatiua ad omnes Barones, omnesquè Iudices cum clauſulis irritantibus, & derogantibus, & cum conceſſione eorum, de quibus ſola Magna Curia cognoſcit; ità quod expreſſa, & enixa mens Principis fuit, vt ſolus cognoſceret de perſonis, & vaſallis, quo ſic ſtante, corruit ius Caſtellaniæ, tàm habito reſpectu ad primam cōceſſionem, quo tempore & Ciuitas, & Caſale, & Caſtrum erāt Regis; q̄ tēporis, quò deuoluto feudo guardiæ ad Regem, factum eſt Priuilegium Baronis, & poſtea cùm conceditur Caſtrum, non præiudicat Baroni, cui erat ius quęſitum cum clauſulis derogatorijs derogatoriarum.

Nec dici poteſt ex aduerſo, quod Caſtellanus cognoſcit de certo genere perſonarum, quia Rex expreſsè conceſſit cognitionem perſonarum Baroni, vt etiam de certo genere cogitaſſet, magis ſpeciali, ſ. de exceſſibus Officialium, de quibus ſola M.C. cognoſcit, abdicando iuriſdictionem à M.C. & à S.C. & ab omni Iudice delegato, vel delegando, & ſic non poteſt tractari de certis perſonis, quæ in beneficiū Caſtellani alibi reperiri poſſunt, abſque ſuo, & alieno præiudicio, quàm in hoc caſali in præiudicium Baronis, & contra formam ſui priuilegij.

Nec dicat ſecundo loco, aliàs ſtetiſſe in poſſeſſione ſuos prædeceſſores cognoſcendi eaſdem perſonas, quia in Regia Camera, vbi fuit cauſa deciſa, fuit decretum, quod procedatur in petitorio, ſuſpenſo poſſeſſorio, & propterea derelicta Regia Camera conuolauit ad M.C. vnde non poteſt iuuari illis exemplis iam reuocatis per Regiam Cameram.

18 Secunda ratio ſuadetur, ex regula *l. nullum*, C. *de teſtibus*, vbi falſitas commiſſa à teſte cognoſcitur à Iudice of- ſenſo, non obſtante priuilegio, & ibi *Bart.* dixit in *lectura antiqua num.* 8. procedere etiam in producente teſtem, vt ſunt iſti inquiſiti.

Ità quod etiam ſi non eſſent ſui vaſalli adhùc à Barone cognoſcendi eſſent, vt in eadem cauſa M. Cur. & S. Conſil. iudicauit de teſtibus vaſallis Baronis Casæpeſellę, contradicente Barone prędicto, & Caſtellano, & fuit exequutum decretum S. Conſil. in fauorem Baronis S. Cypriani.

Nec dicatur aduersus hanc regulam, illa longa inductio per *l. nullum*, dat iuriſdictionem cumulatiuam, quæ operatur præuentionem, & præuentio tollitur à clauſula abdicatiua.

19 Quia regula procedit in Iudice ordinario, nō in Iudice ſpeciali, vt eſt Iudex, *ex tex. l. nullū*, vbi Iudex incōpetens efficitur competens incidentèr, & fortiùs dico, quod Iudex incapax efficitur capax, vt eſt Iudex ciuilis incapax iuriſdictionis criminalis, & nihilominus incidentèr efficitur criminalis, ità *Ang. ibid. & in l. quoties*, C. *de Iud.* nec poſſet clauſula prædicta aliud facere, q̄ Iudicem incompetētē & nihilominus à lege efficitur cōpetens, & q̄ fortiùs eſt, efficitur capax, ita quod *gloſ. & Bald. ibid.* auſi ſint dicere etiam in clerico procedere, quod ideò vſu receptum non eſt, quia omninò eſt incapax Iudex laicus perſonę Eccleſiaſticæ, vltra quod ſi in ſpecie dixit *non obſtante priuilegio*, poneſt ampliùs diſputandum, cùm lex loquatur de milite, & ſic in fortiori, eò fortiùs, quia ſumus in caſu deciſo inter eaſdem perſonas, & adeſt præuentio verbalis, & realis.

Tertia ratio ex *l. nulli*, C. *Iud.* vbi de
20 ratione connexitatis, & continentiæ cauſę fit remiſſio ad Iudicem non cōpetentem, neç ſuffragantur parti dicta per *Capyt. deciſ.* 122. quia reſidet in deciſione *Bal. in c. 1. de cōtrou. feud. apud par. in fine*, vbi concludit, quod tunc adeſt continentia, quando ſentētia vnius Iudicis obſtat ſententiæ alte-

alterius, quia sic est in casu nostro ratione connexitatis personarum, vt nõ possit puniri subductor, nisi à teste in tortura fuerit nominatus, nec potest probari aliter falsitas, & sic in regula *l. 2. ff. de quibus rebus, ad eundem Iudic. & Alex. in l. sapè, ff. de re iud. nu. 39. & seq. & DD.* loquentes in mandante, & mandatario habent diuersam rationem, vt videre est per *D. de Franch. decis. 426. in fin.*

21 Tandèm pro Barone concurrunt priuilegium iuris communis, & hominis, & istæ specialitates, & sic fortiora iura ex deductis per *Foll. in sua praxi crim. verb. audiũtur excusatores, num. 72. & seq.*

Pro Dominio verò iurisdictionis Castri fuerunt adducta, quæ sequuntur, v3.

Dùm Illustris Iulius Sanchez Regius Castellanus Castri Ciuitatis Auersæ petit cognitionem causæ Paschalis, & Scipionis de Diana patris, & filij inquisitorum de falso ad se spectare; habet suam intentionem fundatam, ità vt citrà controuersiam omninò obtinere debeat: & distinctè procedendo, Primò fundabitur quòad Paschalem.

Non video quid obstet Castellano, dùm petit remissionem Paschalis, qui vt in facto fundatum est, est vnus de quatuordecim carrensibus.

22 Dicit Baro S. Cypriani, quod hęc cognitio spectet ad eum, quia in eius Curia fuit commissa falsitas, & eius aures fuerũt offensæ, ex regula *tex. in l. nullũ, C. de test.* verùm est aduertendũ, quod termini *text. dict. leg. nullũ*, minimè possunt applicari ad causam nostram respectu Paschalis subditi Castellano, nàm iurisdictio, quam prębet *tex. in d. l. nullum*, contra testẽ committentem falsum, vel producẽtẽ testes falsos, est cumulatiua, vt vltrà *Bal. & Salyc. in d. l. nullum*, firmant *Bossius in tit. de falsis, num. 106. Afflict. in decis. 219. Roland. à Vall. in cons. 12. num. 17. vol. 2. Dom. de Franch. in dec. 147. num. 5.* in tantùm, quod in termínis *d. l. nullum*, inter dictos Iudices sit locus præuentioni, vt notat *Bossius, Afflict. & cæteri supra notati*, qui

23 effectus proprius est iurisdictionem cumulatiuam habentium, vt notat *Alex. ad Bar. in l. sepulchri, ff. de sepulch. viol.* sed quando vnus ex Iudicibus concurrentibus ad cognoscendum de delicto habet in priuilegio suo iurisdictionem cum clausula abdicati-

24 ua, solus prefertur in cognoscendo, etiam quod alius pręuenerit, quia præuentio tunc operatur, quando alius concurrens æqualem habet iurisdictionem, vt notant *Canonistæ*, & pẽsertim *Felyn. n. 7. in cap. pastoralis, de offic. ordin. Capyc. in decis. 9. in fine, Roland. à Vall. in cons. 48. num. 20. vol. 2. Foller. in dicto verb. audiantur excusatores*, & successiuè in terminis *d. l. nullum*, cognitio spectare debet ad solum Castellanum.

Præterea *tex. in d. l. nullũ*, dũ vult, testes, qui deponunt falsum, esse puniẽdos ab eo Iudice, corã quo deponunt, etiam qui testes sint milites, & priuilegiati, intelligitur de priuilegiatis, quod non habẽt Iudicem cũ clausula priuatiua, hoc probat idem *tex. in d. l. nullum*, dùm loquitur de militibus, qui habent magistrum militum Iudicem priuilegiatum, tamẽ non excluditur, quin si commiserint delictum commune, vt puta falsitatem, quod cognosci possint à Præside, vt est *tex.* & ibi notat *Salyc. in l. magisteria, C. de iurisdict. omn. Iud.* sed quando testis, qui commisit falsitatẽ, habet proprium Iudicem cum clausula, abdicatiua, & priuatiua, quia illa

25 clausula equiparatur clausulæ clericali, vt dicit *Capyc. decis. 122. num. 6.* & operatur, vt nemo possit cognoscere de delinquente, nisi Iudex, qui habet illud priuilegiũ cum hac clausula, meritò ab eo cognosci debet.

Aduerto etiam, quod cùm ista iurisdictio in quatuordecim carrenses est concessa Castellano priuatiuè, patet ex verbis priuilegij, vbi, *quod non possint conuenirí tàm ci-*

uilitèr, quàm criminaliter in alia Curia, vel foro, præterquàm coram dicto
26 *Caſtellano*, quę verba important, quod iuriſdictio ſit conceſſa priuatiuè, vt notat *Ang. in l. 1. C. vbi, & apud quem*, cuius effectus eſt, vt pœnitùs abdicetur iuriſdictio à Iudice ſuperiori, vel æquali, vt inter eos non ſit locus prænentioni, ſed ſolus Caſtellanus cognoſcat, latè *Felyn. in cap. paſtoralis, de offic. ord. Capyc. deciſ. 9.*

Itẽ p. Caſtellano adducitur *deciſio Ang. in l. teſtamenta omnia*, C. *de teſt.*
27 vbi dicit, quod quando iuriſdictio eſt conceſſa in certum genus perſonarum, nemo de illis poteſt cognoſcere, niſi ille ſolus, cui facta eſt conceſſio in illud genus certum perſonarum, ſequitur *Aret. in l. quod in rerũ*, §. *ſi quis poſt col. 3. ff. de leg. 1. & Io: de Plat. in l. cubicularios*, C. *de prępoſ. ſacr. cubic.* & hęc quòad Paſchalẽ patrẽ.

Sed citra ẽt controuerſiam eſt, vt remicti debeat etiam Scipio filius; nõ
28 repeto caſus, quos in facto adduxi, vbi idem Scipio aliàs inquiſitus de alijs delictis vti filius carrenſis fuit remiſſus ad Caſtellanum; ſed vltra factum, de iure ita fundatur, vt priuilegium conceſſum patri circa forum, ad filios extendatur, pręſertim quando pater viuit, & filius ſtat ſub ſeruitio eiuſdem patris in eadem domo, quo caſu filij gaudent priuilegio paterno, quòad forum, *gloſ. in l. 2. §. filijs*, C. *de Epiſc. & Cleric. l. 3. C. de fil. famil. & quemadmod. pater pro his teneatur*, adducuntur etiam infraſcriptæ *deciſiones DD.* punctualitèr in his terminis loquentium, *Ioan. de Plat. in l. in filijs*, *num.* 4. C. *de decurion.* vbi dicit hæc verba: *Si autem priuilegium ſit conceſſum alicui ratione profeſſionis officij, vel exercitij, quod gerit, vel cui deſeruit, hoc priuilegium tranſit ad filios exiſtentes in ſeruitio illius, & quamdiù ille viuit, & morte illius extinguitur, ſicut extinguitur exercitium, quod erat priuilegij cauſa*, & ita firmat idem *Ioan. de Plat. in l. viros*, C. *de comit. conſiſtor. & in l. nec diuerſa*, C. *de ſilent. & in l. eos qui* C. *de fabricenſib.* vbi dicit, q̃ priuilegium fori trahitur ad vxorem & filios, *Bald. in l. 1. C. de vxorib. milit. Felin. in cap. 2. de for. compet.* vbi dicunt, quod cùm de hoc quæritur, ſemper dici debet, quod filij gaudeant priuilegio fori, quo gaudet pater, ſi aliàs pater pro defendendo filio inquiſito in alio tribunali ſubtraheretur à proprio exercitio, vel officio, cui deſeruit.

Itẽ *tex. in d. l. nullũ*, C. *de teſtib.* p̃cedit ſolùm reſpectu teſtis, & aliorũ, qui falſitatem, aliudnè delictũ committunt coram aliquo Iudice, vt ab eodem Iudice poſſit puniri, ſed non habet locum in pręiudicium Domini, & Baronis: & propterea Ill. Iulius
29 Sanchez Caſtellanus, vti Baro non prohibetur per *d. l. nullùm*, petere remiſſionem Paſchalis, qui falſitatẽ commiſerat in Tribunali Iudicis Sãcti Cypriani; quæ omnia infraſcriptis rationibus demonſtrantur.

Imperator Zeno in *d. l. nullum*, ait, *nullum pœnitùs teſtem fori præſcriptionem poſſe prætendere pręcipimus*; & non dicit, *nullum Baronem*, & ſic ad teſtem illa prohitio limitata, limitatum parit effectum quòad teſtem, & delinquentes, non quòad eorum Dominos, & Barones, *l. in agris, ff. de acquir. rer. domin. & l. agecum Geminiano*, C. *de tranſact.* & etiã per regulã, quod qui vnum includit, aliud excludit, *l. cum prator, ff. de iud. & l. maritus*, C. *de procur.*

Perpendo ſecundò loco ea verba: *Sed omnes, qui in ciuili cauſa ſuum præbent teſtimoniũ, depoſito exceptionis fori priuilegio, huiuſmodi præſidio denuda-*
30 *tos*; Ex quo modo loqndi prohibitio exceptionis fori perſonalis eſt, non realis, cùm non dicatur in rem, non poſſe opponi fori pręſcriptionem, ſed delinquentes fori priuilegio eſſe denudatos; igitur prohibitio in perſonam eſt, non in rem, *l. iuriſgentium*, §. *Paſtorum, ff. de pact. l. ſi tibi decem*, §. *ſi paciſcatur, ff. eodem*, vndè diffe-

ferentia est, an dixerit hæredibus testator, ne alienẽt prędia, vel ne alie-
31 nentur, quia prima prohibitio est personalis, & hęredes solùm complectitur; secunda est realis, & nedùm ad hæredes, sed omnes porrigetur, sic *DD. l. filius familias, §. diui ff. de leg. 1. & l. peto, §. fratre, ff. de leg. 2.* cùm itaque *d. l. nullum* fuerit prohibitio personalis, respiciens delinquentium personas, non porrigetur ad Dominum, & Baronem.

32 Tertiò id non est alienum à ratione, neque à reliquorum DD. mente, nàm quoties specialis Magistratus constituitur super alicuius causæ cognitione, non adimitur ordinario Magistratui iurisdictio, sed vterque poterit cognoscere, *l. 1. C. de offic. præfect. Vrb. l. vlt. vers. ita tamen, C. de iurisdict. omn. Iudic. & l. vlt.* iuncta *glos. C. vbi caus. Fisc.* ità etiam per *d. l. nullum*, cùm est iurisdictio data Iudici, in cuius Tribunali falsitas commissa est, non est adempta iurisdictio ei,
33 qui alias habebat, sed vterque cognoscere poterit, locusque erit prę-uentioni, *Bald. d. l. nullum, n. 6. vers. & non solùm, Boss. in tit. de falsis num. 106. Afflict. decis. 119. Roland. à Valle cons. 12. num. 17. lib. 2.* & nouissimè *D. de Franch. dec. 147. n. 5.* cùm igitur vtraque iurisdictio cumulatiuè sit concessa, sequitur priuilegium fori, de quo *in d. l. nullum*, sublatum fuisse in delinquentis præiudicium, non Domini, & Baronis, cui delinquens erat aliàs subiectus.

34 Quartò, ex hoc sequitur, vt omninò Paschalis remicti debeat ad Dominum Castellanum, & non possit de eo cognoscere Baro Sãcti Cypriani; nàm circumscripta clausula priuatiua posita in priuilegio Domini Castellani, iurisdictio cumulatiuè competeret domino Castellano, & Baroni S. Cypriani; cùm itaq; in priuilegio sit clausula priuatiua, effectus erit, vt per illam clausulam tollatur cumulatio, & locus minimè sit præuentioni, & is solus cognoscere poterit, qui iurisdictionẽ habet cũ clausula priuatiua, *auth. habita, vers. verumtamen, C. ne fil. pro patr.* & ibidẽ *Bald. num. 32. vers. super hoc distingue*, & in hoc vasallus Domino non poterit parare præiudicium, quia ei non permittitur in Domini præiudicium prorogare iurisdictionem, *l. testamenta, & l. consulta diualia, C. de test. l. repetita, C. de Episc. & Cleric. Bal. & Ang. in d. l. testamenta*.

35 Quintò, *in auth. qua in Prouincia, C. vbi de crim. ag. oport.* adest similis conclusio, nàm est ibi sancitum, vt vbi quis deliquit, ibi etiam debet puniri, circumscripto omni priuilegio; nihilominus si quis indelinquentem habeat iurisdictionem cum clausula priuatiua, etiam si sit tempore posterius, poterit ad se auocare delinquentem à loco delicti, non obstante dicta *auth. qua in Prouincia*: & sic pro vniuersitate Lacus liberi contra Illust. Ducem Montis Leonis fuisse in Sac. Consilio decisũ, testatur *Foll. in pract. crim. d. vers. audiantur excusatores, num. 106.* & hi sunt termini nostræ quæstionis, & leuiores, quia *d. l. nullum* tributum est priuilegium Iudici cognoscendi de delicto in suo Tribunali commisso ratione loci, & Tribunalis, in quo commissa est falsitas, vt ibi *Petrus* dixit, & *ibidem* probatur, ibi, *& quicumque aures eius offenderit*. cùm itaq; iurisdictio sit cõcessa ratione loci de-
36 licti, sumus in terminis *auth. qua in Prouincia*, & q iurisdictionẽ habet cũ clausula priuatiua, erit præferẽdus.

37 Sexto, priuilegium *l. nullum*, est generale, competens omnibus Iudicibus, in quorum Tribunali est falsitas commissa, & est insertum in corpore iuris, propterea per secundum priuilegium, ẽt de primo non facta mentione, videtur esse sublatum, *cap. 1. de const. lib. 6. Innoc. Host. Imol. & Felin. cap. 1. de rescrip.* accedat *text. l. viros, C. de diuers. offic. lib. 12.*

&po-

Digitized by Google

& potius ꝙ per illam legẽ annotat, ibi *Bart.* & ſequitur *Felyn. cap. paſtoralis, num. 2. limit. 3. de officio ord.* inquit *Bar.* ſi ſtatuto caueatur ſtudioſos debere ſub Epiſcopo tantùm conueniri, & de conſuetudine, etiam Rector de illis cognoſcat, per ſtatutum non derogari iuriſdictioni Rectoris, quam ex conſuetudine habet; ſecùs ſi eam haberet à lege *per d. cap. 1. de conſtit. lib. 6.* ità nunc, cùm Iudices omnes habeant iuriſdictionem in delinquentes in ſuis Tribunalibus à lege generali in corpore iuris inſerta, per priuilegium Caſtellani cum clauſula abdicatiua, ſublata videtur ea iuriſdictio.

38 Septimò, iuriſdictio, quę datur ex *d. l. nullum*, oritur ex iure prorogationis; cùm enim quis delinquit, iuriſdictionem illius Iudicis prorogare videtur, in cuius territorio, vel Tribunali delinquit, *l. 1. ff. de Iud.* nàm contrahendo, & delinquẽdo fit prorogatio, *cap. Romana. de for. compet. lib. 6. l. 1. & auth. qua in Prouincia, C. vbi de crim.* hæc autem prorogatio ceſſat cum iuriſdictio priuatiuè data eſt, vt in caſu noſtro, ſic *Bald. in l. teſtamenta, verſ. ſecundo not. C. de teſt. per d. l. teſtamenta, & per l. repetita*, C. *de Epiſc. & cleric. & l. conſulta diualia*, C. *de teſtam.* nec mihi quis dicat, doctrinam *Baldi* locum obtinere in prorogatione, quæ fit ab homine, non in ea, quæ fit à lege; hæc autem prorogatio, quæ fit contrahendo, vel delinquendo, magis à lege fieri exiſtimatur, quàm ab homine, vt inquit *Ang. in d. l. 1. num. 5. ff. de Iud.* & *ibidem Curt. num. 20.* nàm *Baldi* doctrinæ locus eſt, etiam in prorogatione legis, cuiuſmodi eſt ea, quæ fit delinquendo.

39 Poſtremò, quotiès ex priuilegio quis eximitur ratione perſonæ à Iudicibus ordinarijs, tunc non poterit de eo cognoſci in loco delicti, & ceſſat diſpoſitio *cap. 1. de priuil. lib. 6.* adeò vt etiam, cùm quis non ratione loci, ſed generalitèr eſt exemptus, priuilegium exemptionis locum obtinebit vbicumque ille deliquerit, *ex d. cap. 1. §. in eos. de priuil. lib. 6. Abb. in cap. tuarum, de priuileg.* & elegantèr, ac doctè more ſuo *Couarr. lib. 1. pract. quæſt. cap. 11. num. 5.* quarè cùm in propoſita *quæſt.* exẽptio data ſit 14. carrenſibus contemplatione perſonarum, non certi loci, vbicunque delinquerint, Dominus Caſtellanus ſolus erit competẽs Iudex; præſertim cùm Dominus Caſtellanus nullum habeat territorium, & alitèr inutile eſſet priuilegium ex ijs, quę *ibidem* conſiderat *Couar.*

Sed ex hoc oritur nobilis quæſtio, quid iuris nimirum ſit, ſi conceſſum proponatur alicui Caſtellano priuilegium, vt eſt illud, de quo diſſeruimus, & Caſtellano illo mortuo, ac reuerſo Caſtro ad Regiam Maieſtatem, Regia Curia vendiderit feudũ, in quo degunt homines ſubditi Caſtellano occaſione priuilegij mortuo conceſſi, an ſi iterùm Caſtrum concedatur, priuilegium ità cenſeatur conceſſum, vt prę iudicium fieri intelligatur nouo feudi emptori.

In qua quæſtione, quia vidi allegatum in eadem cauſa excitato dubio ex facto, placuit inſeri facere allegationes, & ſunt quæ ſequuntur.

SEntio, per partem excitari aliam difficultatẽ, quòd quãuis priuilegium Caſtellani ſit in anno 1498. nihilominus non poteſt attendi data illius temporis, quia conceſſio illa fuit in perſonam Roberti Bonifacij, & Caſtrum per eius obitum fuit reuerſum ad Regiam Curiam, & Regia Curia illud pluriès cõceſſit; adeò quod ſi attendamus vltimam conceſſionem in perſonam Domini Iulij Sanchez, priuilegium Baronis Sã-
40 cti Cypriani erit anterius, & ſucceſſiuè Regia Curia vendendo Caſtrũ, non potuit præiudicare Baroni habẽti priuilegium anterius, ex regula

tex.

ven in l. nec anus, C. de emancip. liberor.

Pro responsione aduerto, quod priuilegium Castellani verè est anterius in anno 1498. & quamuis sint factæ plures concessiones diuersis Castellanis, hę concessiones fuerunt secundum tenorem dicti priuilegij, & cum clausula, *prout predecessores Castellani tenuerunt, & possederunt*; 41 quo casu vera est conclusio, quod vigor antiqui priuilegij stante dicta clausula non est extinctus, & retinet suam antiquitatem, & prioritatem temporis, cùm talis clausula, dicant 41 DD. quod censeatur apponi ad conseruationem antiqui priuilegij, ità *Bald. in l. 1. q. 4. ff. de rer. diuis. Alex.* in terminis *cons. 30. lib. 1. Brunus Astensis cons. 78. in fine*; talis enim clausula, *prout predecessores Castellani usi sunt*, adiecta in priuilegio, probat enunciata ità esse *Guid. Pap. decis. 272. Author damnata memorię in glos. Paris. in 1. glos. 9 num. 67. & seq.*

42 Minus dici potest, fuisse extinctũ ius priuilegij per reuersionem Castri ad Regem, vt arguit pars de feudo reuerso, vt non sit amplius feudum penès Regem, ex regula posita per *Isern. in cap. 1. §. huius autem generis, ex quibus causis feud. amitt.* nàm in feudo est diuersa ratio, quia res sua nemini seruit, quod diuersum est in priuilegio, de quo agitur, cùm non contineat seruitutis speciem; tantò magis hoc corroboratur, cùm intentio Regis nunquam fuerit incorporare Castrùm cum ceteris iuribus fiscalibus, quo casu posset procedere argumentum partis, sed semper Castrum concessit, ità vt nec momento temporis steterit penès Regem, vt per successiuas, & continuas concessiones ab obitu Roberti inspici potest; ex quibus declaratur ani- 43 mus Regis, noluisse Castrum incorporari, & sic priuilegium extingui, & ità limitat dictum suum ipsemet *Isern. in d. §. huius autem generis, in fin.* & notat *Bart. in l. si vacante, nu. 9. C. de bonis vacant.* vbi dicit, quod bona reuersa ad Fiscum, tunc dicuntur incorporata, & effecta de mensa, quando alijs non sunt concessa, sed in libro Fisci descripta.

Dicit pars, quòd quamuis hęc vera sint, nihilominus non potuit Rex tollere ius, quod Baroni interim ex suo priuilegio quæsitum est. Domini, pro responsione sufficerent supradicta, nàm ex quo prioritas priuilegij per clausulam fuit conseruata, non potest tractari de auferendo iure Baroni, quod antea sublatũ fuerat per priuilegium anterius.

Nihilominus vt penitùs os claudatur parti, etiam si priuilegium Castellani esset posterius, si Rex non potuisset facere, quod homines Casalium deseruirent ex præiudicio, quod fieret Baronibus, vtique tale priuilegium nunquam habuisset locum; & tamen ab antiquissimo tempore semper videmus obseruari, & in hac possessione semper fuisse Castellanos pro seruitio Castri nominare homines Casalium vasallos Baronum; & postquam hanc interpretationem recepit priuilegium, minimè mutanda est, *l. minimè. ff. de legibus*, & & ità etiam passim videmus obseruari, nàm Regia Curia constituit caballarios Dohanæ, Commissarios ferri, & aziarij, custodes regiarum ratiarum homines vasallos Baronũ, & Barones ex hoc non possunt conqueri, & neque si conquererentur, eorum querela admittenda foret.

Habent enim hęc fundamentum rationis, nàm Rex ex hoc non tollit vasallos, nec iura Baroni, dùm præcipit, quòd temporaliter deseruiant Castellano: si inspicimus finẽ, quarè isti 14. homines sunt sub iurisdictione Castellani, est vt deseruiant Castro, & cum curribus, & eorum 44 animalibus portent calcem, lapides, & cementa pro reparatione Castri, purgent fossata Castri, ferant ligna, & pedes pro vsu Castri, & Castellani

lani ; & actento hoc fine, in quo verſatur publica vtilitas non ne Rex poteſt facere, quod homines, & vaſalli Baronis cum eorum animalibus ſibi deſeruian tèvt notat *Bart. in l. iubemus nullam*, C. *de ſacroſanct. Eccleſ. & in l. fin.* §. *fin. ff. de offic. prætor.* Alex. *conſ.* 190. *vol.* 2. Ruin. *conſ.* 105. hinc etiam conſequutiuè factũ eſt, vt nè iſti homines abſtrahantur à proprio exercitio, cui deſeruiunt, ſi pro iuſtitia haberent quęrere alium Iudicẽ, vt iuſtitia eis miniſtretur, abſtraherentur à ſeruitio, quòd ne eueniat, iuſtitia fieri poterit omni iure ab eodem Caſtellano, cui deſeruiunt, vt notat in indiuiduo, *Felyn. in cap.* 2. *de*
46 *for. compet.* ſic etiam dicimus in vxore, vt non extrahatur a ſeruitio viri; non poteſt conueniri, niſi coram Iudice ipſius viri, *Bar. in l. fin.* §. *idem reſcripſerunt, num.* 5. *ff. ad municipal. Soc. conſ.* 30. *vol.* 1. Paul. *conſ.* 59. *vol.* 2. Ang. *conſ.* 20. Rex enim per hoc non tollit vaſallum Baroni; perſona enim vaſalli remanet Baronis, ſed facit, q̃ illa perſona vaſalli ſtet ſub iuriſdictione Caſtellani temporaliter, dùm
47 deſeruit Caſtro, & quamdiù exercitium illud carrenſis durat, vt conſiderat Io: *de Plat. in l. in filijs*, C. *de decurion. num.* 4. Rex enim in Regno eſt Dominus perſonarum, vt *in conſt. quia frequenter*, & quamuis non poſſit tollere perpetuò ius tertio; benè tamèn poteſt ad tempus, & re priuati temporaliter vti, vt notat *Rom. conſ.* 256. *Felyn. in cap. ſi pro literis col.* 3. *de reſcript. in* 6. *Gomeſ. de iure quæſito non tollendo, q.* 4. *num.* 7. vbi dicit quod non cenſetur tollere, dùm tollit ad tempus.

Et ex his remanet vndique defenſa iuſtitia, quam habet in hac cauſa Dominus Caſtellanus, per quam Domini iudicare debent in eius fauorẽ, q̃ vt cũ effectu fuit iudicatum.
48 Et per *d. l. nullum* ſeruatur in Regijs Tribunalibus huius Regni in Sacr. Conſ. M. C. & Reg. Audientijs, quod receptantes contumaces, ſeù foriudicatos efficiũtur ſubditi illius Iudicis, per quem, qui receptatur, erat bannitus, quamuis adeſſet priuilegium cum clauſula abdicatiua & priuatiua, teſte *Vinc. de Franch. deciſ.* 470.

49 Quod tamèn in hac re quæri poteſt, erit, quid ſi contumax, ſeù bãnitus eſſet à duobus Iudicibus bannitus, quis erit competens? Diſtingue, vel Iudices, per quos effectus fuit contumax ſunt equales, & tunc locus eſt preuentioni, vt notat *Bal. in* C. *l. negãda, qui accuſare nõ poſſunt*, aut vnus Iudex erit maior altero, & tunc q̃ualet Iudex cõpetẽs, q̃ *tex. in l. cõtra Pupill.* §. *qui, & maius, ff. de Iud. Iaſ. in l.* 2. §. *ſi quis municip. ff. ſi quis caut. in* 3. *notab.* & facit quod dicit Io: *de Nigr. in pragmat. Regis Ferdin. de cauſ. ciuil. & crimin.* quæ eſt poſita inter *capitula Reg. num.* 58.

50 Licèt certum ſit, quòd cùm plures Iudices Reus habeat, electio ſit actoris, vbi eum velit conuenire, *gloſ. in l. fin. in fine*, C. *vbi in rem actio, gloſ. in l. cum cleric.* C. *de Epiſc. & cler.* & ibi *Bal. Abb. in d. cap. cum ſit generale, num.* 2. Conar. *lib. variarum, cap.* 18. *n.* 6. *Bal. in cap. cum cleric. de for. compet. Iſern. in conſt. Reg. ſtatuimus, vt Magna Curia, in verbo miſerabilium*, Lanfran. Balb. *deciſ.* 161. Cauale. *deciſ.* 2. *de Indic.* quod procedit etiam in alternatiua locorum, *Balb. deciſ.* 361.

51 Sed quid ſi plures Iudices habeat ex priuilegio, vide diſtinctionem Iacob. *de Aret.* relatam per Luc. *de Penn. in l. ne ad diuerſa*, C. *de ſilent. lib.* 12. *Afflict. deciſ.* 16. *Iſern. in d. conſt. ſtatuimus vt Magna Curia, in verb. miſerab.* Capyc. *deciſ.* 9.

SVMMARIVM.

1 *Iudex cuius ætatis eſſe debet.*
2 *Doctorandus in qua ætate admittitur.*
3 *Litera Regia.*
4 *Et quomodò obſeruentur.*

Prorex

5 *Prorex cũ Cõsilio Collateralis Consilij potest dispensare rigorosis legibus ex causa, quæ est probanda. nàm regulariter Princeps non potest legum dispositioni contraucnire.*
6 *Regentes Regiam Cancellariam sunt pars corporis Regis.*
7 *Potestas Cancellariæ quanta sit.*
8 *An habeat potestatem dispensandi ætati à testatore statutæ alienandi, & standi sub cura, & decisio nu. 8. & 10.*
9 *Hæres quòad feudalia non tenetur seruare factum illegitimum testatoris sine assensu.*
11 *Decreta dispensationis referuntur.*
12 *Quod pluriès iudicatum fuit per Collaterale Consilium, non potest amplius reuocari in dubium.*
13 *Qua ætate possit esse Aduocatus, & Tabellio.*
14 *Ciuis an possit exercere in propria patria iurisdictionem, & actitare.*
15 *Et quid in paruis Terris, & Villis.*
16 *Et quid si adest contraria consuetudo.*

ARGVMENTVM.

De impedimento & qualitate circa personã Iudicis. De ætate doctorandi, & Iudicum. De potestate Proregis, cum Collaterali Consilio, dispensandi voluntati testatoris super certa ætate, disponendi, & administrandi. De ætate Aduocati, & Notarij. Ac de exercitio in propria Patria.

SECTIO XXVI.

1 AD competentiam confert qualitas, etiam Iudicis; quò ad qualitatem inter alias, sexus & ętas cõueniẽs requiritur, videlicet, quod sit masculus, nàm fœminam iudicare non posse lex dicit, *l. fœmina, ff. de regul. iur.* itẽ in impubere, *l. prator, §. nõ autem ff. de iudic.* vbi quid obseruãdum sit in impubere, satis eruditè tradit *Petr. Faber ad tit. de diuers. reg. iuris antiquiin d. l. fœmina, vers. sed quæro cũ lex dicat fol. mihi* 10. vbi quid in arbitro, & quando possit compelli.

2 Et circa qualitatẽ ętatis, vt supra dixi, videndus est *Bar.* qui interpretando *tex. in l. quidam consulebant, ff. de re iudic.* censuit, esse debere maiorem annorũ decẽ & octo, tã in ordinarijs, quàm in delegatis; minorẽ verò decem, & octo annorũ valere iudicare, accedente tñ cõsensu partiũ, vel si à Principe ex certa scientia Iudex datus sit, & *Bart.* multi sequuti sunt, vt testatur *Menoch. de arbitrar. centur. 6. cas. 540. num. 3. Azon. & Roffred.* citati per *Petr. Greg. in syntag. 3 par. lib. 47. cap. 9. nu. 16. & Bouadill. in polit. tom. 1. lib. 1. c. 4. nu. 17.* Iudicẽ esse debere ætatis annorũ viginti quinque scripserunt, alij aliud cẽsuerunt, quos affert *Io: Paul. Xam. in tract. de offic. Iudicis, & Aduocati p. 1. q. 12. à n. 15.* & huic opinioni adhęsit noster inuictissimus Rex per sequens rescriptum, statuendo ætatem annorum 24. cuius verba imprimi inferius mandabo, vt innotescat omnibus.

Tolosæ etiam declarata est Prędidum, & Iudicum eadem ętas, *Maynar. lib. 1. in decis. 76.*

Verùm, Doctorẽ fieri posse in decimo septimo anno, notat *glos. magi-*

ſtralis in l.1.§. initium, ff. de poſtuland. & ẽt notauit *Gomeſ. var. reſolut. tom.3.* refert *Paul. Xamar. dicto tract. de offic. Iudic. & Aduocat. par.2.q.1. num.15. verſ. Aduocatus eſſe non poteſt*; verùm quia per *prag. de ſcholaribus doctorandis*, gradus erat prohibitus, antè vigeſimum primum annum, deindè ad ſupplicationem fideliſſimæ Ciuitatis, fuit conceſſa facultas diſpenſandi, & per Suam Maieſtatem approbata, vt ex ſequentibus literis, quam obſeruandam mandauit Excellentiſſimus Dominus Prorex in Collaterali Conſilio in decimo octauo anno, in ſequenti reſcripto S. E. directo Almò noſtro Collegio, & ſi potuiſſet etiam abſque reſcripto Dominus Prorex legem ſoluere cum Collaterali Conſilio, prout copiosè fundat *Anton. Florill. in comment. ad 7. prag. ſub tit. de ſcholaribus doctorandis*, ex plenitudine poteſtatis à Domino Rege conceſſa.

Reſcriptum eſt tenoris, qui ſequitur.

Philippus Dei Gratia Rex, &c.

Illuſtriſſimi, & Magnifici Viri Collateralis, & Conſiliary Regij Fideles dilectimi. A Noi è ſtato preſentato il ſequente memoriale, v3. Illuſtriſſimo, & Eccellentiſſimo Signore li Eletti di queſta Fideliſſima Città dicono à V.E. come eſſendo ſtato per moli Signori Vicerè di queſto Regno in diuerſi tempi ordinato, che non ſi douеſſero ammettere al grado del Dottorato quelli, che non ſono di anni 21. eſſendoſi poi per li medeſimi riconoſciuto tal ordine non ridũdar in alcun beneficio publico, anzi più toſto impedire il corſo delli ſtudij alla giouentù Napolitana, è ſtato continuamente per eſſi diſpenſato, che non obſtante detti ordini, ſi poſſino promouere à detto grado. Vltimamente fù fatta nuoua pragmatica publicata nel meſe di Decembre 1629. ſotto il gouerno del Signor Duca di Alcalà, per la quale non ſolo ſi prohibiſce ammetterſi à detto grado quelli, che non haueranno l'età: mà di più s'ordina, che ancorche ſi faccino diſpenſe per ordine delli SS. Vicerè, e ſuo Collat. Conſeglio, nõ debbiano oſſeruarſi, E perche queſti ordini nõ ſolo ſono cõtra l'vſo di tutti i Collegij d'Italia, e contra le leggi communi; mà anco ſi è cõ eſperiẽza per molto tempo oſſeruato eſſere contra il bene publico, perche la gioventù Napolitana oltre l'eſſere velociſſima d'ingegno, ch'in età aſſai tenera finiſce il corſo perfetto delli ſtudij, dopò il quale può cominciare ad impiegarſi alli Tribunali, alli quali non giudica coſa honoreuole andare ſenza il grado di Dottore. Si ritroua di più per lo cõtrario cõ infinite occaſioni di deuiarſi da quelli, ſe li è interdetto il corſo ordinario, perloche vn gran numero di perſone, particolarmente Nobili, li quali haueano già finito il corſo dello ſtudio, vedendo non poter aſcendere al Dottorato per mancamento d'età, ſi ſono deuiati à fatto dalle lettere, & impiegatiſi in paſſatempi inutili, già che in detto tempo in queſto Regno per le ſue antiche conſtitutioni ſi giudica età maggiore quella di anni 18. nella quale difficilmente può la gioventù corregerſi; il che nõ ſolo ridõda in pregiudicio delle loro perſone, e famiglie, mà anco di Sua Cattolica Maeſtà, alla quale mancarãno frà poco tempo ſoggetti di qualche qualità da poterli impiegare per Miniſtri del ſuo Real ſeruitio; Perciò ſupplicano V.E. che conſiderate queſte ragioni, & quelle molte di più, che alla ſua gran prudenza potranno occorrere, ſi degni in conformità di quello, che continuamẽte dalli Signori ſuoi Predeceſſori è ſtato fatto ordine, che ſi poſſa diſpenſare à detto mancamento di età, tanto nelli preſenti ſecoli abreuiata, il che oltre eſſere ſeruitio di Sua Maeſtà, e del publico, la Città tutta lo riceuerà à gratia particolare da V. E. vt Deus, &c. Franciſco di Somma. D. Alonſo Carrafa. D. Gio: Serio Sanfelice. Gio: Franceſco di Aleſandro. Andrea Paulella: Et inteſo per Noi il tenor del detto preinſerto memoriale, conſiderate le ragioni, che per

parte

Digitized by Google

parte di detta fideliſs. Città ci ſono ſtate rappreſentate, che molti dopoi hauer finito il corſo delli ſtudij, vedendono nō poter ottener il grado del Dottorato, per nō hauer l'età cōplita, laſciano di proſeguire la profeſſione della legge, tanto neceſſaria al ſeruitio di S. M. e beneficio del publico, & retta adminiſtratione della giuſtitia, & ſe danno alla vita licentioſa; Eſſendomo anco informati, che in altre Città d'Italia, Spagna, & altre parti, ſi attende principalmente all'habilità, e lettere, e non all'età, conforme alla diſpoſitione delle leggi comuni; Hauendomo ſimilmente conſideratione alli meriti di detta fideliſſima Città, e ſeruitij fatti in ogni tempo à S.M. & in particolare à quelli, che hà fatto in tempo del noſtro gouerno. E trattato del tutto con particolare attentione nel Regio Collaterale Conſeglio, ci hà parſo farui la preſente, con la quale vi dicemo, & ordinamo, che da hoggi auante poſſiate conferire il grado di Dottore à quelli, che lo domandaranno, non obſtante la prohibitione fatta à queſto Almo Collegio per la Regia Pragmatica, edita in tempo del gouerno dell'Illuſtre Duca di Alcalà noſtro Predeceſſore à 31. di Decembre 1629. purche habbiano ſtudiato per lo ſpatio d'ani cinque, & habbiano gli altri requiſiti ordinati per le Regie pragmatiche, però debbiano preſentare licenza ſpedita da noi per Collaterale, per la diſpenza della detta età, e nel concedere delle dette licenze miraremo alla qualità della perſona, e dottrina, conforme ſi è fatto anco per lo paſſato, e del predetto ne hauemo dato conto alla Maeſtà Sua, & ſupplicatola, che parendoli conuenire al ſuo real ſeruitio, ſi degni approbarlo. Datum Neap. die 27. Februarij 1635. El Conde de Monterey. Vidit Tappia Regens. Vidit Ronitus Regens. Vidit Enriquez Regens. B. gratis. de Giorno. Locus Sigilli. In Part. 95. fol. 119. All' Almo Collegio di Dottori di queſta Magnifica, e fideliſſima Città, circa quelle hà da oſſeruare à riſpetto delle perſone, che han da ricenere il grado di Dottore, & nō hāno l' età ſtabilita per la Regia pragmatica, vt ſupra, &c.

Literę Suę Captolicæ Maieſtatis ſunt v3.

Philippus Dei Gratia Rex, &c.

ILluſt. Vir Regia Collat. Conſil. fidelis dilectiſſime, Hauemo ricenuta l' infraſcritta Real carta di S.M. qual è del tenor ſegnente, v3. EL REY. Ilustre Conde de Monterey Primo de nueſtro Conſejo de Eſtado, Preſidente enel de Italia, y nueſtro Lugarteniente, y Capitan General. En carta delos 25. de Febrero deſte preſente año dezis como haueys deſpēſado ala prematica, que prohibia el poder reciuir el grado de Dotorado, ſi no es teniendo ve ynte y vn año, con ocaſion delo que eſſa mi fideliſſima Ciudad os hauia rapreſentado, con que lo que tuuieſſen neceſſidad a diſpēſar ala edad, dieſſen memoriales en Colateral, pediendola, y pareciеſſen en el con ſus perſonas, preſentando ſus matricolas de hauer eſtudiado los cinco años, que obliga las prematicas deſte Reyno, y lo hè tenido por bien de aprobar lo que cerca deſto proponeis, como hago, con que para tener officio paſſen tres años deſpues, de hauerſe graduado, y que por lo menos tēgan veynte y quatro años de edad, y en
4 eſta conformedad os encargo, y mando lo hagais executar. De Madrid 20. de Setiēb. YO EL REY. Mātienço Secr. Vidit Carrera Reg. Vidit Enriquez Regens. Vidit de Neap. Regens. Vidit Brancia Reg. Vidit Neyla Reg. E viſta per Noi la detta Real carta, & inteſa anco la relatione, che ſopra di eſſa ci hà fatto nel Regio Collateral Conſeglio l' infraſcritto Illuſtre Regente Mareheſe di Belmōte del Conſeglio Coltaterale di Sua Maeſtà; conuenendo al ſuo Real ſeruitio, e beneficio del publico, che quella ſi oſſerui con ogni puntualità, ci è parſo con la preſente ordinarui, che debbiate ſtare con ogni auertenza circa la puntuale oſſeruanza di detta Real carta, & quāto in eſſa ſi contiene, the tal è noſtra volontà. Dat. Neap. die 18. Aprilis 1638. El Conde de Monterey. Vidit Carolus

de Tapia Regens: Vidit Ronitus Reg. Vidit Ianuarius Reg. Vidit Zaſia Reg. Locus ſigilli. In Curiæ 30. fol. 25. de Giorno, &c. Al Illuſtre Duca di Caiuano Secret. di Sua Maeſtà in queſto Regno, e Vice Cancelliero del Almo Collegio di Dottori di queſta fideliſſima Città di Napoli, che ſtia con ogni attentione ſopra la puntuale eſſeruanza della preinſerta Real carta di Sua Maeſtà, per la quale approua il modo, che ſi tiene in Collaterale nel cõceder diſpẽſa di età, à quelli, che ſi hanno da Dottorare; con ordine che quelli, che hanno da eſſercitar officij debbiano paſſar tre anni dopoi del Dottorato, & che per lo meno habbiano anni venti quattro d'età, vt ſupra.

Extracta eſt præſens Copia à ſuis proprijs originalibus, cum quibus facta collatione concordat, meliori ſemper ſalua, & in fidem veritatis. Ego pradictus Notarius Franciſcus Ampellonus de Neap. Almi Collegij Neapolitani Secretarij, & Actor. Magiſt. qua conſeruantur in Archiuio eiuſdẽ Almi Collegij, quibus relatio habeatur. Ita eſt Not. Franciſcus Ampellonus de Neap. Secretar. & Actor. Magiſt.

Corollarium.

Quod amplia, etiam ſi eſſet prohibita à teſtatore filio hæredi alienatio vſque ad certũ tẽpus, nàm poteſt Princeps derogare illius diſpoſitioni, q̃uis namquè voluntas teſtatoris ſpecificè adimpleri debeat, & non videatur Princeps poſſe illius diſpoſitioni contrauenire, cùm inſtrumentum Imperatoris, ſi repugnet teſtamento non ſubſtineatur, tſi cõcurrẽte cauſa poſſe Principẽ derogare diſpoſitioni teſtatoris, tradit *Dec.* ex authoritate *Bar. & Innocen. conſ. 403. nn. 13. verſ. quia inſtrumentum Imperatoris contra teſtamentum non valet.*

5 Poteſt enim Collaterale Conſiliũ de per ſe ex poteſtatis plenitudine ſibi à Domino Rege conceſſa diſpẽſare, non ſolùm vt Collaterale Conſilium Proregis, quo caſu habet eandem ſupremam, & ordinariam cum ipſo Prorege poteſtatem, vel quod ſit vnicum Collaterale Conſilium, cui præeſt Excellentiſſimus Dominus Prorex, *D. de Tappia deciſ. Italiæ 3. num. 90. Reg. de Ponte de delegat. cauſar. num. 12. cum ſeqq.* qui refert ità fuiſſe declaratum per Maieſtatem *Philippi II. anno 1559.* vel quod illius officiales ſint Regentes, ſiuè Senatores, ad dicta per *D. Tapp. d. deciſ. 3. in* 6 *princ.* qui sũt pars corporis *D.* Regis, *l. quiſquis*, C. *ad legem Iuliam Maieſtatis*, *l. humanum*, C *de leg. Boer. in addit. ad Io: Montan. de auth. Mag. Conc. in princip.* ita, vt Princeps inter ipſos connumeretur, vt ait *Imperator in l. ius Senatorum*, C. *de dignit. lib. 10.* ex quo factum à Senatu, à Principe dicitur factum, *Maſtrill. de Magiſtr. lib. 3. cap. 1. num. 4. & 5.*

Sed etiam Concilium iſtud Regiam Cancellariam repreſentat, ac regit, *Frecc. de ſubfeud. lib. 1. de offic. Mag. Cancell. per totum.*

7 Nàm & poteſtas Cancellariæ æqualis cum ipſo Rege videtur, *Reg. de Ponte vbi ſupr. num. 18.* citatis *Caſſan. & Auendan.* qui aſſerunt, tantam eſſe Cancellariæ poteſtatem, quod neque Prorex, neque Rex poſſet ea tollere, q̃ iuſſit Regia Cancellaria, q̃ obſeruat quoq; *D. Reg. Tapp. in tract. de poteſt. Reg. Cancell. num. 5.*

8 Et hinc reſtricta poteſtate à Patre teſtatore alienandi, & ſtandi ſub cura vſque ad vigeſimum quintum annum, in perſonam Nicolai Paueſij fuit moderata per Coll. Conſ. & idẽ obſeruatum in perſonam Baronis Gabrielis de Martino ad annum 18. ſub die 6. Aprilis 1645. vt videbimus infra *num.* 11. iuxta diſpoſita in *prag. 2. de minoribus*, quamuis de iure communi maior, & per *conſt. Regni* minor deſideraretur, vt per *Præſid. de Franch. deciſ. 650.* & per *Maſtrill. deciſ. 13.* in qua cauſa fuit habitum pro abſoluto, præceptum hoc non ſubſiſtere, quò ad feudalia; hæres enim in illis non tenen-

Digitized by Google

9 tenetur factum illegitimum testatoris sine assensu seruare, *cap. imperialē de prohibita feudi alienat. per Feder.* vbi *Andr. in princ. in addit. & in cap. 1. §. donare qualitèr feudum poterat alienari*, & in proprijs terminis non posse testatorem vltrà ætatem à Regia pragmatica statutam prohibere sine assensu, docet *Ann. filius cons. 29. n. 13. vers. quod quidem sine assensu non est permissum*; & ità iudicatum fuit in Collat. Cons. sub die 13. Decembr. 1629. in personam Ducis Magdaloni; & quod possit Princeps de re feudali dispositiones, & clausulas limitare, & illis derogare, *Couarr. cap. 6. variar. resolut. lib. 3. n. 2. Reg. Tappia decis. Supremi Consil. 20. num. 2.*

10 Quotiès verò ageretur de bonis allodialibus, constito de qualitate, & habilitate filij, qui sapientèr, & consideratè res suas agit, & de maiori ætate iuxta Regni leges, idem obseruādum esse stante modico præiudicio, ex causa legitima, ex *Reg. Tap. d. decis. 20. num. 2.*

Potest namque Cancellarius rigidas leges soluere; prout testatur *Petrus Gregor. Tholos. in sintagm. iur. p. 3. lib. 47. cap. 29. nn. 7. vers. est huius maxima potestas*, quod in Regia Cancellaria Neapolitana seruatum fuit; frequentissimè enim circa contenta in Regijs Pragmaticis fuit dispensatum ex antiqua Cancellariæ nostræ consuetudine fundata in auctoritate, quam habent aliæ Cancellariæ, *Reg. Carol. Tap. Marchio Belmontis d. tract. de potestate Regia Cancellaria num. 50.* & idem iudicatum fuit in causa Ill. Marchionis Romagnani, qui cùm nō dùm ad ætatem annorum decem & octo peruenisset, sed tm̄ ad ætatem annorum sexdecim, constito de habilitate, fuit ei cōcessa administratio bonorum omnium, vt constat ex sequenti decreto:

In causa Ill. Marchionis Romagnani, super 11 *vt venia per eum petita administrationis omnium eius bonorum burgensaticorum & feudalium, non obstante, quod non sit ætatis annorum decem, & octo, vt in actis, &c.*

Die 3. Mensis Octobris 1644. Neap. facta de omnibus relatione S.E. in Regio Collaterali Consilio per Illustrem Marchionem Torelli Regentem Hectorem Capycium Latro Collateralem Consiliarium, & Commissarium.

Illustriss. & Excellentiss. Dominus Vicerex, Locumtenens, & Capitaneus Generalis prouidet, decernit, atque mandat, quod detur venia in forma, & proinde licitum esse predicto Ill. Marchioni Romagnani administrare omnia eius bona burgensatica, & feudalia, ac omnia, & singula alia facere, quæ omnes alij maioris ætatis annorum decem, & octo facere possunt, non obstante, quod sit minor ætate predicta, verùm non possit alienare, nec obligare bona stabilia, absque decreti interpositione, hoc suum, &c.

Brancia Reg. Zufia Reg. Sanfelicius Reg. Salamanca Reg. Ioseph Barilis Regius à mandatis Scriba. Concordat cum originali, meliori collatione semper salua. Ioseph Barilis Regius à mandatis Scriba.

Fuitque confirmatum, & iudicatum in causis contentis in sequentibus decretis, quæ inseri mandaui de verbo ad verbum ad studiosorum vtilitatem, & sunt videlicet.

In causa Ill. Ducis Lustræ super venia per eum petita administrationis omnium eius bonorum burgēsaticorum, & feudalium, non obstante, quod non sit ætatis annorum decem, & octo, vt in actis, &c.

Die 23. Mensis Februarij 1644. Neap. facta de predictis relatione S. E. in Regio Collaterali Consilio per Ill. Marchionem Torelli Regentem Capycium Latro Regium Collat. Consiliarium, & Commissarium.

Illustriss. & Excellentissimus Dominus Vicerex, Locumtenens, & Capitaneus Generalis, &c. prouidet, atque mandat, quod detur venia in forma supradicto Ill. Duci Lustra, & proinde licere, & licitum ei esse administrare omnia eius

bona

bona burgenſatica, & feudalia, ac omnia & ſingula alia facere, quę omnes alij maiores ætatis annorum decẽ, & octo facere poſſunt, non obſtante, quod ſit minor ætate prædicta, verùm non poſſit alienare bona ſtabilia, abſque decreti interpoſitione, hoc ſuum, &c. Zuſia Reg. Caſanate Reg. Sanfelic. Reg. Capycius Latro Reg. Meliori collatione ſemper ſalua. Io: Baptiſta Grimald. Regius à mandatis Scriba.

In cauſa Ill. Ducis Ayrolæ ſuper venia per eum petita adminiſtrationis omnium eius bonorum burgenſaticorum, & feudalium, non obſtante, quod non ſit ætatis annorum decem, & octo, vt in actis, &c.

Die 4. Menſis Septembris 1644. Neap. facta de prædictis relatione in Regio Collaterali Conſilio per Spectabilem Regentem Matthiam Caſanate Regium Collateralẽ Conſiliariũ, & Commiſſarium.

Illuſtriſs. & Excellentiſs. Dominus Vicerex, Locumtenens, & Capitaneus Generalis, &c. Prouidet, decernit, atque mandat, quod detur venia in forma, & proinde licere, & licitum eſſe prædicto Ill. Duci Ayrolæ adminiſtrare omnia eius bona burgenſatica, & feudalia, ac omnia, & ſingula alia facere, quæ omnes alij maiores ætatis annorum decem, & octo facere poſſunt, non obſtante, quod ſit minor ætate prædicta, verùm non poſſit alienare bona ſtabilia, abſque decreti interpoſitione, hoc ſuum, &c. Tapia Reg. Zuſia Reg. Caſanate Reg. Azcon Reg. Sanfelicius Reg. Capyc. Latro Reg. Meliori collatione ſemper ſalua. Io: Baptiſta Grimaldus Regius à mandatis Scriba.

In cauſa Octauij Fontanarоſa ſuper venia petita per eum, adminiſtrationis omniũ eius bonorum, non obſtante, quod non ſit ætatis annorum decem, & octo.

Die 24. Menſis Auguſti 1644. Neap. facta de prædictis relatione S.E. in Regio Collaterali Conſilio per Ill. Marchionem Torelli Regentem Capycium Latro Regium Collaterale Conſiliarium, & Commiſſarium, &c.

Illuſtriſs. & Excellentiſs. Dominus Vicerex, Locumtenens, & Capitaneus Generalis, &c. Prouidet, atque mandat prædictam ætatis veniam per ſupradictum Octauiũ Fontanarоſa petitam eſſe eidem concedendam, prout præſenti decreto conceditur, & proinde Octauius ipſe poſſit, & valeat omnia eius bona burgenſatica, & feudalia adminiſtrare, & omnia alia facere, quæ facere potuiſſet, ſi eſſet maior decem, & octo annorum, verùm non valeat alienare, nec hypothecare bona immobilia, abſque decreti interpoſitione, hoc ſuum, &c. Brancia Reg. Zuſia Reg. Sanfelicius Reg. Capycius Latro Reg. Meliori collatione ſemper ſalua, &c. Io: Baptiſta Grimaldus Regius à mandatis Scriba.

12 Vnde cùm hoc ſit pluriès ità iudicatum per Collaterale Conſilium, ampliùs non poterit in dubium reuocari, ad tradita per *Præſ. de Franch. deciſ. 179. num. 9. in fine.*

At quò ad fideicommiſſum, & maioratus, quo pacto Princeps valeat tollere, vel mutare teſtatoris voluntatem, videndi ſunt *Conarr. d. c. 6. & Reg. Tapp d. deciſ. Collateralis Conſilij 20. num. 2.*

13 Hac eadem ratione, & poteſtate poteſt Dominus Prorex, & ſuum Collaterale Conſilium diſpenſare circa ætatem Aduocati, & Tabellionis, qui qua ætate exercere poſſint officium Aduocati, & Tabellionis, &

14 an, & quando quis iuriſdictionẽ poſſit exercere in ppria Patria, habetur *in conſt. Regni Iuſtitiarij per Prouincias, & in conſt. Magiſtri Camerarij*, not. *Paris in tract. de Sindic. in verb. aſſeſſor. cap. 1. num. 16.* & quid in Actuario, *Præſ. de Franch. deciſ. 98.*

15 Aduerto tamen, dubium nunquã fuiſſe admiſſum in paruis terris, & villis, ex ijs, quæ notant *Capiblanc. de Baronib. prag. 3. num. 226.* et *Epiſc. Ric. in addit. ad d. dec. Præſ. de Franch. 98.*

16 Et vbi eſſet contraria conſuetudo, *Theſaurus deciſ. 268.* cætera verò vide apud *Xamar. in d. tract.*

ET EX HIS AD LAVDEM, ET GLORIAM DEI finem impono primæ Parti Citationis.

Digitized by Google

DE SECVNDA PARTE CITATIONIS.

Quæ est exequutio.

SVMMARIVM.

1 Citatio alia realis, alia verbalis.
2 Citatio realis quæ dicatur, & quando practicetur, num. 3.
4 Creditor quando sibi præiudicet per dissimulationem, & taciturnitatem.
5 Cautio fideiussoria ob suspitionem fugæ, an præstanda sit ante diem, vel ante conditionis adimplementum.
6 Præstanda an sit, si à Principe sit data dilatio.
7 Debitores pro pretio rerum comestibilium, caterorumq; animaliũ, vini, ac piscium, & similium, an gaudeant dilatione.
8 Dilatio an detur contra Neapolitanos.
9 Debitor fugitiuus, ante diem solutionis faciendæ, an capi possit per principalem creditorem, vel per eius Procuratorem.
10 Fideiussor an gaudeat dilatione data debitori, & an beneficium dilationis transmittatur ad hæredem, cum decisione Collateralis Consilÿ, num. 11.
12 Contra suspectum an fieri possit detẽtio per Iudicem incompetentem.
13 Quid in causa criminali, & quando Aduocato Fiscali permittatur.
14 Et quid in debitore clerico.
15 Et an possit fieri captura rei alienæ.
16 Debitor carceratus ad quid teneatur.
17 Eximens carceratum pro debito, vel pro alio delicto ad quid teneatur, & qua pœna puniatur.
18 Et quid si persona sit indebitè carcerata, vtrùm sit punienda ipsa, vel eius defensor.
19 Et quid si creditor receperit pignus, quamuis non idoneum.
20 Et an possit à proprio domicilio extrahi.
21 Et quid in debitore ad diem, vel sub modo, seù conditione non suspecto, contra quem nequit agi ante diem.
22 Regula, modus, & conditio, in quibus æquiparentur.
23 Per quæ verba inducatur modus, & per quæ conditio, nu. 24.
25 Si per verba expressa inducatur conditio potestatiua antea seruanda est.
26 Si inducatur modus, natura modi est, vt adimpleatur post emolumentum sequutum.
27 Contractus sub modo initus, modo non impleto an vitietur.
28 Remedia pro modo adimplendo, & fideiussione præstanda.
29 Et vtrùm actio in personam iure procedat, si noluerit obtemperare.
30 In abolitione criminis si promissa non obseruentur, an possis rediri ad accusationem.
31 Clausula in remissione offensæ, quod non accedat ad loca, vbi partes offensæ degunt, quando obliget.
32 Et an procedat in iudicio communi diuidundo, vt si conueniat, ne omninò diuisio fiat.
33 Diuisio inter vestiarios de platea Iudaica, & venditores obsellectarum, & lacerarum vestium.
34 Prohibetur quis sub pœna, propria authoritate rem suam inuadere.
35 Pactum, quod non possit propria authoritate, &c. est validum, & quando practicandum sit.
36 Debitor decoctus habetur pro mortuo, & mandatum eius pro extincto.
37 An liceat propria authoritate absq; Iudicis authoritate personæ, vt bona capere

Digitized by Google

pere, etiam procuratori.

38 Tàm pro debito ex cauſa lucratiua, quam oneroſa.

39 Creditor ex cauſa lucratiua cum hypotheca præfertur creditori ex cauſa oneroſa, contra opinionem, & deciſionem relatam per Regentem Rouitum, quæ quando procedat nu. 49. & 60.

40 Donatio vltrà quingentos aureos ſine inſinuatione an valeat, & quid interueniente in donatione iuramento.

41 Et quid ſi cum iuramento inſinuationi ſit renunciatum.

42 Et an in præiudicium tertij operetur iuramentum, & renunciatio.

43 Differentia ponitur, quare reſpectu donationis, quæ reuocatur fauore filiorũ naſciturorum non obſtat iuramentũ, & ex defectu inſinuationis per iuramentum confirmatur.

44 Donatio facta coram Iudice, non obſtante defectu inſinuationis, valida iudicabitur.

45 Et vtrùm in donatione deliberata voluntate ex geminatione actus requiratur inſinuatio

46 Et an in Regno, in quo proceditur ſola facti veritate inſpecta valeat donatio abſque inſinuatione.

47 De conſuetudine an requiratur inſinuatio ad validandam donationem.

48 Et vtrum requiratur in donatione facta ab auia nepoti.

50 Donatori competit beneficium, vt non teneatur inſolidum, ſed in quantum facere poteſt, deducto ære alieno, etiam poſt donationem contracto.
Quod intellige iuxta declarationem poſitam, n. 51.

52 Beneficium huiuſmodi non tranſit ad hæredes, & an & quando competat creditoribus donantis.

53 Donatori conceſſum ex ſpeciali priuilegio ſit ad filios.

54 Tex. in l. ſi cui penult. C. de non numerat. pecun. procedit in exceptionibus, quæ ſunt transmiſſibiles, & ceſſibiles, prout eſt exceptio non numeratæ pecuniæ.

55 Priuilegiũ tacitæ hypotheca, quæ competit pupillis, & alijs ſimilibus, in bonis tutorum non competit eius creditoribus, quia perſonale.

56 Fideiuſſor non poterit vti beneficio, quod teneatur in quantum facere poteſt, quia perſonale eſt, nu. 57.

58 Volens vti beneficio ex perſona alterius non poteſt illo vti, niſi cum qualitate & natura, illi beneficio & perſonæ tributo.

59 Beneficium, quod non teneatur, niſi in quantum facere poteſt, an competat defenſori mariti & donatoris.

60 Cõpetens Fiſco ſi propter delictum cõfiſcarẽtur bona donantis, & quid ſi eſſet in vita donãtis iudicatũ, n. 63.

61 Vt habeat locum beneficium, quod non teneatur, & deducto ne egeat, non inſpicitur tempus donationis, ſed tempus exactionis.

62 Hoc bẽneficium, quod non teneatur, & deducto ne egeat, eſt neceſſe, quod opponatur in vita donatarij, & quid ſi illud oppoſuiſſet donator, & deinde ceſſiſſet.

63 Et quid ſi per ſententiam declaratum fuit in vita.

64 Decretum, per quod patet, præferri ex cauſa oneroſa poſteriori.

ARGVMENTVM.

Citatio realis, quando, quibus in caſibus, contra quos permittatur; & per quem Iudicem: & an poſſit practicari contra debitorem ſub modo, vel conditione; quomodo ſit obſeruandum

in

in remissione facta ab offenso cum clausula, (quod non accedat ad certum locum) & an in casu inobseruãtiæ sit instaurãda accusatio; multisq; perpẽsis pro explicatione verborum, per quæ inducatur modus, vel conditio, & de differentijs inter eos, & an valeat perpetuæ prohibitionis cõditio, seù modus, ac de pœna eximẽtis debitorem à manibus familię; De prælatione an detur creditori ex causa onerosa contra creditorem ex causa lucratiua anteriorem, & quando liceat propria authoritate capere personam, & bona, quomodòq; hoc pactum practicetur contra debitorem decoctum, qui habetur pro mortuo. Ac de insitione, quando requiratur in donatione, & de donante, quod non teneatur, nisi in quantum facere potest, deducto ne egeat, idq; beneficiũ an transeat ad hæredes, fideiussores, et filios.

SECTIO XXVII.

1 SED prosequendo secundam partem citationis, quæ est exequutio præmittendum est, citationem aliam esse realem, aliam verbalem, *Ias. & Scribent. in l. 2. ff. de iurisdict. omn. Iudic. in princip. & in auth. at qui semel. C. quomodo, & quando Iudex.*

2 Præmisso secundò, quod realis citatio dicitur quando Iudex personã parte inuita facit trahi ad iudicium, secundum *Ias. & DD. in d. l. 2. & in l. consentaneum, C. quomodo, & quando Iudex.*

3 Verùm in quibus casibus ciuilis practica vtatur, quomodo, & quando Iudex id facere possit, habes per *Marant. in Speculo, in 6. p. in 1. membro Iudic. num. 58.* & vt plurimum in Regno practicatur contra debitorem suspectum de fuga, de qua vltrà *Marant. præcit. loco*, scribunt *Caccialup. in tract. de debitore suspecto, & fugitiuo*, per *Socc. de regul. iur. in verbo debitor Reg. 3. Hippol. in sing. 282.* qui ponit requisita, & 284. vbi quando per taciturnitatem, & dissimulationem sibi

4 ſibi prę iudicet creditor, & quando capi poſſit.

5 Et hoc in caſu etiam ante diem, vel ante conditionis adimplementũ eſt præſtanda fideiuſſoria cautio ob ſuſpitionem, *gloſ. in l. quæſitum, ff. de pignor.* per quem *tex.* ità tenuit *Bal. in l. 1. C. de condict. ex lege, in fin.* ſaltem vt caueat, *l. in omnibus, ff. de Iudic. Afflict. deciſ.* 108. *Iaſ. in d. l. 2. ff. de iuriſdiction. omnium Iudicum, Menoch. in tract. de arbitr. lib. 2. caſ.* 87. vbi quomodo debitoris fugitiui ſuſpitio probetur, & quo ordine contra eũ procedatur, eſtq; omninò videndus *Afflict. deciſ.* 170.

6 Quod ſi à Principe data eſſet dilatio, iuxtà *tex. in l. quotiès*, C. *de præcib. Imperator. offerend.* adhuc præſtanda eſt (poſtulãte aduerſario) fideiuſſio idonea ſuper debiti ſolutione, *l. vniuerſa*, C. *de præcib. Imperator. offer.* iuxtà ſecundum intellectum *gloſ. in d. l. vniuerſa*, quem ſequitur *Bal. Paul. Salicet. & Fulgoſ. &* de communi teſtatur *Boer. deciſ.* 296. *Princeps poteſt num.* 2. *verſ. & iſta eſt communis.*

7 Niſi tamèn abſque cautione dilationem conceſſerit Princeps, quia tunc illa ſeruanda eſſet, neque debitor poſſet carcerari, donec præſtaret cautionem prædictam, vt declarauit reſcripto particulari Excellentiſſimus Caſtellę Admiratus, nunc Regni huius moderator in cauſa Gineſij Sãguinetti, quem iuſſit excarcerari, non obſtante quod fuiſſet carceratus, donec præſtaret cautionem de ſoluendo, & de ſtãdo iuri pœnes Rapicanum Scribam delegationis.

Sed notandum erit, quod in aliquibus caſibus non gaudent debitores dilatione, de quibus per *Boer. deciſ.* 296. & ſignantèr pro pretio rerũ commeſtibilium cœterorum animalium, vini, ac piſcium, & ſimiliũ, vt ibi *num.* 6. *verſ. nec etiam pro debito minoris*, ex authoritate *Rebuffi in tract. de literis dilat. annalibus, artic.* 1. *gl.* 1. *n.* 45. *in comment. conſt. Frãcię, Ant. Faber diffinit.* 11. *num.* 4. *verſ. quare non diſtinguemus*, C. *de præcib. Imper. offer. Io: Vincent. Ann. ſing.* 101.

8 Prout neque gaudent dilatione contra Neapolitanos virtute capituli inter capitula Regis Ferdinandi I. *f. mihi* 17. *at.* & ità iudicatũ fuit contra debitorem dignitate decoratum, non obſtante ſecuritate, ſeù ſaluaguardia conceſſa per Dom. Proregẽ in Coll. Conſ. in qua nõ erat expreſſum etiam contra Neapolitanos.

9 Eſtq; notandũ nõ ſolùm per principalem creditorem capi poſſe debitorem fugitiuum, ſed etiam per procuratorẽ, vt dixit *glo.* ſingularis in iure iuncto *tex. in l.* 1. C. *vbi quis decur. vel cheort. in gloſ. parua, in verbo ab his*, & ibi *Angel.* quam *gloſ.* refert, & ſequitur, & de ea facit teſtum *Iaſ. inſtit. de action. in princip. verſ. aduerte etiam*, quam opinionem tenet, & defendit *Hipp. in ſingul.* 243.

Corollarium.

10 Quod ſi eſſet data dilatio debitori, an beneficio debitori conceſſo gaudeat fidejuſſor? examinata ad partes quæſtione, non gaudere ſubſtinet, *Matt. Brun. in tract. de ceſſione bonorum, q.* 9. *principali num.* 6. ſequitur *Caranit. rit.* 287. *num.* 56.

Sed cõtrariũ fundat, & ad oppoſita reſpondet, tranſmitti ſcilicèt ad fideiuſſores fideiuſſoribusq; quoque competere, vt durante dicto tempore conueniri non poſſint, nec in perſona, nec in bonis, *Muſcatell. in tract. de fideiuſſoribus, q.* 9. & nouiſſimè hanc defendit opinionem *Paul. Staiban. Iunior in reſolut.* 46. poſt alios, quos allegat.

11 Verùm an trasmittatur ad hæredẽ cum beneficio legis, & inuentarij? & *Matth. Brun. in d. tract. de ceſſ. bonor. q.* 9. *principali num.* 4. non transmitti defendit, *verſ. ſicut perſonale beneficiũ*, per *tex. in l. non ſolum* 8. §. *tale legatũ, ff. de liber. legat.* idem fundat, & deciſum refert per S. C. *Præſ. de Franch. deciſ.* 179. & ità nouiſſimè deciſũ

fuit

fuit in Collaterali Consilio referente Illustri Regente Duce Beluederij de mense Decembris 1644. non gaudere in dilatione data ob incendiũ Mõtis Vesunij cuidã Angelo Patrono, Francisco, & Iosepho Philippo de oppido Turris octauę heredibus cũ beneficio legis, & inuentarij.

Et quid de beneficio, quod non teneatur, nisi in quantũ facere possit deducto ne egeat, an eo gaudeant fideiussores, & hæredes? dicam infra *num. 52. & 56.*

12 Et quod etiam possit detineri suspectus per Iudicem incompetentẽ tradit *Nact. cons. 430. col. fin. Thesaur. decis. 220. num. 8. vers. item quia Iudex incompetens*, fundatq; multis medijs *addit. ad Felyn. de Iudic. cap. 1. num. 14. lit. D. in verbo citatio*, ita quod in cau-

13 sa criminali etiam per Fisci Aduocatum, per modum prouisionis, potest procedi ad capturam, iuxtà declarationes traditas per *Canalcan. in tract. de Bracchio Regio, p. 4. à num. 329. vers. caeterum quò ad capturam per modum prouisionis.*

14 Prædictaquè procedere etiam in debitore clerico, dummodò capiatur in actu fugæ, notat *Foller. in const. si quis clerici, num. 14. vers. secundo limita, & Addens ad Felyn. in d. cap. 1. num. 14. in lit. D. in verbo citatio, vers. 1. quia clericum debitorem suspectum de fuga, Abb. in cap. cum ab homine de Iudic.*

15 Qui nimò capturam non solùm esse licitã pro recuperatione rei suę, vel sibi debitę, sed ẽt ob ablationem rei alienę, si non dubitatur de aliquo scandalo futuro ex tali ablatione, docet *Felyn. in cap. 1. num. 15. de Iudicijs.*

16 Et hoc in casu debitor carceratus præcedentibus requisitis, de quibus per DD. suprà citatos præstare debet cautionem de iudicio sisti, & de soluendo iudicatum *Afflict. decis. 170. in fine.*

Subcorollarium.

17 Quoniam verò contingit captum eximi à manibus familiæ non erit omittendũ, ꝙ hoc loco captũ eximens punitur pœna, de qua per *Vincent. de Franch decis. 442.* sed si non exemerit, sed notificauerit, vt fugeret, tenetur ad id, quod tenebatur exemptus sicuti si pro eo fideiussisset, *Hippol. in sing. 173. in fin.* idemq; erit si moram fecerit, quominùs in ius veniret, vt actionis dies exiret, vel tempore amicteretur, vel aliam causam dederit, quominus solueret ad *tex. in l. sed eximendi, ff. si quis in ius vocatus non iuerit*, & non solùm ad id, quod tenebatur, qui exemptus est sed actione in factum ad id, quod interest creditorum, vt concludentèr probat *l. fin. §. 1. & 2. ff. eod.*

18 Puto tamen id verum, si captus fuerit iustè carceratus, nam si persona exempta sit indebitè carcerata, nec eximens, nec eius fideiussor aliqua pœna tenentur, *tex. in l. 1. §. Ofilius, ff. nequis eũ*, ibi *si delinquit qui vocat. non delinquit qui eximit, l. vis eius 15.* & ibi *Bart. num. 1. C. de probat. Bald. in l. 1. C. de monopolijs, num. 8. Alex. in l. 3. §. item si quis num. 4. ff. ne quis eum, Luc. de Penn. in l. si quis decurio 16. num. 13. C. de decurion. lib. 10. Paris de Puteo de Sindicatu, in verbo captura, c. 4. n. 4. & in verbo carcer, & carceratus, cap. 6. nu. 3. in fine, Conarr. lib. 1. variar. resolut. cap. 2. num. 7. Plaza in epitom. delict. lib. 1. cap. 23. nu. 6. Hippol. de Marsil. in pract. §. attingam. num. 38. cum seq. Clar. in §. fin. q. 21. n. 26. & 27.* qui testatur de communi *Decian. in tract. crim. lib. 2. cap. 13. num. 4. & seq. Boss. in tit. de carcerato fideiussoribus committend. nu. 48. Gnazzin. de defensione reor. tom. 1. defens. 5. cap. 4. num. 11. cum seqq. & defens. 6. cap. 1. num. 67. & seqq. Giurba in simili tract. de defensione reorum, disceps. 156. num. 7. & 9. August. Barbos. tom. 2. suæ collect. super Codice in d. l. vis eius 15. C. de probation. num. 12. ed nu. 18.*

vbi infinitos citat *Roland. à Vall. conſ. 7. num. 47. lib. 1. Bertazol. conſ. crim. 35. num. 33.* & ibi *additio lit. E.* dicit communem *Marant. conſ. 123. nu. 5. Surd. conſ. 182. à num. 6. cum omnibus ſeqq.* qui allegat infinitos *Menoch. conſil. 212. à num. 53. ad num. 57. tom. 3. Petrus Enriquez conſ. 21. num. 13. & 14. Matth. Brun. conſ. 61. num. 9. D. Regens Valenzuel. conſ. 50. num. 19. tom. 1.* qui allegat *tex. in d. §. Offilius, Giurba cõſ. 30. num. 32.* ficq; fuiſſe deciſum dicit *Myſing. cent. 6. obſeruat. 98. Viu. deciſ. 201. nu. 78. & 79. Muta deciſ. 39. n. 22.* & de fideiuſſore probat *Lucas de Penn. vbi ſupra, Carrer. in pract. crim. in tract. de appellat. §. decimus quartus caſus, num. 4. fol. 53. Anton. Henrigius in tract. de fideiuſſor. cap. 20. num. 91. Facchin. lib. 9. controuer. cap. 68. Gramat. conſ. crim. 51. num. 9. & Hondedeus conſ. 44. lib. 2. Menoch. d. conſ. 202. num. 57. Petrus Enriquez d. conſ. 21. n. 15. Vinius d. deciſ. 201. n. 10.* & ſtrenuè vtrumque fundat *Farin.* videndus *in tract. de tarceribus, & carceratis d. q. 30. à num. 61. ad num. 70. & num. 120.*

19 At concluſionẽ principalem limita primò quando creditor recepit pignus, quamuis non idoneum, nàm in hoc caſu non eſt carcerandus debitor; in dubio enim pignus conuentionale datum creditori, præſumitur idoneum, *gloſ. in l. 1. in verbo redigere, C. de pignor.* ex quo *tex.* hoc infert *Bal.* quem ſequitur *Alex. & Iaſ.* quos refert, & ſequitur *Nicoſ. in tract. de pignor. in 2. membr. 3. par. in fin. n. 37.*

20 Limita ſecundò, quod non poſſit capi ad hoc, vt detineatur in carceribus, extra propriũ domiciliũ, arg. à *pragm. 2. ſub tit. vbi de delict. quis conueniri poſſit*, qua de re videndus eſt *Gabal. reſolut. crim. 120.* fuitque fundatum ſupra *ſect. 7. in ſubcorollario, num. 1.*

Niſi tamen quando aliqua vrgente cauſa per Iudicem fuerit permiſſum extrahi à proprio domicilio, vt poſt *Bellug. in ſuo tract. Specul. Princip. Præſ. de Franch. deciſ. 526. num. 9. & ſeq. Reg. Rouit. in d. pragm. 2. circa finẽ*, ratio eſt, quia ex cauſis legum regulas transgredi fas eſt, *l. ſi quis 6. §. hẽ autem, verſ. quid tamen, ff. de iniuſt. rup. & irrito facto teſt.*

21 Limita tertiò principalem concluſionem in debitore ad diem ante aduentum diei, & in debitore conditionali, ſeù modali, & hanc regulam iuris eſſe, nullum debitorem, ſiuè in diem, aut ſub conditione debere cauere ante tempus de ſoluẽdo, *Vrſill. ad Afflict. deciſ. 108. num. 1.* refert cum declarationibus, & pleniùs *Ioſeph Ludouic. in concl. vnica, in princip. de ſolut. in fintagmat. commun. opinion. tom. 3. fol. mihi 456.* qui refert *DD.* teſtantes de comuni, ibique *Ioſeph Ludouic.* conditionem, & modum declarat, & quæ ſit inter modũ & conditionem differentia.

22 Nam conditio in antecedenti alterius diſpoſiti apponitur, vt *ff. de condit. & demonſtrat. l. cum tale, §. 1.* modus verò apponitur in cõſequentiam alterius diſpoſiti, *Bald. in l. error C. de ſentent. & interlocut. omn. Iudic. nu. 6.* & conditio ſemper debet præuenire, & modus ſequi, vt eſt dictum *in mea deciſ. 175. Ioſeph Ludouic. in d. concluſ. vnica de ſolut. col. 4. verſ. limita in conditionibus.*

23 Modus tamèn vt traddit *Cuiac. 14. obſeruatione* conditioni reſpondet, & modus eſt quaſi conditio, *d. l. 1. C. de donat. quę ſub modo*, vocaturq; modus ſæpè conditio, *l. titio centum, §. 1. & l. libertus ff. de condit. & demonſt. l. 2. §. vlt. ff. de annuis legat. l. meuia de manumiſſ. teſt.* affert *Caluin. in lexicon. in*

24 *verbo modus vltimo*, & per quæ verba inducatur modus, & per q̃ cõditio, docet *Bar. in d. l. 1. C. de his, quæ ſub modo.*

25 Notabis verò, quod ſi per verba expreſſa inducatur conditio poteſtatiua, antea adimplenda eſt à ſciente, *Dyn. in l. cum ſeruus, ff. de verbor. obligat. Bar. in l. conditio, 2. num. 4. ff. de*

con-

conditionibus, & demonstrat. quæ negat obligationem adesse, quia conditio nihil ponit in esse, & est incertũ, an sit futura ante aduentum conditionis, & quãdo non cessit, neque venit dies, *l. cedere diem, in fin. ff. de verbor. signif.* & ideò non potest agi ante aduentum conditionis, vt soluat, vel aliquid fiat adueniẽte conditione, *Ioseph Ludouic. in d. concluſ. vnic. de solut. col. 4. vers. limita in conditionibus.*

26 Quod si inducatur modus, natura modi est, vt adimpleatur post emolumentum sequutum, *Bart. in l. quibus diebus, §. Termilius, nu. 15. vers. natura modi est, ff. de condit. & demonstr.* nam non deducit obligationem ad esse, quia inuenit iam inductam, quod considerauit *Bal. in l. cum eorum num. 6. vers. ità deducit obligationem, C. de sentent. & interlocut. omn. Iudic. Ioseph. Ludouicus practt. concluſ. vnica, de solut. in fine.*

27 At contractus sub modo initus modo non adimpleto non vitiatur, nisi interueniente culpa adimplere debentis, & in dubio modus censetur causa impulsiua, & ideò eius defectus non vitiat, plenè *Corn. conſ. 102. in 3. vol.* & si quis recusaret modum adimplere reuocaretur contractus, *l. 1. C. de donat. quæ sub modo*, licèt eũ per quẽ steterit, quominus modus adimpleatur, contractus reuocari nõ posset, aliud sit modus quo casu deficiet, non reuocatur contractus, *Ioseph Ludouic. in sintagmat. commun. opin. tom. 3. in tit. de solut. in d. concluſ. vnica, in fine*, & dictum est *in mea decis. 175. num. 9.*

28 Et remedia pro modo implendo, & fideiussione præstanda, tradit *Bart. in d. l. de quibus, §. Termilius, nu. 17.*

29 Actioque in personam nõ solùm iure procedit, si noluerit obtemperare, verùm etiam in vendicationem, quandoque Diui Principes in hoc casu dandam esse sanxerunt, *in l. 1. C. de donat. quæ sub modo.*

30 Aduerte tamen, quod in abolitione criminis, licèt promissa non seruantur, ei, qui destitit, ad accusationem non propterea redit ex *text. in l. quamuis, C. ad Senat. conſult. Turpill.* & obseruatum

31 fuit quãdo inita pace præuia partis remissione clausula adiecta, quod non accedat ad loca, vbi ipsæ partes offensæ degunt non seruato hoc, non fuit admissus remittens, vt rediret ad accusationem, vt *in mea decis. 175. num. 9.*

Corollarium.

Licèt verùm sit, quod prohibitio, & non accedat, quando est temporalis est obseruanda, secùs si perpetua, *Rou. ad prag. 7. de compoſitionibus.*

32 Et idem procedit etiam in iudicio cõmuni diuidundo, vt si conueniat, nè omninò diuisio fiat, huiusmodi pactũ nullas habere potest vires, sin autem intra certum tempus, quod ipsius rei qualitati prodest, valet *l. in hoc iuditiũ 14. §. ſi conueniat, ff. comm. diuidund.*

33 ex quibus nouissimè diuisa fuit quædam communitas, quę diù fuerat inter vestiarios de platea iudaica, & emptores, & vẽditores obselectarum, & lacerarũ vestiũ, cõtradicentibus vestiarijs.

Emptores enim, & venditores præfati sequendo vestigia fidelium oratorij Sancti Ianuarij, qui pietatis studio Patronum constituerunt Glorioſum Martirem Ianuarium ad custodiam cẽtum quadraginta, vsq; nunc puellarũ, quæ non solùm reperiebantur orbatę parentibus, & quouis humano præsidio destitutæ non sine euidenti periculo Virginitatem prostituendi, eundẽ Glorioſum Martirem Ianuarium Protectorem statuerunt, pollicendo beneficia iuxta qualitates, & vires artium, petierunt confirmationem, ad validitatem statutorum artis, pro obseruãtia Regiarum Pragmaticarum.

34 Sed redeundo ad citationem realem; Præmitto tertiò, quod regulariter non licet propria authoritate, etiam rẽ suam inuadere statuta pæna, in *l. meminerit 6. C. vnde vi, l. extat 13.* ibi, *ſine vllo Iudice, ff. quod metus causa, & in l. creditores, ff. ad l. Iul. de vi priuat.* ibi, *per Iudicem, quod deberi sibi reputant repoſcere debeãt*, quibus concordat *text.*

in

in l. fulcinius, in princ. verſ. prætor ait & in §. 1. per totum, ff. quibus ex cauſis in poſſeſſ. catur.

Præſertim in Doctoribus, contra quos non poteſt fieri exequutio in ſtipendijs, quo etiam priuilegio gaudent milites, & ſcholares pro libris, ſuper quibus nullo modo exequutio fieri poteſt, etiam pro penſione domus, in qua habitant, niſi in ſubſidium, & in militibus nouæ militiæ fuit confirmatum per *Regiam pragmaticam 6. ſub tit. de milit. in c. 9.* vbi expreſsè cauetur, quod pro quouis debito non poſſit fieri exequutio ſuper eorum armis, æquis, & veſtibus, ſub qua exemptione virtualitèr eorum perſonas quoque contineri efficaciſſimè probat *Patignus ſuper pragm. 15. de militib. n. 42.* inter commentaria *Regentis Rou.* refert *Paſcal. in tract. de virib. Patr. poteſt. par. 3. c. 3. num. 20. & 22. fol. 383.*

35 Quid tamen obſeruandum erit pacto adiecto, quod fieri poſſit exequutio, & poſſeſſio apprehẽdi ppria auctoritate, & dicas, q̃ quãuis pactũ ſit validum ex dictis per *Afflict. dec. 368. num. 1.* & per *DD. in l. creditores, C. de pignoribus, & in l. 1. C. de pactis pignorum*, attamen obſeruatur iuxta praxim traditam per *Colerum de vrbanitate, & ciuilitate*, de qua *in tract. de proceſſ. execut. cap. 5. p. 1. num. 59. & num. 96.* eandem tradit *Reg. Rouit.* in caſu ſimili *in prag. de ceſſ. bonorum, nu. 14. & 16.* & quod non requiratur ordo iudiciarius, ſed ſufficiat, vt ſummariè cõſtet de debito *gl. in l. cũ pro penas, in verbo conſtat, C. de bon. auct. iudic. poſſid.* & ante eum tradit praxim *Cranet. conſ. 213. num. 1.* qui quærens quod remedium competat creditori facta ceſſione bonorum per debitorem, reſpondit, quod non poteſt creditor apprehẽdere poſſeſſionem bonorum, quibus debitor ceſſit propria authoritate, ſed curare debet, vt vẽdantur auctoritate Iudicis, & exponantur venalia, & plus offerenti liberentur, adducens *tex. in l. legis Iuliæ, C. qui bonis cedere poſſit, laſ. in l. ſi*

36 *pacto quo pœnam, C. de pactis*, quod frequentèr euenit noſtris temporibus in latitante debitore decocto, qui dicitur mortuus, ac nihil valet agere, vt ex *Scacc.* probat *Gaitus de credito cap. 2. ſit. 7. num. 2399. & 2421. D. Conſil. de Anna conſ. 82. n. 19. Amat. variar. reſolut. lib. 1. reſolut. 47. nu. 22.*

Et iudicatur extinctum mandatum tàm mortui, quàm decotti ob ſimilem ſtatus in deterius mutationem, *Ann. d. conſ. 82.*

Et quando liceat tàm perſonam, quàm bona propria authoritate capere, abſque Iudicis authoritate, vide *tex. in l. ait prætor, §. ſi debitorem*, & ibi *Bart. ff. de his, quæ in fraudem credit. Alex. in l. 1. 2. col. ff. de iuriſd. omn. Iud. Felyn. in cap. 1. nu. 14. verſ. quinto concluſio de Indic.* & ibi *additio ad Nicoſ. in 4. p. principali, num. 16.* & per *Marant. in d. par. 6. 1. membr. num. 59.*

37 quod etiam procuratori licet, *Hipp. in ſing. 243.*

38 Et hoc indifferenter obſeruandũ erit pro debito attento tempore, quo ceſſit dies, tàm ex cauſa lucratiua, quàm ex cauſa oneroſa, non obſtante *deciſ. Reg. Ronit. 48.* in qua conatur fundare, creditorem ex cauſa oneroſa præferri donatario anteriori cum hypotheca, contra quem doctè *D. Merlin. contro. 19. tom. 2.* & copioſè ſunt allegata per *Io: Franciſcum Marcian.* tunc Aduocatum, & ad Præſens proprijs meritis in S. C. adſcriptum, genitoris *Marcelli* veſtigia ſequutum, qui in eodem Tribunali, vniuerſali applauſu, Conſiliarij muncre per multos annos functus eſt, & ſunt allegationes, quæ ſequuntur.

FActa iam poſt longam diſcuſſionem in Collaterali Conſilio cũ Dominis Adiunctis ſup liberatione duc. 28. m. ex pretio Terrarũ Caſarani, & Caſaranelli, Duci Magdaloni

cre-

creditori anteriori quond. Iulij Cæsaris de Capua Principis Conchæ ex causa dotium quondam *D.* Mariæ Paceco de Capua matris ipsius Ducis, ex iuribus dicto Principi competentibus vti donatario ducat. 60. m. quondam Principissæ *D.* Lucretiæ Filomarinæ eius auiç, exclusis creditoribus quondam Principis Matthçi patris, non obstante conditione in dicta donatione apposita, quod dicti duc. 60. m. soluerentur dictis creditoribus; fuit nuper per eundem Ducem instatum pro liberatione aliorum duc. 7000. in circa restantiũ pro complemento pretij dictarum Terrarum, pro quorum liberatione fuerat reseruata prouisio facienda auditis pleniùs creditoribus posterioribus dictæ Principissç donantis, qui prætendebant, & adhùc prætendunt esse preferendos dicto Principi Iulio Cæsari donatario, & per cõsequens dicto Duci eius creditori, ex eo, quod, vt ipsi authumant, causa onerosa prçferri debeat lucratiuç, etiam anteriori.

Agitur ad presẽs de hac liberatione coram doctissimo, & integerrimo Consil. D. Francisco Merlino, per Suam Captolicam Maiestatem in hac causa patrimonij Principis Conchç delegato, in qua multi veniunt discutiendi iuris articuli, & in primis erit eloborandum, in refellen-
39 dis his, quç in hac eadem nostra causa exarauit, & decisum asserit *D. Reg. Ronit.* vir alioquin doctissimus, & oculatissimus *in dec.* 48. *per totũ*, vbi supplere volens, vt ipse inquit ea, quæ desunt Aduocatis, nonnulla pro creditoribus posterioribus motiua excitauit, cogitans posse ex illis immutari ea, quç longam, & quotidianam interpretationem habuere.

Attamèn sicut in illo articulo, seù causa, quç tunc versabatur, fuit per S. C. non obstantibus tunc per eum adductis contrarium decisum, vt inferiùs demonstrabimus, ita etiã in hac liberatione restantis pretij, dilutis his, quç in contrarium opponũtur forè decernendum ex infrascriptis existimo.

40 Innititur igitur primo loco *D. Reg. Ronit.* exceptioni insinuationis non factç; prętendens exindè nedum potiora iura creditorum tueri, sed ipsamet donationem infirmare; cùm n. prędicta donatio duc. 60. m. facta per quondam Principissam Filomarinam dicto Principi Iulio Cęsari nepoti summam 500. aureorum excedere non dubitetur: insinuationis sollemnitate, necessariò indigere videtur, adeò vt illa deficiente nulla dici debeat, ex dispositione *l. sancimus*, C. *de donat.* & §. 1. *instit. eod. tit.*

Sed hanc primam exceptionem nullo modo in casu nostro posse procedere ex pluribus affirmamus.

Etenim licet dispositio *d. l. Sancimus, cum concordantibus*, planè procedat; suas tamen patitur limitationes, & inter alias quotiescumque in donatione, iurisiurandi interuenerit firmitas, & quamuis ipsemet *Regens Ronit.* huiusmodi limitationem prçnoscens, affirmauerit non esse vndequaque receptam, cùm magna fuerit inter DD. controuersia, an simplici interueniente iuramento firmadici possit donatio, absque aliqua insinuatione, de qua latè per *Ceuall. post alios commun. contr com. q.* 222. *Gomez tom.* 3. *var. c.* 4. *n.* 8. & *Mattienz. in l.* 3. *glos.* 3. *n.* 5. *tit.* 2. *lib.* 5. & *in l.* 7. *glos.* 6. *n.* 4. *tit.* 10. *lib.* 5. & latissimè *Seraphinus, de priuil. iuram. priuil.* 73. *per tot.* vbi omnes rationes, & DD. pro vtraque parte expendit, & pro validitate donationis concludit: nihilominùs quando in donatione fuit specialitèr
41 insinuationi cùm iuramento renunciatum, omninò validam dixerunt magis communitèr DD. vt refert *Capyc. dec.* 159. *num.* 11. & 31. *Menoch.* qui alios allegat *in cons.* 1. *num.* 377.

vbi

vbi latè hoc obſeruat *Canagnol. n. 142. cum ſeq. & in conſ. 465. nu. 16. Gozad. in conſ. 87. num. 12. & 13.* latè alios cõgerens *Gabr. com. opin. tit. de donat. concluſ. 1. num. 66. & ſeq. & num. 69.* fusè etiam *Guid. Pap. deciſ. 350. per tot.* & communem, & ab ea minimè recedẽdum refert *Turrecr. in conſ. 47. nu. 49. cũ ſeq. lib. 1.* poſt innumeros adductos, optimè etiã pro more *Tiraq. in præfat. l. ſi vnquam num. 143. C. de reuocan. donat. Iul. Clar. lib. 4. §. donatio, q. 18. Rimin. Iun. in d. §. 1. nu. 625. & 659. cum ſeq. inſtit. de donat. Ann. pater in ſingul. 259.* vbi *Ann. filius in addit.* alios colligit *Linglois in ſuo Cod. dec. 50. q. 2. n. 11.* latiſſimè etiam *Borrell. lib. 3. vniuerſ. deciſ. tit. 11. à num. 48.* quibus etiam adſtipulantur *Guttierez in repetit. l. nemo poteſt. num. 340. & ſeq. de leg. 2. Magon. deciſ. Florent. 65. à num. 40. cum ſeq. Seraph. d. priuil. 73. Rot. Roman. per Ludouiſ. dec. 342.* vbi latè addit *Beltramin.* & admittit idem D. *Reg. Rouit.* vel inuitus *num. 4.* vndè cùm in caſu noſtro ſpecialis renunciatio ipſi inſinuationi iureiurando vallata interuenerit, ſequitur omninò validam eſſe iudicandam donationem,

Videns igitur *Dom. Rouit.* huiuſmodi limitationem communiori calculo eſſe receptam, recurrit ad limitationem limitationis: dicens huiuſmodi iurisiurandi efficaciam, non poſſe effectum producere, niſi inter donantem, & donatarium tantùm, non autem reſpectu tertij, cui ex donatione poſſet præiudicium aliquod generari; aſſerẽs de natura iuramenti eſſe, vt non operetur contrà tertium, per ea, quæ dixit *Bart. in l. Titia Seia 89. §. Imperator ff. de leg. 2.* & cœteri per eundem *Dom. Rouit.* adducti *nu. 5.*

Huius limitationis anteſignanus fuit poſt *Bart.* & alios antiquiores *Soc. iun. in conſ. 69. nu. 40. lib. 5.* allegatus *à Riminald. in d. §. 1. n. 737. Inſtit. de donat.* quem ad ſuam opinionem probandã adducit idem *Dom. Rouit. d. num. 5.* ſequitur *Gabr. d. concl. 1. de donat. nu. 68. Viu. comm. opin. in verbo donatio, conel. 212.* & cum eis videtur tranſire *Cancer. lib. 5. variar. cap. 8. n. 5. in fin. et ſeq.* affert etiam *Dom. Rouitus Aletatum*, ità expreſsè ſentientem *in c. cum contingat, nu. 178. et ſeq. de iureiur. & in l. pacta, quæ contra, num. 34. in fin. C. de pactis, & Pappon. l. 11. tit. 1. arreſt. 28.* necnon *Maynard. deciſ. Tholoſan. 53. lib. 2.*

Nec contentus authoritatibus, ratione etiam ſuam opinionem comprobare nititur. Quia inquit, inſinuatio non fuit ſimplicitèr inducta reſpectu contrahentium, ſed imò principalitèr reſpectu aliorum, ne quis clàm donando, & poſtea contrahendo alios deciperet, iuxta *text. in in l. data aliàs lata, C. de donat.*

Nihilominus hanc etiam limitationem, neque poſſe in caſu noſtro procedere, ex multis demonſtrabimus: licèt enim vera ſit regula iuramentum, ſcilicèt non operari contra tertium, cui ex illo inferri poſſet præiudicium: illa tamen duobus modis inter alios intelligi debet.

Primò, quando præiudicium tertij verſatur circa aliquod ius iam quæſitũ vel ſaltem ſpe conſiderabili, & proxima quærendum; putà ſi ageretur de excluſione filij, cui ſaltem in ſpe dicitur debita ſucceſſio ad notata per *Bar. in l. is poteſt, ff. de acquir. hæredit.* & in hac ſpecie loquutus eſt *Bart.* in contrarium allegatus per *Dom. Rouit.* & alios huius opinionis ſectatores *in d. l. Titia, §. Imperator, num. 15. verſ. quæro mater,* vbi aſſerit quod ſi mater, vel pater donauit inofficiosè, & iurauit non venire contrà, poterit tamen filius agere, non obſtante iuramento patris: quia illud eſſet in alterius diſpendium, & allegat *cap. quamuis de pactis in 6. & cap. licèt de iureiurando in 6.* & in his etiam terminis loquutus eſt *Bald. in l. 1. C. de inoff. donat. col. 5. verſ. ex prædictis,* & ità in ſpecie prædictam regulam intelligit, & declarat *Seraph. ibidem num. 64.* allegando *Socc. in d. conſ. 69.*

& Ri-

& Rimin. Gabr. Vin. cæteriq; cum sequuntur in locis allegatis.

Ideòque cùm in casu nostro, creditores posteriores, non habeant ius aliquod quæsitum tempore donationis, vel saltem spe considerabili quęrendũ, quia cùm illis nullus prorsus fuerat initus contractus, sequitur, non posse quò ad illos vllo modo applicari prædictã regulam. Et consequenter validã esse donationem dicendum est, stante iurata renunciatione insinuationis solemnitati, etiam in præiudicium ipsorum creditorum, qui postea contraxerunt ex prædictis.

Nec officit aliquo modo declaratio *Glos. in d. cap. cum contingat*, quæ explicando illa verba *cap. ibi, ultra in alterius præiudicium non redundet*: subintelligit *creditorũ & filiorũ*, quasi q præiudicium illud considerari possit, nedum respectu filiorum, quibus ius est quæsitum, sed etiam respectu creditorum, quibus ius est quærendum: nam debet intelligi de illis creditoribus, quibus esset ius quæsitum, & sic de anterioribus in actione personali (nàm de hypothecarijs non esset dubium) non autem de creditoribus posterioribus, quibus nullum ius esset quæsitum, neque in spe: Et ideò *Rot. Rom. in nouissimis, in vna Maleuitana pecuniaria coram Durano die 29. Maij decis. 382. num. 13. & 16. & inter decis. eiusd. Duran. decis. 359. num. 15. vol. 2.* dùm concluserit, contra donationem iuratã non obstare defectum insinuationis, ex multis adductis per eandem *Rot. in dict. 165. num. 2. in fine, p. 1. recent. & & decis. 685. num. 6. & 7. tom. 2.* per *Farin.* respondẽdo ad obiectum, quod iutamentum non operatur in præiudicium tertij creditoris, ex *text. in d. cap. cùm contingat*, & ex doctrina *Bart. in 5. Imperat.* respõdet, quod hoc obiectũ tollitur, ex quo credita non probantur anteriora donatione, & sic aperte sentit, opinionem *Gloss.* debere intelligi de creditoribus anterioribus, quibus ius erat quæsitũ: non autem de posterioribus, quibus præiudicat donatio iurata, non obstante defectu insinuationis, quia non præsumitur facta in fraudem illorum, *l. 1. vbi glos. vlt. de iure fisci, lib. 10.* sed debet fraus euidenter probari, *l. dolum, cum ibi notat. C. de dolo*, refert optimè *Hieronym. Gabriel in cons. 82. num. 4. l. 1.* & sequitur *Cardin. Mant. de tacit. & ambigu. l. 11. tit. 22. num. 25.*

Secundo modo debet intelligi dicta regula, quando ex iuramento principaliter inferretur tertiò præiudicium, non autem si secundariò, ità etiam declarat eadem *Glos. Magistral. in d. cap. quamuis, de pactis, in 6. in verbo detrimentum*, quam *Glos.* singularem dixerunt ibi *Franch. & Gemin.* & cæteri communiter, vt per *Guttier. in repetit. d. cap. quamuis, in verb. nec redundet, num. 1.* & ità etiam videtur fuisse locutus idem *Soc. Iun. in d. cons. 69. n. 8.* dum allegat *Gloss. in d. cap. quamuis.* Et generaliter tunc demùm dicitur quicquam in præiudicium alterius redundare, quando principaliter illum respicit, non autem si secundariò, vt per *Lapezin. cap. per vestras, de donat. int. vir. & vxor. §. 27. num. 14. Tiraq. in tract. res inter alios acta, vers. sed hoc, propè finem, & Couarr. in cap. Raynutius, de testam. §. 10. num. 9. ad finem*, & in puncto ita *Soccini consil.* intelligit eadem *Rot. Roman. in vna Beneuentana territorij, seu donationis coram Gipsio die 21. Octob. 1585. relata à Mancin. de iuram. p. 4. eff. 59. num. 6.* vbi specialiter decernitur, quod insinuationis defectus tollitur per iuramentum, etiam in præiudicium tertij, quando hoc nõ euenit principaliter, sed secundariò, quæ videtur punctualis decisio ad casũ nostrum.

Eò fortius dum *Soc. Iun. in d. cons. 69. num. 40.* vltrà *tex. in d. cap. quamuis, de pactis, in 6.* monetur authoritate *Soc. Sen. in cons. 33. num. 8. in prin.* qui hoc non dixit, sed potius in contrarium, dum affirmat, iuramentum ne dum supplere insinuationis defectum, & obli-

gare iurantem ad obseruantiam, sed contractum ipsum firmare, per *text. in auth. Sacramenta puberum, C. si aduer. vendit.* & consequenter si firmat contractum, erit respectu omnium, & idem docuit idem *Socin. Sen. ibid. num. 20. vers. imò est ulterius, circa fin. & in cons. 78. & 80. num. 8. & 10. vers. hisamen minimè repugnantibus*, vbi hãc limitationis materiam latiùs examinat, & subscripsit *Alexand. ibid. in cons. 79.*

Hinc sequitur etiam responsio ad rationem, quam ipsemet *D. Reg. Rouit.* adducit; non enim principaliter fuit introducta insinuationis solemnitas fauore publico, ad euitandas fraudes respectu aliorum, vt *D. Reg. Rouit.* asseuerat, & Doctores per eum allegati, sed principaliter respectu contrahentium, imò intuitu ipsiusmet donantis, nè tam facilè, & prodigaliter fierent donationes, & ad finem, vt quis deliberatè, & consultò, non autem deceptus veniret ad donandum, & nè per domesticas personas clandestinè ad hoc inducerentur, vt expresse habetur *in d. l. dato, C. de donat.* ex qua expresse colligitur, fraudis suspitio ab illa lege considerata, versari potius circa fauorem ipsius donantis, quam aliorũ, vt post *Ias. Andr. in addis. ad Specul. de instr. edit. §. porrò, in verbo donat. & Rebuff. de insinuand. donat. art. 5. gloss. 5. num. 1. ad 7.* videtur sentire *Grat. discept. for. cap. 854. nu. 42.* vbi alios adducit, *& cap. 887. nu. 23. & 24.* vndè dum principaliter insinuationis solemnitas fuit introducta fauore ipsiusmet donantis: sequitur, posse iureiurando illi renunciari, quamuis secundariò præiudiciũ inferatur tertio.

Hoc autem conuincitur, quia alias in donatione infra summam abr. 500. adhuc esset necessaria insinuatio, cùm etiam infra prædictam summam posset adesse fraus, & præiudicium creditorum, & nihilominus contrarium decernitur vt *d. l. sancimus*, vt post *Guid. Pap. in d. decis. 350. & Socc. Sen. d. cons. 77. 78. & 80. Seraphin. d. prin. 73. Rimald. in d. tract. de donat. num. 615. & seqq. & num. 703. cum seq.* refert *Sperell. decis. Rot. Ram. 47. num. 11. & seq.* qui omnes ità declarãt *d. l. lata, C. de donat.* ità etiam in donatione ad pias causas nulla requiritur insinuatio, *d. l. sancimus*, & nihilominus non minus in ea versatur præiudicium creditorum, quàm in aliis donationibus, sed quia non attenditur principaliter eorum præiudicium, sed tantùm respectu donantis, nè fraude fuerit inductus ad donandum, quæ cessare videtur in donationibus ad pias causas, & in donationibus infra summam, in quibus lex non requirit tantam obseruantiam, & sollemnitatem; ideò non mirùm, si cessante ratione legis, cesset etiam dispositio illius.

Hinc dixit *Gutier. in d. l. non potest, ff. de leg. 2. nu. 340 cum seq.* quod quãdo non constat de fraude, & simulatione, valida est donatio absquè insinuatione, quando illi cum iuramento fuit renunciatum, quia cessat causa: & perindè necessaria est probatio fraudis ad hoc, vt donatio nulla reddatur, quod nequaquam esset necessarium, si statimatquè fieret absque insinuatione præsumeretur.

Quinimò *Anast. Germ. de Sacr. immun. l. 3. cap. 21. num. 99. cum seq.* dùm 43 quærit, rationem differentiæ inter donationem, quæ reuocatur fauore filiorum nascitorum, & donationẽ absq; insinuatione, quæ stante specifica renunciatione iurata, valida esto illa autem etiam cum iuramento inualidatur, asserit, quod hoc euenit, quia illa principaliter annullatur fauore filiorũ per *d. l. si vnquam*, non obstante iuramento, ex quo non præiudicat tertiò, cuius fauore principaliter inualidatur donatio: non ita in donatione absque insinuatione, quia iuramentum, inquit, eo casu non nocet principaliter tertio, sed ipsi dũtaxat iuranti, ideòq; nõ mirũ, si ipsi insinuationi renunciari possit.

Accedat, quod si fiat coram Iudice donatio, valida iudicabitur non ob- 44 stante defectu insinuationis, *d. l. sancimus*

simus, C. *de donat.* & latè *Bart. in l. Modestin. ff. eod. tit.* cum alijs adductis per *Gabriel. d. concl. 1. de donat. n. 46. & 47. & Capyc. d. decis. 203. num. 13.* & nihilominus certum est, non per hoc euitari posse fraudes in præiudiciũ posteriorum creditorum; non. n. per hoc, quod fiat coram Iudice, certiorati proindè dici possunt creditores postea cum eo contracturi, & ideò nullo pacto inferri potest necessariò; insinuationem fuisse principalitèr inductam ad tollendas fraudes in præiudicium futurorum creditorum, sed benè in præiudiciũ ipsiusmet donantis, vt probauimus, nè ab aliquo ad donandum decipiatur, & saltem vt inter donationem & insinuationem deliberet, an sit ei expediens huiusmodi donationem elargiri, vt dixit optimè post alios *Gratian. d. cap. 854. num. 42.*

45 Exindè sequitur quod quotiescũque constat de enixa, & deliberata voluntate donantis, vt putà per geminationem actus, non requiritur insinuatio, quia videtur ex geminatione suppleri ratio insinuationis, vt concludere videtur *Bart. in cons. 30. in cap. ex casu, col. 3. in princ. num. 1. in fin. l. 3. p. 2.* & ex *Specul. & Canar. de insin.* veriorem dicit idem *Grat.* videndus *cap. 531 num. 31. & seq.* quia ex illa geminatione colligitur veritas donationis, & perseuerantia donantis, & excluditur omnis error, fraus, & simulatio. Cùm igitur in casu nostro geminata fuerit huiusmodi donatio, & semel, & bis ratificata per Principissam acceptante nomine Principis donatoris, Consiliario Io: Andrea de Georgio, illius curatore, validissima erit iudicanda, accedente præterea specifico iuramẽto, quod habet etiam vim duplicis, & repetiti consensus, vt per *glos. in d. cap. cùm contingat, de iureiur.* imò maiorem, vt post alios tradit *Conarr. in d. cap. quamuis, p. 2. §. 21. num. 10. de pactis, in 6.* & refert *Germon. de Sacr. imm. d. lib. 3. cap. 21. num. 202.*

Ideò non multum faciendum est de dictis per *Alciat. Maynard. & Pappon.* in contrarium per *D. Rouit.* pro sua opinione allegatos, quia cùm arbitrati fuerint, insinuationem principalitèr fuisse inductam ad euitandas fraudes in præiudicium creditorum, posteà contrahentium: non mirum si opinati etiam fuerint, non posse in illorum præiudicium, iuramento huic sollemnitati renunciari, ex prædicta regula, *quod iuramentum non nocet tertiò*, imò *Maynard. lib. 3. q. 21. num. 4.* asserit, ideò hoc fuisse per Reges Galliæ decisum, quia ipsi promulgarunt sanctiones de insinuatione donationum in fauorem potissimùm creditorum, & propterea non mirum si ipsemet *d. lib. 2. q. 53.* tenuerit, quod donatio antequã fuerit insinuata non præiudicet creditoribus, qui interim bona fide cõtraxerunt, & allegat *Alciat. in d. cap. cum contingat*, præcipuè cùm neque loquatur de donatione iurata, ita etiam *Pappon.* loquitur actentis sanctionibus Regum Franciæ, & præcipuè constitutione postrema Molinensi: vndè non erit de illorum dictis habenda ratio, cùm fundentur in particulari ratione desumptà ex particularibus sãctionibus illius Regni, de quibus mentionem etiam facit *Burrell. tom. 3. decis. Vniuers. tit. 11. num. 6.* & sic etiam loquitur *Cranett. in cons. 228. num. 7.* allegatus à *D. Rouito*; dum asserit, quod iuramentum non præiudicat tertiò, cuius fauore aliquod fuit introductum, quod quidem nos non negamus quoties principalitèr illum respicit, & proindè opinio *D. Rouit.* ratione, & authoritatibus destituta remanere videtur.

Accedat, quod ex his, & alijs motus *D. Reg. de Pont. in cons. 84. lib. 1. in*
46 *princip.* dixit, quod hęc insinuationis sollemnitas in hoc nostro Regno, in quo proceditur sola facti veritate inspecta, non est in vsu, quia est mæ-

ta iuris ſubtilitas, & eum refert, & ſequitur *Epiſ. Ric. in collect. dec. 207. in 4. limit. & in addit. ad Tiraq. de priuil. pia cauſa, priuil. 124. in fin. & Nauar. de miſerab. perſon. priuil. 124. n. 11.* & ante eos dixit *Calder. in conſ. 1. de donat. Carol. de Graſſalijs de Regal. Franc. iur. 7. Boer. in conſuet. Bituricenſ. tit. 9. de donat. §. 2. propè finem, verſ. ſed an hodie,* & ceteri per eundē *D. Rouit. num. 8.* adducti, qui omnes de hoc noſtro Regno loquuntur.

47 Hinc videmus, quod cum innumeras donationes mille ab hinc annis factas fuiſſe conſtet, nunquam tamen de huiuſmodi inſinuationis ſollemnitate oppoſitum fuiſſe legitur, & ideò *Capyc. in d. deciſ. 203.* licèt affirmet, quod ſtricto iure requiratur inſinuatio; pro donatione tamen ibi deciſum fuiſſe affirmat, ex eo, quia in ſimilibus donationibus nunquam fuit oppoſita hęc inſinuationis exceptio, vt legitur ibi *nu. 17. verſ. in hac cauſa*, & licèt replicet *D. Rouit.* quod ſi hoc eſſet non renunciaretur huic ſollemnitati, cum iuramento in omnibus donationum contractibus, vt paſſim fit, illud nihilominus fieri dicimus ad maiorem cautelæ cumulum, & ad tollendas omnes difficultates ex prædictis.

Demùm *Rot. Rom. in deciſ. 653. nu. 1. tom. 2. in collect. per Farinac.* dixit, q
48 donatio facta ab auia nepoti propter naturalem affectionem, inſinuationem non requirit, & videtur cōcordare cum his, quæ notat *Pichard. in §. alia, inſtit. de donat. num. 10.* vbi aſſerit, hanc inſinuationis neceſſitatē à lege inductam, fuiſſe poſtea per Imperatores Pium, & Conſtantinum quoad filios, & parentes immutatā, de qua *in l. 4. tit. de donat. in Codice Theodoſiano*, quam tamen in libro meo inuenire non potui.

Ex quibus omnibus, ni fallor, videtur primum motiuum per *D. Reg. Rouit. in d. deciſ. 48.* deficientię Aduocatorum addendo excitatum, in caſu noſtro minimè poſſe procedere ſtante expreſſa renunciatione inſinuationis iureiurando firmata.

Secundo loco principalitèr mouetur *D. Rou.* ad decidendū in fauorē poſteriorum creditorum, ex quo cū hæc donatio ſit merè lucratiua, erit donatarius poſt habendus, & præferendi creditores ex cauſa oneroſa, licet tempore poſteriores, cùm certum eſſe aſſerat, præferendos eſſe eos qui tractant de damno vitando, ijs, qui de lucro captando certant, *l. vlt. in fin. de codicill. l. ſcimus vltima, §. licentia, C. de iure deliber. l. vlt. C. de acquir. poſſeſſ.* cum alijs per *Menoch. lib. 2. præſumpt. 72. num. 7.*

49 Hanc autem opinionem tenuiſſe affirmat ante omnes *Cumanum in l. priuilegia 17. num. 10. de priuileg. creditor.* quem neque ſingularem remaniſſe, ſed eum plurimos fuiſſe ſequutos adiungit, & præcipuè *Iaſ. in l. inter eos num. 7. & 8. ff. de re iudic. Alciat. in l. pupill. n. 14. ff. quæ in fraud. credit. Capyc. deciſ. 79. num. 7. Aſin. de exequut. §. 7. cap. 47. Caſtill. deciſ. 72. in princ. Guttierez de iuram. confirm. p. 3. cap. 15. n. 20. in fin.* qui omnes ſimplicitèr mouentur authoritate *Cumani*, alios etiam adducit, ſed pleroſque loquentes in alio caſu *Antonin. Amat. lib. 1. var. reſolut. 25. num. 14.* quam plurimos etiā ad id colligit *D. Conſil. D. Thomas de Carleual.* omni virtutum genere ornatiſſimus *in 2. par. de iudicijs diſput. 30. num. 9.* vbi per totam diſputationem multis medijs hanc defendit opinionē.

Nihilominus hanc etiam *D. Rouit.* oppoſitionem in hac cauſa, ſalua pace tanti viri dixerim, ac aliorum, qui eius etiam præceſſerunt, vel ſectati ſunt ſententiam nullo modo procedere poſſe, ex multis etiam demonſtrabimus.

Quoniam, ſi ex huiuſmodi *Cuman.* & aliorum doctrina volumus ſimpliciter aſſumere, quod ex prærogatiua cauſæ oneroſæ indiſtinctè præferri debeāt creditores donatarijs, etiam tempore anterioribus, prout videtur tenere inter alios *Caſtill. d. dec. 72. in princ.* & quāplurimi ex adductis per *Antonin. Amat.*

Amat. d. resolut. 26. num. 14. & idem *D. Cons. de Carleual. d. disput. 30. nu. 23. & seq.* in hoc casu DD. communiori calculo illam *Comani* sententiam intellexere procedere in creditoribus in in actione personali, inter quos locum habet hæc distinctio causæ lucratiuæ, & oneroſæ; secùs autem in illis, qui hypothecam coniunctam habent, quia licèt ex causa lucratiua creditum probent, habet locum inter eos regula, qui prior in tempore, potior in iure, *cap. qui prior 54. de reg. iur. in 6. l. si fundus 4. & l. prior 5. & l. si generaliter 6. C. qui pot. in pignore habeant.* cum alijs cõcurrentibus, in quibus illa regula canonizatur, vt in pignoribus, & hypothecis potior sit in iure, qui est tempore, ità expresè tenuerunt *Gabr. in conſ. 82. num. 1. l. 1. Felic. de cauſ. cont. 1. l. 3. q. 5. num. 15. & cap. 6. num. 24. Maut. de tacit. & ambig. conuent. lib. 11. tit. 22. num. 23. & ſeq. Gabr. Saraynа in addit. ad Matthesil. ſing. 71. num. 3. Sese deciſ. Arag. 78. num. 3. Fontanell. de pact. nup. tit. 7. glos. 1. p. 2. nu. 22. & ſeq. Mannit. Apicell. in addit. ad Tuſcum. pract. concl. illat. quinquen. tit. 2. num. 131. verſ. creditor, Anton. Pichar. in explanat. d. l. privilegia inferens, in §. quædam actiones, n. 20. Inſt. de action. num. 70. Amat. Rodriguez de concurr. cred. p. 2. art. 1. n. 19. & ſeq. fol. 214.* idem *Anton. Amat. d. reſolut. 26. num. 15. & 16.* vbi hac distinctione vtitur nonnullos pro more allegans; optimè etiam videndus *Stoic. Pinisc. de Salvian. interd. inſpect. 3. p. 2. num. 469.* vbi ità in specie intelligit *Rotam*, nonnullas ad hoc adducens *Rotæ deciſ.* & latè *Gaitus* in eius lucubratissimo *tract. de cred. cap. 4. q. 11. ex num. 1235. cum pluribus ſeqq. & in appendice par. 2. & 3. per tot.* & præsertim *reſolut. 10.* vbi nonnullos pro contraria parte allegatos ab ea defendos esse probat, cùm non dicant id, pro quo allegantur, sed potiùs contrarium, & pro hac opinione addis *Oldrad. conſ. 114. Rot. Rom. diuerſ. part. 2. deciſ. 292. num. 2. Gratian. diſcept. for. cap. 984. nu. 30. & ſeq.* & nouissimè adduco *Cutell. de don. tract. 1. diſput. 3. p. 6. num. 28. & 29.* qui omnes hanc causæ oneroſæ prærogatiuam intelligunt, & admittunt solùm inter creditores in actione personali, nõ autẽ inter creditores hypothecarios, in quibus viget regula *d. l. qui prior.*

Pro hac opinione expenduntur *tex. in l. 1. C. de iure Fiſci, l. 10. & l. fin. §. Lucius ff. de donat. ante nupt. & l. ſiquidem, C. de donat. inter vir. & vxor.* in quibus omnibus nulla facta mentione de prærogatiua causæ, deciditur, non esse molestandos donatarios, seù creditores posteriores, si probent donationem præcessisse credita.

Et licèt illorum decisionem eniture conetur *D. Reg. Rouit. tùm in deciſ. 48. num. 25. tùm in appendice ad dictam deciſ. nu. 34.* vt scilicet non possint applicari ad casum nostrum, ex quo ibi agebatur de donatione speciei iam perfecta per traditionem; nos autem simus in donatione quantitatis, quæ nõ potest dici perfecta, traditione adhuc non secuta, & ideò ibi benè deciditur, donatarios perfecta iam donatione per traditionem non esse molestandos per creditores posteriores, etiam ex causa oneroſa, quia perfecta iam donatione, non potest per donantem iuri donatarij præiudicium inferri, *d. l. ſi quidem*, cùm perfecta quidem donatio conditiones non admittat; *l. perfecta C. de donat. quæ ſub modo*, quæ ratio cessat in donatione quantitatis, non adhuc perfecta per traditionem.

Nihilominus dicimus, benè applicari illarum legum decisionem nostræ sententiæ; confitemur enim *in d. l. 1.* agi de donatione speciei iam perfecta per traditionem; sed dicimus nos ibi agi de simplici donatione nudo pacto concepta alicuius rei, quæ donec donatario tradebatur, remanebat in dominio donantis: & ideò poterat per eum obligari, & hypothecari alijs creditoribus, vndè licèt postea tradiderit donatario, cùm onere tamen pignoris illam tradidisse constat, ex *d. l. fin. §. Lucius*

cius,& notant relati *à Peregr. de iure Fiſci, l.6.tit.6. num.3. & Gutier. de iuram.confir.p.3.cap.15.nu.23. verſ.4:* ſecùs autem deciditur eſſe,re iam tradita,quia cùm non fuerit in eius dominio,non poterit obligari, *d. l.de rebus, & l.ſiquidem,& l.2. C.ſi alien.res pign. data ſit,& gloſſ.in l.rem alienam, ff.de rei vend.*

Ex qua igitur deciſione non videtur aliquo modo fuiſſe conſiderata prærogatiua cauſæ oneroſæ, vt præferatur lucratiuæ,cùm dè hac nullus in prædictis legibus ſermo habeatur, vt benè aduertit *Amaya in d.l.1.de iure fiſci,n.31.* ſed ſolummodò fuit conſideratum,an potuiſſet res ipſa hypothecari, nàm eo caſu licèt deindè perficeretur donatio per traditionem,non tamen donatarius veniret præferendus creditori hypothecario, quamuis poſteriori, non ex prærogatiua cauſæ oneroſæ, ſed benè ex eo,quia cùm tantùm actione perſonali poſſit experiri,vt dicit *Gloſſ. notabilis in d.l.fin.§.Lucius, in verbo perfectam,ff.de donat,* per *tex.in l. ſi quis argentum,§.penult.C.de donat.* erit ei præferendus creditor hypothecarius, quãuis poſterior,non ratione cauſæ oneroſæ,ſed ratione hypothecæ; cùm igitur clarè decidatur in prædictis legibus non eſſe habendam rationem de prærogatiua cauſæ oneroſæ, ſed tantùm de hypotheca; ſequitur,quod cùm in caſu noſtro non ſimus in ſimplici donatione,ex pacto nudo,ſed ſtipulata & iurata cum obligatione omnium bonorum,quis vnquam dicere poterit eſſe huiuſmodi donatarium poſtponẽdum creditoribus poſterioribus,dùm ipſe non actione perſonali, ſed hypothecaria anteriori experiatur, cuius priuilegium non ex cauſa, ſed ex tempore æſtimatur,*l.1.ff.& C.qui potior.in pignor.hab.*& notabilitèr aduertit *Doctiſſimus Ant.Faber de error. prag. tom. 1.decad.1.error 1.num.4.& 5.*

Propterea dùm ipſemet *D.Rouit.* admittit,donatarium ſpeciei re ipſa tradita eſſe præferendum creditori poſteriori ex cauſa oneroſa,nec ab illo eſſe molestandu,nex eo quia perfecta iam donatione,non poteſt per donantem, donatario inferri præiudicium; idem dicendum eſt in caſu noſtro, licet ſimus in donatione quantitatis, quia radicato iure donatarij per hypothecam ſuper bonis donantis;non poterit deindè credita poſteriorum creditorum ſuper eiuſdem bonis donantis in præiudicium hypothecæ primi donatarij conſtituere, ſed tranſibit res cum ſua cauſa,per *l.ſi conuenerit, §.ſi fundus,ff. de pignorat.action.l.ſi debitor, C.de diſtract.pignor.* quæ iura coniungit *gloſſ. in d.l.fin. §.Lucius, in verbo habere,* & ſequitur etiam *Gait.d.cap.4.q.11.num. 1153.& ſeq.& in append.p.2. reſolut.1. num.16.17.22.& 28.* res enim dici non poteſt ſecundo creditori obligata, niſi primo debito liberata res fuerit, *l.& quæ non dum,§.qui rei ſuæ,ff. de pignoribus,* vel niſi conſenſus illius, cui primò res obligata fuit, interueniat, ad not.*in l.ſi debitor,& l.voluntate,ff.quib. mod.pign.vel hypothec.ſolaitur,*& refert idem *Gait.num.1275.* nulla data contractuum,& cauſarum diſtinctione,niſi in caſibus exceptis,*ad text.in l.res 5.ff. de pignorib.* & ideò inter omnes ſeruãda eſt regula,*qui prior*; ad obligandum enim rem vinculo hypothecæ.nulla requiritur traditio rei, vt per *Neguſ.p.7. membr.1.num.1.& 2.Reg.Valenzuela nunc meritiſs.Salmantic. Epiſcopus in conſ.15.num.5.* vndè licèt traditio neceſſaria ſit ad perfectionem donationis,non tamen requiritur in hypotheca conſtituenda,vt latè etiam comprobat *Gait.obi ſup.n.1267.cum ſeq.*

Quod autem creditor hypothecarius licèt ex cauſa lucratiua anterior, præferatur creditori poſteriori, quamuis ex cauſa oneroſa, videtur probare *tex.in l.2.C. qui potior. in pignor. hab.* vbi creditor ex cauſa legati, & conſequentèr ex cauſa lucratiua, cùm legatum donatio ſit,*l legatum,ff.de legat.1.* ſi decreto Prætoris in cauſam iudicati, fundi pignus occupauerit, tempore po-

potiur eris aduersario, scilicèt creditori hæreditario ex causa mutui, vel simili, vt notat *glos. ibidem in verbo aduersarius*, ex quo *text.* clarè videtur decidi creditorem ex causa lucrativa esse præferendum posteriori ex causa onerosa, stante hypotheca, quæ pro lucrato concreditur.

Idem etiam determinari videtur in *text. l. assiduis, §. hoc autem, C. eodem tit. qui potior. in pignor. hab.* vbi pro lucro dotis decernitur dari inter creditores temporis ordinem, & sic nulla facta distinctione, an ex causa lucrativa, vel onerosa deciditur, attendi debere priori tatem temporis.

Idcò præcitati *DD.* qui præferendos esse creditores posteriores ex causa onerosa, dixerunt, hanc difficultatem agnoscentes, non posse scilicèt dari prælationem ex prærogatiua causæ, nec posse aliquo modo euitari, quin inter eos habere debeat locum regula, qui prior, aliam excogitauit rationem, ex qua prælationem esse dandam posterioribus creditoribus ex causa onerosa concludunt, & ante omnes illam protulit *Cuman. in d. l. priuilegia*, & huic rationi innixus, huiusmodi prælationem posterioribus concessit; 3. q. quia donatori certũ est cõpetere beneficium, vt non teneatur insolidũ, sed in quantũ facere potest deducto ære alieno, immò omni ære alieno ei post donationem cõtracto, *ad text. in l. inter eos 19, vers. is quoque & l. cũ ex causa 39. ff. de re iudic. l. qui ex donat. 12. ff. de donat. §. sed & si quis in fin. de actionib. l. mesennius vltim. §. fin. ff. de re iudic.* cum aliis concordant. & habetur optimè per *glos. in l. verùm 64. §. id quod facere, in verbo debet. ff. pro socio*, vbi asserit, quod donator deducit omne æs alienum, licèt alii, qui hoc priuilegio ne teneantur insolidum, honorati sunt, & enumerantur *in l. sunt qui 16. cum seq. ff. de re iudic.* æs alienum non deducant, cùm soli donatori hoc beneficium concedatur, vt omne æs alienum deducat, antequam videatur, quid facere possit, & pondetur ad id *glos.* verba *text. in l. & exhæredatum 49. ff. de re iudic.* vbi asseritur, donatorẽ deducere omne æs alienum; ergo etiam contractum post donationem, vt declarat etiam *Guttierez de iuram. confirm. p. 3. cap. 15. num. 19. & 20. vers. itaque omne debitum, cum seqq. &* Cõnan. *lib. 8. cap. 9.* quos sequutos fuisse simplicitèr *Barbos. in l. maritum 13. post num. 10. vers. item & secundo, ff. solut. matrimon. & Pichard. in sua praxi. 2. tom. instit. p. 2. §. 9. num. 9.* affirmat idẽ *Regens Rouit. vbi supra*, ideò dùm creditori posteriori competit hoc idem beneficium ex persona sui debitoris, & illo priuilegio vti possit, etiã eo inuito, *ad text. in l. si qui, C. de non numerat. pecun.* sequitur, quod stante hoc parùm refert, an adsit hypotheca in donatione, quia cum hypotheca sit accessoria ad actionem personalem, & tantùm addat robur obligationi, non poterit proindè hypotheca priuare donatorem hoc beneficio, nè illo vtatur deducendo omne æs alienum, vt dictum est ità hanc *Cumani* rationem sequendo recassumit etiam *Alciat. in l. pupillus, n. 14. ff. quæ in fraud. credit.* & cæteris *Guttier. vbi supra*, ac etiam amplecti videtur *D. Reg. Constantius in l. 1. & 2. num. 110. vers. ego verò. C. de filijs affectial. lib. 10* cui etiam adstipulantur *Pasoal. de patr. potest. p. 2. cap. 9. num. 46. & seq.* cæterique per eundem *Reg. Rouit.* adducti, qui in hac potissimum ratione fundari videtur, imò in *appendice, num. 37.* expressè videtur recedere à prærogatiua causæ onerosæ, & huic priuilegio competenti ex persona donatoris inuiti, respondendo ad allegata in contrarium per *Gaiz. in tract. de execut. vbi supra.*

Imò addit, quod cùm Princeps Cõchæ representaret duplicem personam creditoris, scilicet ex propria persona tanquam donatarius Principissæ Auiæ, & debitoris, vti hæres eiusdem Principissæ, licèt cum beneficio inuentarii, qui non minus teneatur omnia vtiliter agere, & inutilia prætermittere, ac quilibet

libet alius administrator, authoritate *Phanuc. de inuent. p. 5. n. 4. propè fin.* sequitur, quod tenebatur Princeps ex persona Principissæ, cuius erat hæres opponere contra se ipsum omnes exceptiones, quas potuisset opponere ipsamet Principissa si viueret, & propterea dùm Principissæ competebat hoc beneficiū, nè teneretur insolidum contra ipsum Principem agentem vigore donationis, imò deducto omni ære alieno, etiā post donationem contracto per iura superius allegata; ità debebat Princeps hoc idem priuilegium contra semetipsum opponere ad fauorem creditorum Principissæ.

Sed parcat vir alioquin doctissimus & mihi præceteris honorandus, nam licèt hæc omnia admittamus, non tamen hæc consequentia, quam ipse facit, ex prœmissis ducenda est.

Dato enim, prout *text. gloss. & DD.* 51 ab ipso allegati determinant, in hoc beneficio donatori competenti, vt tantùm teneatur, in quantum facere potest, esse specialitèr deducendum omne æs alienum, etiam post ipsam donationem contractum, quod quidem priuilegium alijs non conceditur, licèt habeant beneficium, vt teneantur insolidùm, de quibus *in d.l. sunt qui, ff. de re iudic.* quibus alimenta tantùm secundùm qualitatem personæ, & quantitatē patrimonij reseruari debent absque deductione æris alieni, quod erit deindè deducendum etiā est prædictis alimentis, secundum *Iaſ. in d.l. inter eos, in prine. ff. de re iudic.* non tamen necessariò dicendum est, in casu nostro posse & debere hanc exceptionem per creditores, & minus per ipsummet Principem contra se ipsum opponi, vt clarè patebit.

Hoc enim beneficium adeò personale est, vt nè dùm ad extraneos, sed neque ad hæredes, imò neque ad fideiussores extendatur, ità probant expressè *text. in l. & si fideiussor 25. & fin. & l. sciendum 35. ff. de re iudic.* & optimè *in l. nesennius 51. ff. eod.* ibi, *& sicut hæredi donatoris insolidum condemnatur, & ipse fideiussor, quæ in domando adhibuit,* & bene *glos. in l. Diuus Pius 29. ff. de regul. iuris*, probat etiam *text. expressus in l. verum 64 ff. pro socio, in prine.* vbi *glos. in verbo verum*, vndè opponi non poterit per creditores, quibus non competit actio.

Clarè etiam hoc demonstratur ex ratione, qua hoc beneficium donatori conceditur; *Tryphonius* enim *in l. ne ex liberalitate 50. ff. de re iudic.* ideò hoc beneficium cum speciali priuilegio donatori concedendum asseruit, nè liberalitate sua *inquit* inops factus, periclitari videatur, quam etiam rationē vsurpauit, *Vlpian in d.l. Diuus Pius, ff. de reg. iuris*, voluit igitur lex, personæ donatoris prospicere, nè sua liberalitate pauper effectus, in periculum incideret, si insolidum teneretur, ideò persona principalitèr, & absolutè fuit contemplata; propterea dicendum est cum *Paulo Iureconsulto in l. in omnibus 69. ff. de regul. iur. in omnibus causis id obseruari debere, vt vbi persona conditio locum facit beneficio, ibi deficiente eo, beneficium quoque deficiat*; cùm igitur hoc beneficium ipsi Principissæ donatrici concessum fuisse dicimus, sequitur, ipsa iam defuncta illud quoque defecisse, adeò, vt neque ad eius hæredes transmitti potuerit, *d.l. sciendum, & l. nesennius, de re iud.* quia donatoris tantùm persona hunc meruit fauorem, ex *constit. Diui Pij*, vt rectè adnonet *Cuiacius in d.l. nesennius, in lib. 16. quæst. Paul. col. 2. & Anton. Fab. ration. in pandect. in d.l. verum, & in §. 1. & 2. ff. pro socio.*

Hinc cessare etiam nequit illud, quod idem *Dom. Rouit.* assumit, scilicèt, debere hæredem etiam contra se ipsū opponere exceptiones, quas defunctus posset opponere, si viuoret, nam hoc intelligi debet de illis exceptionibus, quæ in hæredem, & contra hæredem transmissibiles sunt, non autem de hoc beneficio, quod in hæredem non transit; si enim (ponamus casum) dona-

tio

tio facta esset extraneo, certè si ille ageret, non posset Princeps hæres donatricis de hoc beneficio excipere per iura prædicta; ergo idem necessariò dicendum erit in casu nostro, in quo Principē duas repręsentare dicimus personas.

52 Hinc etiam facilius demōstratur, beneficium huiusmodi non competere creditoribus donantis ex illa vulgata regula; *quod ita quod non est transmissibile, non est cessibile, Alex. plurib.*; vbi *Bart. ff. de admin. tut.* latè *Tiraquell.* post alios *de retract. lignag. §. 26. glos. 1. num. 47.* quod quidem optima ratione procedit, si enim nō potest hoc priuilegium ad hæredem transmitti, qui eadem persona cum defuncto reputatur, §. 1. *auth. de iure fur. à mor. præstit.* & succedit in vniuersum ius defuncti, *l. cùm hæres, ff. de diuer. & tempor. præscript.* multò minùs in singularem successorem per cessionem transferri poterit, cùm iudicetur minùs dilectus; *Oraneus in bonif. 161. num. 5. vers. verùm*, & cùm Vniuersitate multa transeant, quæ titulo singulari transferri nequeunt, *cap. ex litteris, de iure patron. l. quadam, vbi gloss. in verb. fundas, ff. de acquir. rer. dom. cum concordantibus*, & dixit in puncto *Io. Fab. in §. fuerat, n. 10. Inst. de action.* quod priuilegium personale, quod non est transmissibile, non possit cedi, & hanc regulam negatiuè procedere, vt in casu nostro, non autem affirmatiuè, dixit *Tiraq. vbi sup. §. 26. glos. 1. num. 47. & 48. & de retract. conuent. §. 1. glos. 6. num. 12.*

53 Solùm autem hoc beneficium donatori concessum ex speciali priuilegio transit ad filios, *ketiam, ff. solut. matrim.* ità vt neque nepotibus cōpetat, vt dixit *Angel.* ibidem, quem sequitur *Imol.* & refert *Episc. Ricc. in addit. ad decis. de Franch. 698.* & latè pro more comprobat *Barbos. in l. maritum, num. 69. vers. declara, cum num. seqq. ff. solut. matrim.* & hoc non ratione priuilegij paterni, nàm cùm illud fuerit personale, eius morte fuit extinctum, *l. quia tale 14. ff. solut. matr.* sed ex nouo priuilegio, quod formatur in persona filij, qui fauore matrimonij ex propria persona nouum priuilegium separatum à paterno videtur obtinere, ità *ex Alex. & Ias.* explicat *Barbos. vbi sup. nu. 8.* & ideò nedum personale est beneficium sed personalissimum, vt dicit idem *Cuman. in d. l. Nesennius, in princ. vers. nota summarium*, vbi addit, quod sicut est personale ex parte eius, cui competit, ita et ex parte eius, cōtra quem competit, ex *d. l. Nesennius, in fine*: vnde non immeritò possumus dicere, hoc beneficium non competere creditoribus donatoris, præcipuè illo inuito, stante regula, q. nemo me inuito, potest vti iure in meum fauorem introducto, *l. si Iudex circumueto, ff. de minoribus*, maximè cùm non sit cessibile, vt diximus.

54 Nequè his obstat aliquo modo, *text. in l. si cui penult. C. non num. pecun.* nàm ille *text.* procedit in illis exceptionibus, quę sunt transmisibiles, & cessibiles, prout est illa exceptio nō numeratæ pecunię, quæ non conceditur ratione personę, sed ratione causæ, scilicet quia non fuit facta numeratio pecuniæ, & sic competit ad eneruandam actionem actoris, ideò non solum debitor, sed eius hæredes, & illius creditores illam exceptionē, et inuito debitore opponere possunt, vt declarat *Salic. ind. l. si cui, in fin.* & ideò non benè applicatur dispositio illius *text.* ad casum nostrum.

55 Hinc apparet, quod benè allegauit *Gaitus tex. in l. 4. §. si quis, ff. de priuil. credit.* vbi deciditur, priuilegium tacitæ hypothecæ, quæ competit pupillis, & alijs similibus in bonis tutorum, & administratorum, nō competere eius creditoribus, quia personale est priuilegium, nec benè dixit *D. Ronit.* salua pace, quod non facit ad Rhombum, ex eo, quia vt ipse inquit, priuilegium hoc, quòd donator non teneatur vltrà, quàm fa-

cere poſſit, tranſit ad creditores, ex *Cumani* doctrina, nàm hoc eſt petere principium, de quo diſputatur, & ſupra nos contrarium fundauimus, ex eo, quia cùm non ſit transmiſibile ad hæredes, neque ſit ceſſibile ad creditores, ad quod faciunt notata per *Barboſ. in l. quia tale 14. ff. ſolut. matrim. num. 48. verſ. vltima limitatio.*

56 Prætereà fideiuſſor, qui aliquo modo creditor dici poteſt, imò vtitur omnibus exceptionibus competentibus debitori, etiam illo inuito, *l. omnes, ff. de excep. Bertazol. de clam. ſul. clauſ. 41. gloſ. 7. num. 4.* non tamen hoc beneficio vti poterit, quia perſonale eſt, nec egreditur perſonam debitoris, *l. & ſi fideiuſſor, ff. de re iudic.* & latè *Pyrr. Maur. Aret. de fideiuſ. ſect. 9. cap. 11. & ſeq.*

57 Nihilominùs quamuis citrà veri preiudicium concederemus hoc beneficium competens donatori competere, etiam eius creditoribus, qui ex perſona ipſius vti poſſint hac exceptione, nè teneatur, vltrà quàm facere poſſit, deducto ære alieno, nè ſua liberalitate periclitetur; debet hoc tamen citrà vllam controuerſiã intelligi viuente ipſo donatore, quia illo defuncto ceſſat ratio, propter quam conceditur hæc exceptio, ſcilicèt perſona donatoris, quę ſimpliciter venit cõtemplata in hac beneficij conceſſione, nè aliàs egere cogatur, ceſſante namque ratione, ceſſare etiam debet beneficium.

58 Prætereà quando quis vult vti beneficiò ex perſona alterius, non poteſt illo vti, niſi cum qualitate, & natura illi beneficio, & perſonę attributa, hinc dixit ad propoſitum *Gomeſ. in l. 50. Tauri num. 52. verſ. 6. limita, & verſ. ſed contrarium*, quòd creditores poſſunt vti exceptione non numeratæ pecuniæ competente debitori, etiam illo inuito, per *d. l. ſi qui, C. non num. pet.* ſed tamèn cum illa qualitate, & natura illi exceptioni, & perſonę debitoris attributa, ſic vt poſsit tantùm opponi infrà legitima tempora, in quibus per ipſum debitorem potuiſſet opponi, qui mutuum confeſſus eſt, & conſequentèr infrà biennium, vt latè per *Barboſ. in l. 1. par. 6. num. 37. in princ. ff. ſolut. matrim. Mantic. de tac. & amb. lib. 11. tit. 27. num. 17.* & idem *Gomeſ. in l. 45. Tauri, num. 86. in princ.* vndè cùm huiuſmodi exceptio competẽs donatori, non extendatur vltrà vitã ipſius, ità vt neque ad hæredes tranſmittatur, *d. l. ſciendum, & l. Neſennius, ff. de re iudic.* quateus concederemus illam ad creditores competere, non poterit concedi, niſi durante vita ipſius donatoris, quia cùm ex illius perſona competere dicatur, extincto illius iure, ius etiam acceptoris extingui oportet, & extincta perſona, quæ cauſa eſt priuilegij, priuilegium etiam extingui neceſſarium eſt, *l. Titia ſcio, §. vſuras, ff. de leg. 2.*

Ad cuius corroborationem facit ſatis optimè *text.* omninò relegendus *in l. ſi cùm procuratore, ff. eod. tit. de re iudic.* vbi deciditur, quod licet fideiuſſori non competat hoc priuilegium, ſicut neque hæredi, quia perſonale eſt, neque perſonam donatoris egrediatur, vt fundauimus ex *d. l. & ſi fideiuſſori, & l. ſciendum, ff. eodem tit.* cum alijs concordantibus; *nihilominùs* dicit *text.* quòd hoc beneficium competit defenſori mariti, vel donatoris, vel ſimilium, qui hoc beneficio potiuntur, rationem autem differentiæ aſſignat, ſatis optimè poſt alios inſignis *Barboſ. in d. l. maritus,*

59 *num. 83. ff. ſolut. matr.* quia defenſor, inquit, eadem actione conuenitur, qua maritus, vel donatarius tenebatur, quia defendere eſt eandem vicẽ, quam reus, ſubire, *l. minor, verſ. quoniam, ff. de procur.* & ideò eodem modo venit condemnandus, ac ipſe maritus, vel donator; hæres verò licèt conueniatur eadem actione, qua ipſe donator, tamen conuenitur tempore, quo iam eſt mortuus donator,

& ſic

& sic post extinctum eius priuilegiũ, & ideò condemnatur hæres insolidùm absque deductione ne egeat, ideò *Guttier. de iuram. confirm. d. p. 3. cap. 15. num. 15.* dat fideiussori cauthelam, vt tanquam principalis rei defensor, & eius nomine iudicium suscipiat ad hoc, vt beneficio huiusmodi gaudere possit, per *tex. in d. l. verùm, vers. videndum, ff. pro socio*, modò dicit *tex. in d. l. si cum procurare* (decidens apertè hanc nostram controuersiam) quòd defensor mariti in id, quod facere potest condemnatur, sed subdit hoc intelligi, dùm viuit maritus, mortuo autem marito insolidùm, ecce, quod aperte decidit *text.* quòd quando potest hæc exceptio competere alteri ex persona donatoris, non potest habere vires, nisi viuente ipso donatore, & idẽ *Cuman.* opinionis *D. Ronit.* antesignanus in eadem *l. si cum procuratore, in verb. insolidùm*, dat rationem, quia tũc mortuo marito, non est defensor mariti, sed hæredis, qui non habet hoc beneficium, *d. l. sciendum*, vndè eiusdem *Cumani* doctrina *in d. l. priuilegia*, quam sequuntur omnes per eundem *D. Ronit.* adducti, debet intelligi secundùm doctrinã eiusdem *Cumani in d. l. si cum procuratore*, vt procedat eius opinio durante vita donatoris, non autem eo defuncto quia tunc extinguitur priuilegium, & sic clauo clauus trahitur, vt ipsemet *D. Ronit.* notat.

Hinc *Cons. Paschalis* per eundem *D. Ronit.* allegatus *d. num. 45. vers. vnco de habita*, dicit, quod creditores posteriores non præferuntur donatario, quando bona donantis sufficerẽt in concursu, & idem in casibus, in quibus hoc priuilegium cessaret, quia tunc præfertur donatarius; casus autem, in quibus cessat hoc beneficium, dicit numerari per *Barbos. in d. l. maritum, num. 77. & seqq.* qui in primis ponit casum, quando mortuus est donator, quia tunc cessat beneficium, cùm sit personale, adeò vt nedum ad hæredes, sed neque ad Fiscum transeat, si propter delictum donantis bona confiscarentur, & ideò *Paschalis* dictum debet intelligi, secundum Doctorem, quem allegat.

Subdit etiam satis ad propositum idem *Paschalis num. 46. vers. quod donans*, quod ad videndum an donans egeat deducto ære alieno, non inspicitur tempus donationis, sed tempus exactionis, seù petitionis, aut rei iudicatæ, cùm hoc beneficium à lege concedatur miserationis causa ex inopia donantis inopinata, & ex alijs accidentibus superuenientibus, ad *tex. in l. rei iudicatæ 15. ff. solut. matrim.* cum concordantibus, sequitur *Ronit. d. decis. 48. num. 18. & 19.* & admittit etiam idem *Cons. Carleual. d. p. 2. de Indic. disput. 30. sub num. 10. vers. ad deducendum*, allegans *Cann. & de Ponte de potest. Proreg. tit. 5. num. 23.* & tenet etiam *Gait. cap. 4. q. 11. num. 1243.* quinimò expressiùs admittit idem *Reg. Ronit. in appendice ad d. decis. 48. num. 36.* vbi asserit, quod ex dispositione *d. l. inter eos, vers. is quoque*, tribuitur donatori facultas deducendi non solùm totum id, quod sibi est necessarium ad honestè viuendum, sed etiam totum æs alienum, quod reperitur habere tẽpore deductionis faciendæ, ergo consequentèr tẽpus deductionis inspiciendum esse concludit; & proindè cùm in casu nostro tempore petitionis, seù executionis, aut deductionis iam donatrix ab hac vita discesserat, cessat ratio concedendi hoc beneficium, & ideò neque hæredi, neque creditoribus vllo modo competere poterit.

Ex hoc autem facilè refellitur id, quòd vltrà adducta per *Dom. Ronit.* nouitèr per creditores opponitur, scilicèt quod hoc beneficium etiam post mortem donatricis competat eius creditoribus, ex eo, quia ipsi

creditores viuente Principiſſa donatrice, eius credita petierunt, imò ſẽtentias reſciſſionis contractuum obtinuerunt, quo tempore poterat illa hoc beneficio vti contra Principem donatarium, & proindè videtur, ipſis creditoribus ius queſitum, adeò vt licèt deindè illa defecerit, non tamen beneficium ipſum, creditoribus iam quæſitum deficere debeat.

Quoniam (vt verùm fatear) neſcio quo iure, aut quo facto hęc prętentio fundari poſſit; certum enim eſt in facto, quòd licèt creditores ſententiam obtinuerint pro eorum creditis in vita Principiſſę, nunquam tamèn neque per ipſam, neque per creditores, fuit de hoc beneficio oppoſitum contra donatarium, nec ſuper eo ſententiarum, vndè ſi tempus ſententiæ, ſiuè deductionis attendi debet ex prædictis, ſequitur nihil fuiſſe creditoribus quæſitum in vita Principiſſæ.

Propterea neque erat tunc temporis locus oppoſitioni, quoniam cùm hęc exceptio opponi debeat aduerſus donatarium, qui pro conſequenda donatione experiatur, dùm Princeps donatarius donationem nunquam viuente Principiſſa petierit, neque petere poterat, cùm donatio fuerit facta ex nunc, pro tunc ſequuta morte, conſequentèr nequè eidem potuit per Principiſſam, neq; per eius creditores de hoc beneficio opponi, & proindè nullum ius queri potuit creditoribus, & hoc eſt indubitatum.

Hinc ſequitur; Primò, quod ad
62 hoc, vt benecium competere poſſit, eſt neceſſarium, quod opponatur, vt poſt alios dicit idem *Gait. in appendice, p. 3. verſ. primò, num. 32. cum ſeq.* Sequitur ſecundo, nullo modo poſſe opponi hodie per creditores poſt mortem Principiſſæ ex perſona hæredis eiuſdem Principiſſæ, nàm vt fundauimus hoc beneficium, cùm ſit adeò perſonale, vt neque ad ſideiuſſores, neque ad hæredes tranſire valeat, non poterit creditoribus competere, præcipuè defuncto donatore, vt etiam comprobat *Gait. d. p. 3 reſoint. 1. num. 41. & 42.*

Nec etiam obſtat ſufficere hoc beneficium potuiſſe competere donanti, ad hoc, vt queſitum ius creditoribus illud opponendi, etiam poſt mortem dici poſſit, quoniam quærũt DD. quid ſi donator, vel maritus, vel alius, cui hoc priuilegium competit, de hoc beneficio oppoſuit, & deindè deceſſerit, an illud beneficiũ iam in iudicio deductam tranſeat ad hæredes, quaſi ex illa deductione, & oppoſitione fuerit ius illius quæſitũ? & licèt *Socc. poſt Cuman. in l. 2. §. ſanè num. 7. ff. de except.* teneat, quod ſi fuerit conteſtata lis ſuper exceptione oppoſita, tranſibit tunc beneficium ad hæredes quantumcumquè perſonale fuerit, quaſi per litis conteſtationem incipiat deberi, ad *tex. in l. ſi eũ, §. qui iniuriarũ, ff. ſi quis caut.* nihilominus cœteri contrarium tenent, quod non ſufficiat ſuper illa exceptione fuiſſe litem conteſtatam, ſed eſſe neceſſariam ſententiam ex generalitate, *tex. in l. maritum 13. cum l. ſeq. ff. ſolut. matrim.* & ita poſt *Bart. in l. ex diuerſo, §. fin. in fin. ff. eod.* tradit *Ias. in l. quod nomine, in fin. ff. de condit. indeb. & in d. l. inter eos, num. 11. ff. de re iudic.* & eum ſequitur notabilitèr Doctiſſimus *Barboſ. in d. l. maritum, ſub num. 77. & 78.* vbi reſpondet ad *tex. in d. §. qui iniuriam*, & ad hoc probandum adducit *tex.* notabilem, quẽ nos ſupra adduximus in *d. l. ſi cum procuratore*, vbi fuerat lis conteſtata cum marito ſuper hac exceptione, & tamen illo mortuo deciditur exceptionem prædictorum non prodeſſe illius hæredibus, & ideò concludit, quod non ſufficiat litis conteſtatio, ſed requiratur ſententia, quia per eam elicitur actio ne poſſit exequi inſolidùm, ad *text. in l. ſi vnus, §. pactus ne peteret, ff. de pactis.*

Atta-

Digitized by Google

Attamen neque sententiam sufficere contra *Barbos.* tenuit subtilitèr iuxtà morem *Bal.* omninò videndum *in l. 2. C. quod cum eo, num. 4.* vbi ponit casum in terminis, quo quis obtinuerit sentẽtiam, vt teneretur in quantum facere poterat, & tenet, quod hoc beneficiũ, quamuis per sententiam debitum nõ transit ad hæredes, quia est beneficiũ iuris, non sententiæ, quę nil aliud facit, nisi declarare, quod apparet *ex l. ex diuerso, §. fin. ff. solut. matrim.* vbi si in iudicio dotis Iudex ignorantia iuris lapsus cõdemnauerit maritum insolidùm, potest tamen maritus doli exceptione iuuari, vndè sequitur, quod non sit beneficium sententiæ, sed iuris; igitur si ius statuit huiusmodi beneficium esse personale, & cum persona extingui *d. l. quia tale, cum concordantibus*, sequitur, non esse transitorium ad hæredes, quamuis per sententiam declaratum, & multominùs in beneficium creditorum, & hanc *Baldi* opinionem sequitur etiam *Brun. in tract. de cess. bonor. p. 4. princ. q. 6. num. 5.*

Hinc licèt quando deductio fuit iã facta in vita donantis, teneat *Io: Fab. §. sed & si quis, num. 1. instit. de action.* quod illa sit transitiua ad hęredes, quasi iam fuerit in patrimonio donantis, & cum sequantur ibidem *Io. de Platea, & Aret.* quos refert idem *Barbos. in d. l. maritum. d. num. 78. in fine*, & videtur etiam amplecti *Ant. Pichard. in d. §.* & latiùs *in deduct. ad praxim. par. 2. precept. 9. num. 19. in fine*, ex eo, quia vt ipse asserit speciale est in donatore, vt licèt perueniat ad pinguiorem fortunã, non teneatur semel deductum restituere, nihilominus contrarium tenuit *Iaf. in d. l. inter eos, num. 11. de re iudic.* ex quo hoc beneficium temporale est, nõ perpetuum, & ideò tantum impedit exactionem, quousque perueniat ad pinguiorem fortunam, & ità concludit post *Oldrad. Alber. Imol. Castr. Alex.* & alios, vltrà quod *Io: Fab.* dubitantèr loquitur, & secundum hanc *Iaf.* opinionem fuisse decisum refert *Dominus de Franch. in d. dec. 698.* vbi dùm Martia Dentice donauerat Pompeo Latro eius filio, annuos duc. 270. & esset non soluendo fuit facta deductio annu. ducat. 170. in eius beneficium, vt dicitur *in decis. præced. 697.* sed mortua deindè Martia donante, fuit decisum illam deductionem iam factam in eius beneficium annuorum ducat. 170. non transire ad hæredes, & proindè fuerunt integri duc. 270. consignati hæredibus dicti Pompei donatarij, vt legitur, licèt aliquatitèr confusè in *d. decis. 698.* & & clariùs in actis, & in processu in Bãca Balsami, quem vidi fol. 388. & 391.

Si igitur secundum prædicta, neque litis contestatio, neque sententia, quinimò neque deductio facta sufficiens est ad transmittendum hoc beneficium ad hæredes, qua ratione, aut quo iure prætendi poterit transmissibile, & cessibile ex eo solo, quod poterat opponi, dùm non fuit oppositum, imò neque poterat opponi contra Principem donatarium, vt diximus, qui nequiuerat, pro donatione agere viuente Principissa? certè nullo iure hoc fundari vnquam poterit.

Miror autem quomodò, idem D. *Regens Rouit. in d. dec. 48.* pro sua opinione iudicatum fuisse asseueret, nàm ibi vt ipsemet refert, fuit tantummodo decisum, quod procederetur ad venditionem terrarum Casarani, & Casaranelli, quæ fuerant Principissę donantis firmo remanente sequestro pro affictu illius anni, per quod decretum non videtur decisus hic articulus, quia cùm Princeps esset donatarius duc. 60. m. in pecunia non poterat retinere terras pro dicta donatione, quę plus valerent, & aderant etiam creditores anteriores, vndè non poterat impediri venditio, sed deindè facto depositio per conductorem fuit illud decreto S. C. liberatũ Principi Conchæ donatario exclusis creditoribus posterioribus Principissæ donantis, licèt ex causa onerosa, qui hodie iterum instant, & hoc decretum fuit deindè confirmatum per S. C. reiectis

iectis nullitatibus per dictos creditores propoſitis, vt apparet ex actis; vndè videtur, prędictum D. Reg. Rou. voluiſſe potiùs in lucem prodere proprium votum, quàm ſententiam S.C. per quam videtur fuiſſe deciſũ contra creditores, licèt ex cauſa onerosa.

Et proindè ſatisfactis, ac ſuperatis ni fallor motiuis omnibus per eundem Dominum in hac eadem cauſa, excitatis, ità etiam per Dominum Delegatum iterùm decernendum fore exiſtimo, die 26. Auguſti 1644.

Io: *Franciſcus Marcianus.*

Et viſis his allegationibus fuit pecunia liberata donatario, vti creditori anteriori, non obſtantibus prętenſis per creditores poſteriores ex cauſa onerosa, vt ex decreto, quod inſeri mãdauimus de verbo ad verbum.

In cauſa Ill. Ducis Magdaloni cum Patrimonio Ill. Principis Concha ſuper ſolutione reſtantis quantitatis debita per Bartholomeũ de Aquino pro pretio Terrarum Caſarani, & Caſaranelli, vt in actis, &c.

Die 2. Octobris 1645. Neap. viſis actis, & facta relatione de omnibus S.E. in Regio Collaterali Conſilio per Spectabilem Regentem D. Franciſcum Merlinum Regium Collateralem Conſiliarium, & Commiſſarium Delegatum, &c.

Illuſtriſs. & Excellentiſs. Dominus Vicerex, Locumtenens, & Capitaneus Generalis, &c. Explicando prouiſionem reſeruatam in decreto lato per Spectabilem Regentem Antonium Caraccciolum tunc Commiſſarium Delegatum ſub die 18. Februarij 1638. prouidet, decernit, atque mandat, quod ducati octo mille quadraginta quatuor, reſtantes ad complementum pretij terrę Caſarani, & Caſaranelli liberentur, & ſoluantur, prout praſenti decreto liberari, & ſolui mandatur Ill. Duci Magdaloni creditori Ill. Principis Concha, Iulij Ceſaris de Capua ex iuribus Ill. Ducis Atella, adimpletis adimplendis, hoc ſuum, &c. Zuſia Reg. Sanfelic. Reg. Capyc. Latr. Reg. Merlin. Reg. Anaſtaſius Regius à Mandatis Scriba.

SVMMARIVM.

1 *Verbalis citatio dupliciter fit, per viuã vocem, & per epiſtolam.*

2 *Quę ſit viua voce, quando obſeruetur.*

3 *Cauſa modica, quæ dicatur.*

4 *Præceptum factũ viua voce, quãdo trũſeat in rem indicatam.*

5 *Citatio per epiſtolam, quæ continere debeat, & quæ in ea requirantur.*

6 *Citatio per epiſtolam tripliciter fit.*

7 *Primo ſuper tenore inſtrumenti liquidi, cuius praxim tradit iuxta formã Ritus Magnæ Curiæ* Franciſc. Ant. de Iudic. Robert. in tract. de liquidat. inſtrum.

8 *Creditor perſonaliter accedere debet pro interrogatione facienda.*

9 *Aduerſus eam nulla excuſatio creditoris admittitur, quamuis dignitate præditi.*

10 *Excuſantur moniales tantum, & hoc in caſu pro interrogatione facienda accedit hebdomodarius ad Monaſterium.*

11 *Et non admittitur puella, quæ in monaſterio educatur.*

12 *Citatur ſecundo modo per præceptum pœnale ad inſtantiam prætendentis aliquid cum clauſula iuſtificatiua, quæ habet vim ſimplicis citationis.*

13 *Citatur tertio modo per viam prouiſionis, ſeù citationis, abſque pœnæ impoſitione aduerſus petitionem.*

14 *Citatur quarto modo virtute pacti executiui in inſtrumento adiecti, & proceditur ſummariè, ſicut proceditur in exequutiuis.*

15 *Creditor ſi reperitur in poſſeſſione exigendi virtute pacti annuos reditus, mota lite per debitorem, manutenẽdus eſt in poſſeſſione, ſeù quaſi exigendi lite pendente.*

16 *Pactum obſtat etiam fiſco, ad cuius obſeruantiam tenetur, & ità ſolemniter deciſum per Collat. Conſil.*

AR-

ARGVMENTVM.

Citatio viua voce, & per epistolam, quando & quomodo practicetur.

SECTIO XXVIII.

1 POST citationem realem explicanda sunt quæ pertinent ad citationem verbalem, in qua erit primò præmittendum, verbalem citationem dupliciter fieri posse, per viuam vocem, & per epistolam, vt per *Iaſ. & DD. in l. 2. ff. de iudiſdict. omn. Iudic. Specul. in tit. de citat.* at restat videndum, qualiter citatio sit facienda, & qui citandi sint.

2 De ea, quæ fit viua voce, habes diffusè per *Speculatorem in pracit. loco*, & per *Marant. in 6. p. 1. memb. num. 63. verſ. ſecunda citatio eſt verbalis*, ad quos me remitto; obseruatur enim in ordinatorijs iudicij voce per Actuarios citari litigantes, & notari in actis, quod sint iudicialiter intimati, & tabellioni creditur, *Angel. in l. vt perfectius, C. de annal. præſcript.* & de hoc loquitur *Marant. præallegat. loco, n. 48. & ſeq.*

Obseruatur quoque in causis modicis, vel inter stipendiarios; Prætor. n. mandat Ministro, quod coram eo ducat debitorem suspectum, & si non est suspectus, mandat, quod coram eo accedat & actore, & reo, auditis summariè partibus, fit præceptum, quod soluat, vel non discedat, *Caraus. rit. 115.* ibique refert alios casus, in quibus proceditur absque scriptura, & arbitrio Iudicis remittitur.

3 Quando verò causa dicatur modica, iuxta veriorem opinionem, de qua per *eundem eodem loco*, per *ritum ipsũ*, qui incipit, *ſi aliquis, vel aliqua*, qui arbitrio Iudicis in causis modicis mandat procedi.

4 Et hoc præceptum, quod fit præsentibus partibus super hoc altercãtibus, transit in rem iudicatam, & habet vim interlocutoriæ C. *conſertationi, de appellat. in 6.* & ibi *Hoſtienſ.* notat, & *Archidiac.* secùs si partibus absentibus, vel præsentibus, non tamen super hoc altercantibus, vel aliàs extraiudicialiter, nàm tunc non transit in rem iudicatam, si tamen sit iustum, & ad eius spectet officium, obediendum est, verba sunt *Io. Faber. in l. 1. C. cominat. vel epiſt.*

5 Citatio per epistolam, quæ continere debet, diximus *ſupra in prine. ſect. 1. 2. 3. 4. & 5.* & copiosè habetur per *Aſſl. in conſtit. edictorum*, & quæ in ea requirantur habes per *Speculat. in §. qualiter ſit facienda per litteras citatio, & gl. in d. conſt. edictorũ*, & per *Marant.* 6 *in 6. p.* & triplicitèr (iuxta praxim hodiernam) fieri potest *Caraut. in ritu 133. in princ.* super tenore, scilicèt, instrumenti liquidi, in quo citatus personaliter comparet responsurus super tenore instrumenti contra eum liquidandi, iuxta formam *rit Mag. Cur. 166. item quod ſi per debitores.*

7 Et practicã procedendi super tenore instrumenti liquidi, iuxtà formam *ritus Magnæ Curiæ*, vltrà *Caraut. in d. ritu*, habemus *in tract. de liquidat. inſtrum. Franc. Ant. de Iudice Roberto*, verùm aduerto, 8 q in actu interrogationis oportet creditorem cõparere personaliter, 9 & nulla admittitur excusatio, & ità obseruatur, nec excusatio fuit admissa creditoribus, quamuis in dignitate constitutis, aut mulieribus, quæ accedere debent ad Ecclesiam propinquiorem, vel grauiter infirmis.

10 Monialibus verò, quæ non possunt à Monasterio exire, & creditricibus permittitur, vt fũdat *Franc. de Iudic. Rober. in d. tract. in 4. conſideraſ. num. 8. verſ. quid ſi creditor ſit monialis ratione beneficij*, & per Collaterale Consil.

fuit

fuit obseruatum, & ordinatum, quod accedat hebdomodarius ad monasterium.

11 Et ne aliquis decipiatur ex verbis *Francisci Antonij*, aduerto, quod in moniali lecto memoriali in Collat. Conf. hoc non est concessum ratione honestatis solummodo, quia id commune posset esse multis mulieribus, sed quia non possunt exire ex Monasterio, & hinc, cùm mulieres quædam laicæ receptæ in Monasterio pro educatione prætendissent, q accederet ad Monasterium hebdomodarius pro interrogatione ad finem liquidandi, non fuit eis id permissum.

12 Secundo modo fit citatio verbalis per præceptum pœnale ad instantiam prætendentis aliquid cum clausula iustificatiua, *si senseris se grauatum, in l. de pupill. §. meminisse, in verborum, ff. de oper. nou. nunc.* & consimilis est *in cap. ex parte, §. fin. in verbo si verò dubij, extr. de verbor. signific.* quam *glos. Aug.* & alij singularem reputant pro modo citandi.

13 Tertiò fit per viam prouisionis, seù citationis, absque pœnæ impositione aduersus petitionem per aliquem oblatam, & quæ iure fieri tunc debeat processus in causa ipsa vsque ad interpositionem sententiæ diffinitiuæ, habes per *Marant. in 6. p. 1. memb. num. 118.* & per *Caran. in d. titu, & in tit. 123. nu. 7. in fin.*

14 Sed adde quartam, quam quotidiè seruatam vidi, quando actor habet instrumentum non iuratum de facie ad faciem, vel quando ex alia causa non possit, seruata forma ritus liquidari, nàm tunc fit citatio, virtute pacti adiecti in instrumento, & summariè proceditur, sicut in executiuis, quando n. de pacto constat per instrumentum publicũ, potest sũmariè pcedi, sicut proceditur in executiuis, ex dispositione *text. in l. à Diuo Pio, §. super rebus, ff. de re indic.* & p hoc facit, q ponit *Nicos. in 4. p. princip. num. 23.* & de hac praxi meminit *Caranit. in tit. 133. nu. 3.*

15 Et si repeliretur in possessione exigendi ann. censum virtute pacti in instrumento adiecti, & per debitorem lis moueretur prætendendo non deberi, manutenẽdus est creditor in possessione, seù quasi, exigendi lite pendente, ex notatis *in cap. querela, de elect. & in cap. sicut, de sentent. & re iudic. Pereg.* latè *in tract. de fideicommiss. art. 46. nu. 16. Viu. in commun. opin. conclus. 734. Præsid. de Franch. decis. 90. n. 6. Gratian. in discept. for. 426. nu. 3. & 4.* & etiam

16 in actionibus personalibus lite pendẽte manutenendus est in possessione, seù quasi, exigendi, per *legem si certis annis, circa fin. C. de pact.* & hanc esse communẽ & veriorẽ opinionẽ tenendã refert *Cenall. q. com. contra comm. conclus. 656. Gabriel. lib. 5. comm. 6. de acquir. vel amit. poss.* ibiq; declarat per ampliationes, & limitationes, & *in tit. de restit. spoliat. concl. 65. nu. 76. & 79.* faciuntque dicta *in meo dec. 312. nu.*

SVMMARIVM.

1 *Fiscus in re communi, ratione partis, potest totum vendere.*

2 *Et an possit rem communem locare, vel in emphiteusim concedere, & n. 6.*

3 *Fiscus in pacto, & conuentione vtitur iure communi, & tenetur ad obseruãtiam, exceptis casibus, de quibus remissum.*

4 *Et post perfectionem contractus, nihil addere, vel diminuere potest.*

5 *Fiscus non obseruando, tenetur ad totale interesse.*

Successor, siuè per electionem, siuè per successionem potest contractus infringere, ibidem.

7 Pretij *nomen, & verbum* distrahere, *ad solam venditionem pertinent.*

8 *Restitutio ex clausula generali, si qua mihi iuxta causa, quãdo operetur, remissiuè.*

9 *Princeps ex noua causa ratione belli potest gratiam, & priuilegium reuocare.*

AR.

ARGVMENTVM.

Princeps, seu Fiscus, quando possit recedere à contractu, & quando rem communem vendere possit, aut locare.

SECTIO XXIX.

VErùm an hæc pacti exceptio, cùm fisco obijciatur, fuit latè disputatum in Collaterali Consilio.

Cùm enim pretium salis taxatum fuisset per R. Cur. in singulos modios carolenorum duodecim, necessitatibus deindè belli vrgentibus imposita fuit gabella carolenorum quatuor supra dictos carolenos duodecim distracta, & in solutum, & pro soluto data, pro certo pretio, cum facultate exigèdi propria authoritate.

Emanatisq; bannis pro locatione, cõparuisset offerès vnita gabella carolenorum quatuor, & sic intendebat locare pro maiori fisci vtilitate, dicens, difficilem esse administrationem diuisim, & fisco damnosam.

Fuit dubitatum, an oblatio esset admittenda, & per negatiua ponderabatur *text. in Lunica, C. de vendit. rerum fiscalium, lib.* 10. vbi ratione partis
1 fiscus potest vendere totum, & ita obseruatum fuisse, dicebat ex testimonio *Reg. Molin* in Regia Camera, etiam in locatione *decis.* 13. *manuscripta*, de qua meminit *Reg. Constant. in repetit. l. vnic. C. de vendit. rerum fiscal. lib.* 10. *num.* 58. authoritate *Bald. in cons.* 332. *lib.* 5. eò fundamento, quia si fisco permittitur venditio, multò magis
2 permittenda est locatio, ex quo minus oritur fodio pudicium, ex regula *text. in l. non debet, de regul. iuris*, authoritatesq; asserit non sequendo in toto opinionem, sed cum distinctione, iuxta eandem relatam per *Reg. Mol. decisionem* tenent *Bossius in tit. de fisco, & priuilegijs eius, nu.* 39. *Belard. ad Clar. in q.* 95. *num.* 24.

Et iuxta hanc opinionem in casu nostro consulit Regia Cam. Summ. quę idem per prius consuluerat, quam primam consultationem sequutus fuerat Coll. Cons. & ideò videbatur obstare exceptio rei iudicatę.

Insuper dicebat, quòd quando impositio carolenorum duodecim esset subblatanda separata, esset sequenda gratia Catholicæ Maiestatis, per quã ad preces Ciuitatis fuerunt sublatæ impositiones supra pretium salis carolenorum duodecim.

Sed his non obstantibus decisum fuit, non esse locum vnioni sola ratione contractus, in quo data est potestas exigendi impositionem quatuor carolenorum propria authoritate in solutum, & pro soluto data, nihil Fisco sibi
3 reseruando, nisi ius reemendi, ad cuius pacti obseruantiam tenetur Fiscus, nã cùm Fiscus iure communi vtatur, proindè sic, vt ex contractibus efficaciter obligetur, prout quilibet priuatus, sic argumento *text. in l. de contractu, C. de rescind. vendit.* est q; opt. *text.* ad hoc *int. bene à Zenone, C. de quadr. præscriptione*, & Prætoris dicti, *pacta seruabo*, prodijt ab ore Dei, e receptis ritibus, de quibus per *Io. Baptistã Lam. in alleg. fiscal. 3. de n.* 26. & *Aristotiles Alexandrinus* scripsit, *pacta seruare, aliàs malum* ei esse tibi erit.

4 Adeòque obligatur Princeps, & fiscus similiter, vt post perfectum contractum nihil possit addere, vel diminuere, ad *text. in l. post perfectã, C. de donat. quæ sub modo.*

5 Et non obseruando, tenetur ad totale interesse, & adeò valida est obligatio per Principem ex conuentione, contractu, vt ne ipse, nec illius successor, siue per electionem, siue per succes-

cessionem possit contractum suum, vel sui prædecessoris infringere, vel aliter ab eo recedere, vt DD. omnes cumulat *Peregr. in tract. de iur. fisc. lib. 1. cap. 3. num. 45.* nec habet contradictorem, alios adducit *Iaqun. Baptist. Larr. in dicta allegat. 3. in princip.* Iubdens: Reges & Principes, qui non recognoscunt superiorem, efficaciter obligari ex contractu, cum subditis in bitio, & firmiùs, arctiusque eorum obligationem considerari, quia mutuæ fidei vindices, vt notatur *in l. digna vox*, C. *de legib.* probarunt *Manchaca lib. 1. controuers. illustrium, cap. 3. & 26. nu. 16. & cap. 45. num. 13.* ex *Gregor. Lopez Madera lib. singul. animaduers. iuris ciuil. cap. 35.* ex *Cauos. Zas. Cestal. Peres. Greg.* & alijs *Osuald. in not. ad Donell. lib. 12. comment. cap. 22. lit. Q.*

Aliàs enim deterioris esset Principis conditio, quàm priuati, quia si contractus obseruantia non teneretur, esset extra omne commercium, *Bal. in l. Princeps 1. col. ff. de legib. Ias. in l. 1. ff. de pact. n. 4. Roland. à Valle lib. 3. cons. 45. num. 10.* ibi, *quia hoc casu Princeps cum sit omnium Præsul, esset omnium exul, Tap. in decis. Supremi Consilij decis. 23. num. 103. Roduss. de absolut. Princ. potest. cap. 6. num. 187. Eloret. 1. respons. p. 2. nu. 80. Madic. in § lex est, dub. 77. num. 2. vers. declara*, & licèt Imperatori, & Supremo Principi, Deus subiecerit leges, non tamen subiecit contractus, ex quibus obligatus est, *Bald. in cap. 1. de nat. feud.* cū reliquis adductis per *Larream loco cit. num. 3.*

6. Nec opitulatur priuilegium Fisci, de quo in *l. 1. C. de vēdit. rer. fisc.* in cōmunis rei vēditione, quæ ex communi DD. sententia, non habet locū in locatione, q optimis medijs fundat, contrarijs respondens *Francisc. Amaia in cōmen. ad tres lib. Cod. in d. l. 1. de vend. rer. fiscal. lib. 10.* cuius verba sunt: *Verùm quò ad nostram quæstionem attinet, verior est contraria sententia, quæ contra Bald. ait Fiscum, non posse communem rem locare.*

Neque item in emphiteusim, vel in feudum concedere, hanc tenuit *Peregr. de iur. fisc. lib. 6. tit. 4. num. 23. vers. amplia item, ad alios contrarios, Cattius in morgar fisci, dub. 3. Castill. lib. 3. cap. 6. num. 18.* & sequutus fuit *Peregr. Fatu. de Constantin. in C. de rer. fiscal. vendit. dicto num. 61.* & refert *num. 59. & 60.* eā hāc *Bald.* doctrina contrariam obseruantiam Regiæ Camerę, & decreta in annoutrorum bas *Reg. Anibalis Moles.* quam non approbat, & rationibus refellit, & cū declaratione toleranda dicit, considerando duplicē casū, vnus est casus, quādo res locari est solita, ità vt ad illū vsum destinata videatur, & tunc procul dubio existimat, licere Fisco integram rem communem locare, quia potest etiam priuatus hoc facere, vtendo re communi ad vsū destinatum; quando autē res non est solita locari, non recedit ab opinione *Bal.* & priuilegia *d. l. 1.* nō locum habere, nàm licet re vera minus præiudicialis sit locatio, quam vēditio; attamen in locatione, etiam totius rei integræ considerabitur eadem vtilitas pro rata, quę fuit considerata in venditione: id tamen non admitteret, quando magnum incommodum socio nasceretur, veluti si indigeret pecunia pro suis debitis exoluendis, & vellet vendere, & Fiscus vellet locare; priuaretur enim tunc iure suo cū magno damno, quod in hac specie nō est tolerandum, quia hoc re vera non priuilegium, sed potiùs prærogatiua quædam in æquitate fundata, & semper facienda est interpretatio, vt socij ius minus lædatur, verba sunt *Reg. Constantij in d. l. 1. à num. 59.*

Monentur supradicti, quia priuilegium fisci est, vt possit vendere rem communem, sed cum illa qualitate, vt socius accipiat suæ partis pretium, & estimationem.

At per locationē ad longum tempus, vel emphiteusim non consequitur suæ partis integrum pretium contra verba nostræ legis, ibi: *Sed & pretium*

partis

partis tantùm in Fiscum redigatur, reliquum verò Dominis partium restituatur, & *d. l.* 2. C. *comm. rer. alienat.* ibi, *partē pretij*, quæ transcripsit *l.* 53. *partit. tit.* 5. ibi: *Mas con todo esto debe dar la estimacion, segundo la parte, que auiene aquella cosa*, ergò minimè satisfaciet formæ legis, & sic non valebit contractus, *l.* 1. C. *de prædijs Decur.* cum ibi adductis.

7 Nàm pretij nomen ad alios contractus non pertinet, nisi ad venditionem, vt discurrit in *l. fin.* C. *de prædijs Decur.* ibi, *quoniam sacræ constitutiones de pretio loquutæ sunt, vt ibi animaduertam*; at certum est, locationem, vel emphiteusim celebrari posse, sinè eo, quod aliquid Domino præstetur pro introitu, aut ingressu, quod vocant, vt docet *Genall. q.* 571. & *Molin. tom.* 2. *disput.* 450. & quamuis à principio aliquid præstetur, nō tamen potest esse integrum pretiū, vt patet, & ità sine pretio cogeretur socius inuitus conductorem perpetuum ferre, & re sua carere; Rursùs pro hac parte expendo verbum, *distrahatur*, quo vtitur lex nostra, quod significat vendere, diuidere, *l.* 1. C. *de distract. pignor. l. cum hi* 7. §. *si vni, de transact.* & clariùs verbum, *vendidit*, adduxit *d. l.* 2. C. *de commun. rer. alien.* quasi solum priuilegium hoc sit de venditione.

Quomodo ergo trahi poterit ea decisio ad locationem, vel emphiteusim, præsertim cùm ex venditione dominium transferatur, *l. claubus* 74. *l. cū Manusata* 80. §. *fin. de contrah. empt.* §. *venditę, instit. de rer. diuis.* ex locatione verò non transfertur, *l. conuenit* 65. *de contrah. empt. l. non solet* 39. *ff. locati.*

Nequè item ex emphiteusi, vt infra dicam, cùm eius naturæ sit, vt possit auocari, & auferri res, si pensio non soluatur, vt obseruant relati à *Pichard. in* §. *adeò, num.* 1. *instit. de locat.* verba sunt *Francisc. Amaya in cōment. ad* 3. *lib.* C. *de vendit. rer. fiscal. tit.* 4. *à num.* 44. pro qua sententia faciunt verba relata per *Reg. Constant. in d. l.* 1. *num.* 59. *de vendit. rer. fiscal.* quia nimis onerosum, & graue esset suas res alienę administrationi committere sine aliqua certitudine, ac multa cum suspictione fraudis, ad quod adduci possunt, notanda *Theodosij Imperatoris*, verba, de quibus in *l. fin. supra de vectigal.* vbi loquens de materia, inquit, *vt propriij compendij curam non in alieno potiùs, quàm in suo arbitrio nouerit constitutum*.

8 Nec obstat confirmatio primę cōsultationis per Collat. Consil. tunc enim alia non aderat obligatio, & sic Fiscus ex hac causa poterat recedere à contractu, ex dictis *infra nu.* 9. ad præsens verò noua superuenit, ex qua Fisco, cuius Procurator cum consilio Aduocati institit pro obseruantia pacti, & assignatarijs, quibus data fuit exactio carolenorum quatuor insolutum cum facultate exigendi, competit restitutio ex clausula generali, *si qua mihi iusta causa*, de qua per *DD. in l.* 1. *ff. ex quib. causis maior. Odd. de restit. in integr. q.* 8. *n.* 1. *cum seq. Mart. de claus. p.* 1. *claus.* 248. *aliàs* 366. ex qua clausula ignorans restituitur, ad tradita per *Hppp. in l. qui ignorans, num.* 13. *ff. ad l. Cornel. de fals.* cum concordātibus per *August. Barbos. tract. de claus. claus.* 168.

9 Nec impedienda est exactio carolenorum quatuor ob assertam gratiam Regis, quia ex noua causa superuenienti ob imminentē necessitatem belli, ab ea potest recedi, & à qualibet dispositione, & tunc non dicitur fieri contra voluntatē, vt fūdat *Larrea in prælleg. resolut. à n.* 20. quo casu, quod priuilegio cessante debeatur, fundatum fuit *in discept. de donat. temp. belli, in fin. primi volum. mearum decis. num.* 33.

Et his perpensis in Collat. Consil. interuenientibus Ill. Carolo Tapia Marchione Belmontis, Ferdinando

Digitized by Google

Brancia Duce Beluederij, me Io: Franciſco Sanfelicio, Hect. Capycio Latro March. Turelli & Spect. Reg. Ant. Caracciolo fuit prolatum decretum tenoris ſequentis:

Die 26. Octobris 1643. Neap.

Viſa conſultatione facta per Regiam Cameram Summaria ſuper afflictu Arrendamenti Salis ſub die 17. Septēb. 1643. Viſaque inſtantia Fiſci Patroni Regalis Patrimonij, & ponderationibus per eum factis ad excludendum vnionem, fol. 10. 11. & 12. in actis Collateralis Conſilij. Viſiſque omnibus actis, & facta relatione de omnibus S.E. in Regio Collat. Conſil. per Illuſtrem Regentem Ferdinandum Branciam Ducem Beluederij Regium Collateralem Conſiliarium, & Commiſſarium, auditisquè partibus. Illuſtriſs. & Excellentiſs. Dominus Vicerex, Locumtenens, & Capitaneus Generalis, &c. prouidet, decernit, & mandat, quod accendatur candela pro afflictu Arrendamenti Salis carolenorum duodecim pro quolibet tumulo tantum, ſuper oblatione ducatorum centum quatraginta mille facta per Felicem Baſile ſub die 21. Auguſti 1643. exiſtente in proceſſu Regiæ Cameræ, fol. 16. hoc ſuum, &c. Tappia Reg. Brancia Reg. Sanfelicius Reg. Caracciolus Reg. Capyc. Latr. Pro-Reg. Franciſcus Anaſtaſius Regius à Mandatis Scriba. Concordat cum ſuo originali meliori collatione ſemper ſalua, & in fidem Franciſcus Anaſtaſius Regius à Mandatis Scriba.

Pro cuius exequutione prēquio reſcripto Excellentiſsimi Domini Ducis Medinæ Regni Proregis, per Regiam Cameram, legitimis ſubhaſtationibus præcedentibus, in Collaterali Conſilio accenſa fuit Candela ſuper ſola illa impoſitione carolenorum duodecim tantùm, quæ conceſſa fuit plus offerenti ſub die vltimo menſis Octobris 1643.

SVMMARIVM.

1 *Subditus citari quomodo poſſit extra iuriſdictionem.*
2 *Et quid in citatione verbali.*
3 *Quid ſi Iudex requiſitus recuſauerit admittere citationem in ſua iuriſdictione contra reum, vel conuentum à Iudice habente iuriſdictionem in caſu illo: & quando per citationem extra territorium citatus arcte tur.*
4 *Decretum voluntariæ iuriſdictionis poteſt extra territorium exequi.*
5 *Citatio per edictum poteſt expediri per Iudicem competentem, & fieri per edictum, ſi reperitur extra iuriſdictionem.*
6 *Citatio per edictum practicatur in caſibus Capitulorum Regni ſuper violentia.*
7 *Super ſpolio, & violentia in poſſeſſorio, & aduerſus perſonas Eccleſiaſticas, Princeps, vel eius Delegatus poteſt prouidere, & præſtare Regale Præſidium.*
8 *Fundamentum, & forma procedendi ſuper ſpolio, & violentia, virtute capitulorum Regni.*
9 *Tenor edicti quod procedere debet; & quando citatio per edictum; & in quibus caſibus ſit practicanda, remiſſiuè.*
10 *De ordine procedendi, & prouidendi comparente perſona Eccleſiaſtica aduerſus citationem per edictum, ſi ſua putauerit intereſſe.*
11 *Aduerſus ordinē, quod præſtetur Regale præſidium ſuper oppoſitis, comparente clerico, Iudex prouidet ſuper eis.*
12 *Et poteſt dici de nullitate.*
13 *Aduerſus remedia capitularum Regni ſuper ſpolio, & violentia non datur repulſa, nec competunt beneficia.*
14 *Nec fuit admiſſa probatio per euidentiam rei.*
15 *Et denegatus acceſſus ſuper faciem loci, ſed vide num. 19.*
16 *Remedium capitulorum Regni ſolet remi-*

remitti ad Sacrum Consilium: Et sic decisum, num. 17. & 18.

ARGVMENTVM.

Forma, & praxis remedij capitulorum Regni pro tuenda possessione, & cuitando violentias.

SECTIO XXX.

ET continuando practicam citandi per epistolam, aduertendum erit, quod regulariter est vetitũ citare aliquẽm extra territoriũ suæ iurisdictionis, in quo q̃ citat nullũ habet Imperiũ, vt habetur *in l. fin. ff. de iurisdict. omn. Iudic. & in cap. fin. de for. compet. & in Clem. Pastoralis, de re iudicata, & in l. fin. ff. de offic. Prefect. Vrbis*, cum similibus *Francisc. Marc. decis. 427. tom. 1.* 1

Sed quando Iudex citabit suũ subditum existentẽ in aliena iurisdictione, videnda erit distinctio *Bar. in l. 1. ff. de requiren. reis*, quam distinctionem communem refert *Michael Graff. in compend. comm. opin. de requirend. reis, num. 6. tom. 2.* quod aut citatio est realis, capiendo personam, & non potest fieri in alieno territorio, vt *in auth. vtinul. Ind. §. si verò quis comprehensorum*, posita *in auth. si verò criminis, C. de adulter.* & quamuis adsit iusta causa capturæ, & sic principium sit licitum, si aufugit in territorio alieno, non debet capi in alieno territorio, aliàs debet incontinenti relaxari, secundum *Salicet. in l. si quis sit fugitiuus, §. apud Labeonẽ, vers. idem Cels. ff. de edil. edict.* quia quando quis ingreditur in territorium alienum, habetur pro priuato, *l. fin. ff. de Iurisdict. omn. Iudic.* probat *Francisc. Marc. in decis. parlamenti Delphinalis, q. 401. num. 2. & q. 428. à num. 1. p. r.* & irrogatur iniuria Domino loci, & dicitur violari eius territorium, & debet, q̃ citauit ante omnia reparare, & reducere ad pristinum statum, & tenetur talis violãs territoriũ, actione iniuriarum, vt fũdat idem *Franc. Marc. in q. 427. in princ.*

2 Aut citatio est verbalis, & tunc, aut sunt plures Iudices, habentes iurisdictiones separatas dependentes ab vno Principe, prout diuersi Præsides diuersarum Prouinciarum constituti à Principe, vel ab vno Rege, tunc vnus potest citare in territorio alterius verbo, & ità intelligitur *text. in l. omnes, §. verùm si apparitor, C. de Episc. & Cler. & in l. fin. ff. de offic. Præf. Vrbis*, quasi hoc videatur permissum ab eo Iudice, qui eos constituit, facit ad hoc argumentum *l. quæro, ff. de solution. & ff. de administr. tutor. l. Titium, §. tutor, & fund. vt Affl. in constit. in ciuilib. num. 10. vers. 6. nota ex constitutione ipsa*; Quamuis *Marant. in pract. par. 6. de citat. n. 40.* suo iudicio illam constitutionẽ hoc nõ probare dicat, sed ab hac distinctione non recedit, & in hoc casu erit intelligẽdũ quod dixi *in mea decis. 141. num. 3.* & cum hac distinctione transit *Michael Graff. in collect. commun. opin. de requirend. reis, tit. 4. num. 6. lib. 9. tom. 2.* dicens, licèt tutius sit hoc casu, quãdoque requirere Iudicem illius loci; Aut sunt Iudices habẽtes iurisdictiones separatas, & distinctas, ità quod vna ab alia non dependeat, nec sunt sub eodem dominio, & tũc vnus non potest citare in territorio alterius, sed debet requirere illum Iudicẽ, in cuius territorio est, q̃ citari debet, *Oldrad. cons. 88.* & ità intelligit *d. cap. pastoralis, de re iudic. Franc. Marc. dec. 427. to. 1. n. 7. in fin. vers. 7. c. pastoralis*, vbi hanc ẽt substinet distinctionem, & ità obseruandum dicit

cit *Afflict. in d. conſtit. edict. num. 13. verſ. & prima quæſtio erit*; & ſi Iudex
3 vbi reperitur, recuſauerit, poterit fieri quærela, & poterit priuari, vt prędicitato loco dicit *Afflict. num. 14.* qui ſubdit, præfatam quęſtionem indigere Cęſarea deciſione.

Et in caſu, in quo ille Iudex reſcribat, quod non vult ei notificare, reſpondit idem *Bart. in tract. ad reprimendum, in verb. per edict. num. 12.* per hęc verba: *Videtur, quod non imputetur hoc reo, quoniam per eum non eſt factum, ff. quod vi, aut clam, l. 1. §. fin. Sed ſecundum hoc, Iudex non poteſt expedire proceſſum; ergo dic, quod habebitur tanquã legitimè citatus; licet n. ipſe de ſe non impedierit citationẽ fieri; impediuit tamen defenſor eius, ſcilicet ſuus Superior, quod ſufficit, extra, de elect. cap. cauſam, in clem.* ibi, *verùm ſi propter appellati, vel ſuorum, &c. Vel dic, quod propter eius negligentiam poterit ipſe Iudex citare per edicta, vel nũtium, ſicut ſi eſſet in eius territorio, argum. cap. vbi rem actio, l. 2. & de Iudic. l. nulli, & quod ibi notatur, & hoc mihi placet.* Hæc *Bart. Oldr.* verò *in conſ. 88. n. 1.* notabilẽ diſtinctionẽ facit, quando citatio extra territorium contra ſubditum, arctat citatum, & conſideratur triplex locus, ſ3. in quo, & vbi, & ad quem.

4 Decretũ verò voluntariæ iuriſdictionis poteſt extra territorium exerceri, partibus non contradicentibus, Egid. *Bellamera dec. 649. de Iud.*

5 Et erit ſciendum, quod citationẽ per ædictum Iudex extra territoriũ contra exiſtentem in alieno territorio expedire poteſt, vt per *Hyppolit. ſingul. 203.* cuius forma, & in caſibus, in quibus poteſt practicari, tradit *Marant. in pract. in d. 6. p. de cit. à num. 83. verſ. primus igitur eſt caſus.*

6 Et practicatur quoque citatio hęc per ædictum in remedio capitulorũ Regni, & ità ego obſeruaui vti Delegatus.

Cùm enim pro parte Venerabilis Monaſterij S. Clarę de Neap. fuiſſet porrecta ſupplicatio Excellẽtiſſimo Domino, in Collaterali Conſilio, in qua aſſeruit, violentèr ſpoliatum fuiſſe Monaſterium poſſeſſione territorij in Ciuitate Puteolorum Monaſterio conceſſi per Reginam Sances in anno . . . per clericos prædictæ Diœceſis, implorando Regium Præſidium, ſeruata forma capitulorũ Regni, & pręſertim *capit. finis præcepti charitas*, in quo eſt prouiſum ſuper turbatione clerici contra clericum, petijt præſtari familiam cum expertis pro reintegratione.

Hocq; audito fuiſſet mandatũ, qd Spectabilis Reg. Sanfelicius ſuper ſupplicatis prouideat, ſeruata forma capitulorum Regni; quamuis enim
7 remedia hęc regulariter remittãtur ad S. C. attamen poterit Princeps id mandare Iuſtitiario, & alijs Miniſtris, quibus meliùs ipſi videbitur, prout aduertit *Campag. in addit. in cap. ad regale faſtigium*, ponderando verba directa Regi, à quo non videtur diſſentire *Reg. Marchio Belmontis in d. cap. finis præcepti charitas, in fin.* ibi, *quia illi commiſit*, argumento *tex. in cap. petimus 11. q. 1.* ibi, *infra etiam authoritate Iuſtitiarij, & in cap. ne liceat alicui, 17. diſtinct.* ibi, *per ſeculares comprimi Poteſtates.*

8 Ideò ſeruata forma d. Capit. fuit propoſitum ędictum generale, iuxta ea, quæ habẽtur per *Afflict. in conſtit. de burgenſaticis, & in deciſ. 2. & 24. nu. 3. verſ. ad effectum*, & ex *Campagna in cap. Regni ad Regale faſtigium num. 15. verſ. & per S. C. & per Marant. in practic. par. 4. diſtinct. 7. num. 62. verſ. 22. remedium*, & per *Regentem Marchionem Belmontis in d. cap. finis præcepti charitas, num. 9.* quam obſeruantiam fundat ponderando plures Canonicas Sanctiones, *Lucas de Penn. in l. ſi coloni, C. de agric. & cenſitis, lib. 11. nu. 30. verſ. noniſſimè quæritur, vſque ad finem.*

9 Cuius ædicti tenor eſt: *Ideò Vo-*

bis

bis, vt supra committimus, & mandamus, quatenus receptis præsentibus ad omnem instantiam, & requisitionem prædicti Supplicantis, vestrũ aliquis fuerit requisitus per hoc præsens publicũ citationis edictum affigendum in loco publico, vbi solitum est apponi, citet, moneat, atque requirat omnes, & quoscumque interesse prætendentes super contentis in præsenti memoriali, si sua putauerit interesse, eisq; mandet, quatenus infra dies nouem, quorum tres pro primo, tres pro secunda, & tres pro vltimo peremptorio termino assignationis comparere debeant coram nobis ad dicendum quicquid voluerint contra, & aduersus exposita, ad videndum iurare testes, & quare regale præsidium non sit præstandum, & defendendum violenter spoliatum, seù turbatum, aliàs eidem exponenti responsuri, processurique ad actus incumbentes pro deliberatione concedendi præsidium regale.

10 Et de citatione per edictum, in quibus casibus, & quomodo sit practicanda, loquutus fuit *Maranta in pract. par. 6. de citat. nu. 83. vers. quarta citatio*, & per *Rouit. in rub. prag. de cit. edict. aliisq;, rescriptis n. 3.* & per *Ioan. Baptistam Hodiern. in nouiss. addit. ad decis. Surd. in dec. 26.*

Hinc probato spolio cum violẽtia, si nemo compareat, accusatis debitis contumacijs, prouidetur, quod præstetur defensio notorio spoliato ad recuperandam possessionem, & cesset turbatio facta per talem clericum, donec iusta causa possessionis durabit, hæc forma decreti sumitur ex *Aff. in eadem Constitutione de burgensat. n. 3.* Et ita per me die 1. Decembris fuit prouisum, pœnès acta, quæ conseruantur per Scribam à Mandatis Iosephum Barrilem, & executum fuit cum accessu Tabularij.

Et insuper de iustitia procedendi ad reintegrationem in beneficium spoliati vide *Franciscum Marcum in dec. Parlamẽti Delfinalis 428. to. 1.*

11 Verum, si clericus, qui fuit citatus *si sua putauerit interesse*, compareat, non expresso, cuius nomine veniat, & se opponat, & dicat, quod nõ spoliauit, sed iure permittẽte ipse possidet, quia ipse sic comparendo est actor, tunc Iudex laicus seruato ordine iuris, debet procedere, sicuti quãdo clericus petit iustitiam à Iudice laico, non poterit destinare forum, quia sua comparitio est voluntaria, non necessaria, *Aff. in d. Const. nuiq; vers. secunda quæro, Campag. in d. c. ex regale fastigium, n. 17.*

Si tamen comparens producendo scripturas, ex quibus constat, non fecisse nec facere violentiam, nec turbare prætensum possessorem, vel petendo remissionem, & hoc casu non procedit Iudex laicus via ordinaria, sed etiam via extraordinaria, cognoscendo tantùm si adest violẽtia & turbatio, & quotiescumq; apparet nullam adfuisse violentiam, nec turbationẽ Sac. Cons. negat regale præsidium, vt habetur *per Ann. alleg. 7. Aff. in d. const. de burgensi n. 8.* & ita obseruatum refert *Reg. Capyc. Latro dec. 69. n. 19.*

Et si iudicatum sit, esse præstandũ regale præsidium, non est prohibitũ nullitates allegare, quibus obstantibus fuspenso decreto, prouidetur, quod audiatur, ita obseruatum testatur *Regens Carol. Tapp. in d. c. suis præcepti charitas n. 9.*

Aduerto tñ. q; in hoc Capitulorũ Regni remedio, quia nõ procedit in forma iudicij, sed per viam extraordinariæ cognitionis, vt Rex tanquam Dominus Regni non permittat turbationes in Regno suo, quia agitur de summaria cognitione possessoris non datur repulsa, nec com-
13 petunt beneficia, & ita iudicatum fuisse refert *Ann. alleg. 84. in fine*, & denegatur restitutio aduersus iudicatum *Reg. Tapia dec. S. C. 44. in fine.*

Vnde p parte Episcopi, & Cleri fuit oppositũ, petẽdo, declarari nullũ de-

decretum, & actum restitutionis possessionis sequutum, quibus nullitatibus propositis, quia non videbatur obstare, & nō defuit vnus ex dominis, experientia & doctrina ceteris secundus, q audacter, eis nō obstare acclamauit, & ita cēsuit Coll. Cōs. p maiori parte. Verum visū fuit, remittendam esse causam ad Sac. Consilium, reductis prouisionibus Coll. Consil. ad ius & iustitiam sub die 1. Octobris 1643. interuenientibus
14 Ill. Duce Belwederij, Spectabilibus Regentibus Bernardo Zusia, Mathia Casanate, Ferdinando Azcon, & Ill. Marchione Hectore Capycio Latro vnà mecum.

15 Mosi ex antiqua obseruantia, qua sēper fuit solitū cognitione, virtute Capitulorum Regni ad S. Clementis, sublato spolio cum iuxta Sac. Canones, cognitionis ordinario certamine, quę in ecclesiarum personas, atq; negotia, Iudex laicus non potest cōmuni censura rationabiliter exercere, ad ecclesiasticos Iudices spectaret, quod protestatus fuit sapiens, & pius *Rex Robertus in cap. finis præcepti charitas*, per hæc verba: *Non exigentes nos cognitionis ordinario certamine, quæ in ecclesiarum personas, & negotia non possetis communi censura rationabiliter exercere*; exijtq; decretum in forma, quę sequitur:

In Causa Reuerendi Episcopi Puteolorum cum Regale Monasterio S. Clarę huius fidelissimæ Ciuitatis, vt in actis, &c.

Die primo mensis Decembris 1643. Neap.

Facta de omnibus relatione S.E. in Collaterali Consilio per Spectab. Regentem Io. Franciscum Sanfelicium Collateralem Consiliarium, & Commissarium Delegatum, &c. ac viso memoriali porrecto pro parte dicti Reu. Episcopi Ciuitatis Puteolorum.

16 *Illustrissimus, & Excellentissimus Dominus Vicerex, Locumtenens, & Capitaneus Generalis, &c. Prouidet, decernit, atq; mandat, quod Sacrum Reg. Consilium, reductis prouisionibus, Spectabili Regentis Sanfelicij ad ius, & iustitium super omnibus, tàm in petitorio, quàm in possessorio, etiam summarissimo, partibus auditis de iustitia prouideat. Hoc suum Brancia Regens, Zusia Regens, Sanfelicius Regens, Azcon Reg. Caracciolus Reg. Capycius Latro Prot. Ioseph Barilis Regius & Mandatis Scriba.*

17 Fuit q; decretum confirmatum in reclamatione *sub die 9. Iulij 1644.*

Quinimo non obstante instantia pro accessu repetita voce pro parte Monasterij, ex qua visura clarè apparere iustitia Monasterij dicebant eius Aduocati, nulla habita ratione de hac petitione, fuit confirmatum decretum, mediante decreto, cuius sunt verba vt:

In Causa Reuerendi Episcopi Ciuit. Puteolorum cum Regale Monasterio S. Clarę huius fidelissimę Ciuit. vt in actis, &c.

Die 9. mensis Iunij 1644. Neap.

Facta de omnibus relatione S. E. in Collaterali Consilio per Spectabilem Regentē Sanfelicium Collateralem Consiliarium, & Commissarium delegatum.

17 *Illustrissimus, & Excellentissimus Dominus Vicerex, Locumtenens, & Capitaneus Generalis, &c. Prouidet, decernit, atq; declarat, bēne fuisse prouisū per Collaterale Consilium sub die prima Decembris 1643. Hoc suum Brancia Regens, Zusia Regens, Casanate Regens, Sanfelicius Regens, Caracciolus Regens, Salamanca Regens. Ioseph Barilius Regius à Mand. Scriba.*

Verum introducta causa in Sacro
18 Consilio, per Sacrum Consilium sub die 16. Ianuarij 1645, fuit dictū, esse concedendum accessum super faciem loci, optimo iure; probatio enim per ēuidentiam rei à iure permissa est in qualibet parte iudicij, etiam in iudicio summarijssimo, vt est dictum supra, & dicam *alibi*.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Citandi qui sint in quolibet negotio.*
2 *Et quid in causis tangentibus Capitulum alicuius Ecclesiæ, vel Communitatem*
3 *Subscribens se vt testis, non videtur approbare ea, quæ in testamento apponuntur.*
4 *Rei debendi si plures sint contra citatos tantùm, est procedendum. Quid si alij rei præsentes sint, n. 6.*
5 *Quid si quis de ea re, cuius actio, vel defensio primò sibi competet, sequentem agere patiatur.*
7 *Habens duos reos, vel duos obligatos insolidùm pro debito, an possit conuenire, quem vult pro toto debito, alijs non requisitis.*
8 *Sententia lata contra venditorem, an obstet emptori non citato.*
9 *Eique faciat aliquale præiudicium.*

ARGVMENTVM.

Quolibet in negotio, qui sint citandi, & quando præiudicetur non citatis.

SECTIO XXXI.

SED vt omninò materia citationis explicetur, monendum erit, quòd in quolibet negotio citãdi sunt omnes, quibus negotium
1 tangit, & non citatis, non nocet, quãuis sit Vniuersitas, seù Collegium, *l. signi appellatione, §. 1. ff. ad exhibendum.*

Item quod libellus potest dari contra Communitatem, sicut cõtra quamlibet singularem personam, quò ad rẽ pertinentem ad ipsam Vniuersitatem vel ad ipsum Capitulum, sed non afficit singulares de Capitulo, quamuis essẽt etiam citati particulares de Capitulo, *Iacob. Puteus lib. 1. decis. 9.* facit *tex. in l. Caius Seius, ff. de pignorat. act.* vbi subscribens se vt testis, non videtur approbare ea, quæ in testamento apponuntur.

2 At in causis tangentibus Capitulum alicuius Ecclesiæ, sufficit, quod citetur Oeconomus Ecclesiæ, *tex* notabilis in *l. omnes, §. hoc nihilominus, C. de Episc. & Cleric.* idem de Guardiano fratrum minorum, in procuratore fratrum Prædicatorum, in Consulibus Vniuersitatis, argumento *d. l. omnes*, & ità seruari de stylo in Curia Parlamenti, & alijs Curijs Patrię Delfinalis, testatur *Guid. Pap. dec. 321.* vbi addens & Vniuersitatẽ citari posse, citando caput eius, *Bar. in tract. ad reprimendum, in verbo citatum.*

3 Et si plures essent rei debendi, contra citatos tantùm est procedendum; *l. de vnoquoque, ff. de re iudic.* nihilquè nocet non citatis, *l. sæpè, ff. eod.*

4 Quod quidem limita, cum quis de ea re, cuius actio, vel defensio primò sibi competit, sequentem agere patitur, nàm in hoc casu etiam ipsi non citato iudicatum obest, *d. l. sæpè, vers. sed scientibus.*

5 Item limita, si præsentes fuerint rei, quamuis non citati, per ea, quæ supra diximus, & facit *text. in l. quidem 12. ff. de action.*

6 Item limita in duobus reis credendi insolidùm, *l. 2. ff. de duobus reis.*

7 Et nota, in duobus vel pluribus obligatis insolidùm, quod habẽs duos reos, vel plures obligatos insolidùm pro vno debito non potest conuenire, quem vult pro debito, nisi primò etiã alij fuerint requisiti, seù interpellati, & fuerint in mora, *Hyppol. sing. 278.* authoritate *Paul. de Castr. in l. exequutione, circa princ ff. de verb. oblig.* vbi pro hoc allegat bonum *text. in l. fideicom. in §. penult. ff. de leg. 3.* & idem dixit *Alex. in l. 2. in §. & earum, post princip.*

Digitized by Google

ff.de verbor.obligat. & in *eod.§.ex his*, ipſe *Hyppolit.* tenet, pro quo dicit facere dicta per *Abbat.in cap.cum Deputati*, *in 5.colum.de Iudic.*

8 Item limita in emptore, quando sẽtentia fuit lata contra venditorem; nã exceptio rei iudicatę à perſona authoris ad emptorem tranſit, & obſtat emptori, non citato, retro autem ad Authorem ab emptore reuerti non debet, *l.ſi à te, §.Iulianus, ff.de excep.rei iudic.* quam pro ſecundo dicto allegat *Andr. in §.de Manſo, in fin. de controuerſ. inueſtit.*

9 Limita quoque quòad quale quale præiudicium non citatis, ità quod poteſt deueniri ad iuramentum ſemiplenæ probationis, *gloſ.in l.ſi duo Patroni, in verbo habiturum, verſ. item nota, ff.de iure iur.*

SVMMARIVM.

1 *Citatoria littera quomodo ſint denunciandæ de perſona, vel domi ſolitę habitationis.*
2 *Verba* ſolitæ habitationis, *quomodò intelligantur.*
3 *Et an neceſsè ſit perſonalitèr requirere citandum.*
4 *Citandus quis eſt in domo, vbi degit tẽpore citationis, quamuis in ea non habitet.*
5 *Et quid ſi eſſet extra Ciuitatem in certo loco.*
6 *Et quando ſufficiat, quod notificetur vxori.*
7 *Qui ratione officij habet aliud domicilium, an valeat citari in domicilio originis.*
8 *Qui habet duas domos, in qua facienda eſt citatio?*
9 *Citari quis an poſſit ad hoſpitium?*
10 *Et quando ſufficiat denũciari procuratori?*
11 *Conuentus ſi domum non habeat, & procuratore careat, quid agendum?*
12 *Et quid ſi fraudulenter ſe abſentauerit.*

ARGVMENTVM.

De forma citationis ratione loci, in quo eſt citandus reus.

SECTIO XXXII.

1 LIteræ citatorię ſunt denunciãdæ perſonæ, vel domi ſolitæ habitationis, vt *in l.licet*, C.*de repudijs*, & iuxtà declarationes *Matth.de Affict.in conſtit. citationis littera*, vbi copiosè de ordine citãdi habetur, & declarant hæc verba, *ſolita habitationis*, DD. relati per *Verall. in dec.*11.*n.*2.*p.*1. ſitquè citatio altero ex his modis ad electionẽ actoris, nec
3 eſt neceſsè reum perſonalitèr perquirere, cùm hoc operetur *pragm.* 2.*de ord. Iudic.* vt aduertunt authoritatę *Bart.in l.*4.§.*Prætor, ff.de damno infecto*, *Matt. Matthęſil.in ſing.*84. *Marãt. in* 1.*memb.*6.*p. num.*127. *in fin.* & ſi facta domi inducat ſolam præſumptã ſcientiam, vel non videas *Gratian. diſcept.for.diſcept.*708.*num.*16.
4 Et ꝙ intelligi debeat de domo, in qua degit tempore citationis, notat *Bar.in d.l.*4.§.*ait Prætor, col.*2.*verſ.ſed quid ſi maior pars, ff.de damno infecto*, & tradit *Imola in conſ.*105. *in cauſa, quæ vertitur, col.*1. *Verall. deciſ.*117. *num.*2. quamuis ipſe eam non habitet, *Affict.in d.conſtit.citationis litera, n.*4. *in* 3 *notab.*
5 Verùm, ſi tunc eſſet extra Ciuitatem in certo loco, ibidem eſt citãdus, *Verall.in d.deciſ.*117.*per.*1.
6 Sed ſufficit, quod notificetur vxori in domicilio mariti, niſi non ſit in domicilio mariti, *Guid. Pap. deciſ.*445. *Mynſing. obſeruat.*37.*centur.*3.
7 Et licèt ratione officij habeat aliud domicilium, nihilominùs valet citatio facta ad domicilium originis, vt probat *Boer.deciſ.*11.*num.*1.

Et

8 Et in habente duas domos, quod denunciatio facienda sit in ea, in qua familiam habet, & vxorem, vt valeat citatio, *Grat. discept. for.* 697. *num.* 25. quamuis absit citatus ait ipse, & *Affl. præcit. loc. Rebuff. in const. Regni Frãciæ, de cit. art.* 2. *glos.* 3. *tom.* 3. quamuis alibi stationem habeat, ibique continuò artem exerceat, *Bart. in d.* §. *ait Prætor, num.* 8. pro quo est casus *in l.* 1. §. 1. ibi, *familiaritèr, ff. de liberis agnoscendis.*

9 At si fiat ad hospitium, quod non valeat, quia non dicitur facta ad domũ habitationis, sed debeat fieri personalitèr, vel per ædictum, addit *glos.* §. *item quis, in verbo habitare, institutionibus, de obligation. quę ex quasi delicto, Bar. in l.* 1. §. *habitare. ff. de his, qui deiecerunt, vel effuderunt, & in l.* 4. § *Prætor, ff. de damno infecto*, refert, & sequitur *Alex. in l. Prætor ait, col.* 2. *in princ. ff. de damno infecto, Ozasc. decis. Pedem.* 71. *nu.* 2.

10 Potest tamen denunciari Procuratori, quando agitur actione reali, secùs si actione personali, *Vincent. de Franch. decis.* 177. *num.* 5. *glos. in Clement. causam, in verbo appellatum, de elect.* & ibi notat *Imol.* post *Ant. in penult. col. & Cardin. in vers. intimatio,* 3. *quæst.*

11 Quod si conuentus domum non habeat, procuratoremque careat, quid agendum sit, tractat *Afflict. in d. constit. Regni citationis literæ, Marant. in d.* 1. *memb.* 6. *p. num.* 83. 98. & 130. *Capyc. decis.* 87. *in prine. Bald. in l. ab hostibus, ff. ex quibus causis maiores*, vbi notat modum procedendi contra hos, dicẽs, quod per Iudicem datur curator, cum quo procedatur, per *glos. in l. ab hostibus, in verbo si quamuis*, & similis, *glos. in l. cum cognatos, in verb. obseruatione, C. de captiu. & postlimin. reuers. & in cap. caterum, de iuram. calumnia.*

12 Et quid si fraudulẽtèr qs se absẽtauerit, *Innoc. in cap. si aduersarius, de eo, qui mittit in possess. causa rei seruandæ, Angel. in l. vt perfectius, C. de annalibus præscript.* vbi etiam quando fraudulẽtèr se absentare quis dicatur.

SVMMARIVM.

1 *Creditor citans pro rata vnum, cùm plures haberet insolidùm obligatos, vtrùm videatur diuisisse creditum.*

2 *Creditor si recepit sortem, an possit deinde agere pro interesse.*

3 *Quod si petijt, seù recepit partem, exprimendo quod petebat, seù recipiebat partem sibi contingentem, an tunc censeatur diuidere, & sibi præiudicet.*

4 *Quidquè si pars non sit integra, sed potùm aliquid deficiat.*

5 *Et tunc an præiudicet alijs.*

6 *Vel hoc faciat ex necessitate beneficij diuisionis.*

7 *Et de contrario non protestetur expressè.*

8 *Vel si dixisset*, saluo iure solidi.

9 *Diuisio debiti quomodo fiat, pluribus obligatis insolidum. ex post facto reis debendi, si omnes sunt soluendas.*

ARGVMENTVM.

Creditor si recipiat partem ab vno ex pluribus obligatis, quando & quomodo intelligatur facta, vel fiat diuisio ex receptione partis, & quomodo fiat diuisio.

SECTIO XXXIII.

Dictum est, iudicatum nocere præsentibus citatis tantùm, & non obesse absentibus non citatis, nisi in casibus, de quibus supra dixi.

Digitized by Google

1 Nunc quæro quid è contra, vtrum noceat actori, qui cùm plures haberet inſolidum obligatos, vnum ex his pro rata citauit, & an tunc videatur per ipſum creditorem facta diuiſio.

Noſtri in hoc articulo in varias iuerunt ſententias eaſque contrarias, diſtingue ſecundum *Bald. in l. ſi ex toto, §. ſi ità ſcriptum, in fin. ff. de leg. 1.* quam diſtinctionem ſequuntur omnes DD. *Iaſ. in l. ſi creditores, C. de pactis,* qui *num. 3.* tenet, quod cùm creditor recipit ſolutionem ab vno ex pluribus debitoribus pro ſua rata, non poterit ampliùs inſolidum petere ab vno ex eis, limitat verò id quatuor modis, & per has limitationes concordat cum diſtinctione *Baldi*, nec recedit ab ea *Hartmanus quæſt. iuris, q. 9.* ipſamque laudat *Afflict. in deciſ. 142. in fine*, & ibi addens *Vrſill.* eam reaſſumens, & ità iudicatum fuiſſe teſtatur tàm in petente, quàm in recipiente, nàm quāuis eas *Bald.* ſeparet, tamen idem tenet in petente, quod in recipiente, refert *Afflict. præcit. loc. per dict. §. ſi ità ſcriptum*, & poſtmodum diſtinguit, q aut diuiſit actionem ſuam in omnes debitores, & ſibi præiudicat, quoniam totum ius ſuum deduxit in iudicio diuidendo, & ità loquitur *tex. in l. liberum, in fin. C. de fideiuſſoribus, Alex. d. §. ſi ità ſcriptum*, aut non diuiſit actionem ſuam in omnes, ſed petijt, aut recepit partem ab vno ſimplicitèr, & tunc, aut petijt, ſeù recepit partem de acceſſorio, putà de vſuris, & ſibi nõ præiudicat in ſorte principali, *l. nuda ratio, cum glo. C. de contrahend. & committend. ſtipulat. gloſ. in l. ſi pactum penult. ff. de pact. Iaſ. in d. l. ſi creditores, C. de pact.* ſecùs in ipſis vſuris, quod ſi ſponte minores vſuras per longum tempus reciperet, videretur remittere maiores, *tex. in l. qui ſemiſſes, ff. de vſuris*, eſtq; ad hoc videnda *deciſ. 27. Domini Hectoris Capye. Latr.* Collegæ noſtri meritiſsimi Marchionis Torelli.

2 Idemque erit, ſi recepit ſortem, nàm non poteſt deindè agere ad intereſſe, quando debetur officio Iudicis, quia tanquam acceſſorium ſortis, ea extincta per ſolutionem de per ſe, amplius peti non poteſt intereſſe, *Rota Gen. deciſ. 61.*

Et ſic ille, qui recepit ſortem, ſi nõ proteſtetur, videtur intereſſe remittere, & hoc procedit tàm in ſolutione voluntaria, quàm coacta, *Rot. Gen. d. deciſ. 61. ſupra num. 8. verſ. nam ille, qui recepit ſortem.*

Aut petijt, ſeù recepit partem de ſorte principali, & non præiudicat ſibi, quoniam non eſt diuiſio, ſed electio, *l. reos, C. de fideiuſſ. & d. §. ſi ità ſcriptum*, nàm videtur facta ad diminuendum cumulum debiti, & non ad inducendũ debiti diuiſionem, *Cyn. Oldrad. Bald. Salicet. & Moderni in d. l. ſi creditores, Iacob. de Aret. Bald. & Moderni d. §. ſi ità ſcriptum*, quos adducit *Iaſ. in d. l. ſi creditores, in 2. limit. Afflict. in d. deciſ. 142.* & refert ſic deciſum.

3 Aut petijt, ſeù recepit partem exprimendo, quod petebat, ſeù recipiebat partem ſibi contingentem, & tunc videtur diuidere, & ſibi pĩudicat *d. l. ſi creditores*, & facit *tex. in §. fin. l. ſi per imprudentiam, ff. de euict.* ſecundum vltimum intellectum *gloſ.* & ità tenent communitèr Scribentes, quos adducit *Iaſ. in d. l. ſi creditores, & in d. §. ſi ità ſcriptum.*

4 Et quamuis non ſit pars integra, ſed parum aliquid deficiat, adhuc diuiſio inducta eſt, *gloſ. in d. l. inter reos, §. 1. ff. de fideiuſſoribus*, cumulat multos DD. *Ann. alleg. 3. in fin.* & non ſolàm quo
5 ad ipſum debitorem ſoluentem partem ſibi contingentem, ſed etiam quò ad alios, etiam ſi eſſent mille, & tacitũ pactum prodeſt abſentibus, argumẽto *gl. in d. l. ſi creditores*, facit *tex. in l. poſt venditionem, ff. de leg. 1.* quæ notanda dixit *Bald. in d. l. ſi creditores, in fine, Hartman. q. iur. d. q. 9. in fin.*

6 Niſi hoc faciat ex neceſſitate beneficij diuiſionis, *d. l. inter reos, §. 1. Afflict. in d. deciſ. 142. Hartman. præallegat. queſt. 9. numer. 6.*

Aut

7 Aut nisi contrarium protestetur expressè, argum. *l. 2. §. 1. ff. si quis cautionibus, & l. stipulatus, §. fin. ff. de fideiuss.*

8 Vel si dixisset *saluo iure solidi*, ità tenent multi *DD.* relati per *Iaſ. in d. l. si creditores, in 4. limitatione*, & in *d. l. si ex toto §. si ità scriptum, 2. colum. nu. 12.* qui dicit hanc esse communẽ opinionem.

9 Sed si omnes obligati insolidum, essent soluendo, fiet diuisio ex dispositione *leg. ex post facto*, vt in pluribus fideiussoribus obligatis insolidum beneficio epistolæ *Diui Adriani*, diuiditur inter eos obligatio pro rata, *§. si plures, instit. de fideiuss. l. inter reos, §. 1. ff. eodem*, quod hodie idem competere pluribus reis debendi, quando omnes sunt soluendo, ex *tex. in auth. de duobus reis, in princip. et* vnde sumitur *auth. hoc ità*, C. *de duobus reis, Iaſ. in d. l. si creditores, in princ. vers. quædam est diuisio, quæ fit ex post facto, ex dispositione legis.*

SVMMARIVM.

1 *Creditor si minus petijt, vel recepit, quàm sibi debebatur, an sibi præiudicet circa solidum.*

2 *Et quid si fecit pactum de non petendo simpliciter.*

3 *Vel apposuerit particulam taxatiuam* tantùm, *aut similem.*

4 *Aut petijt pro resta, vel pro residuo.*

5 *Debitor per solutionem partis debiti, an dicatur totum debitum agnouisse.*

6 *Creditor si aliquem conueniat pro toto debito, cùm solummodò deberet consequi partẽ, an conuentus sit absoluendus ab expensis, & quid obseruetur, ibid.*

7 *Instante parte, totum actor petere debet, ne ipse in plura iudicia distrahatur.*

ARGVMENTVM.

Creditor an petendo, vel recipiendo partem debiti, præiudicet sibi quòad maiorem debiti quantitatem, & quãdo ab expensis excusetur conuentus; Per solutionem partis debiti, an soluens videatur totum debitum agnouisse.

SECTIO XXXIV.

1 QVID verò dicendum sit, si creditor minus petijt, vel recepit, quam sibi debebatur; frequens, & notabilis est disceptatio, & dico sibi nõ præiudicasse, quin totũ creditum petere possit, etiam si in prima petitione nõ fuerit protestatus de agendo pro residuo, sed ad illud iterum poterit agere, *l. si quidem*, C. *de transactionibus, & ibi DD. Bart. Salic. & Iaſ. in l. rationem. & ibi glos.* C. *de probat. §. si minus, institution. de action. & ibi Iaſ. Alber. in l. quidam æstimauerunt, ff. si certum petatur, Guid. Pap. q. 177. Vrsil. ad decis. Afflict. 142.*

2 Amplia hanc regulam, etiam si recipiens partem debiti fecit pactũ de non petendo simpliciter, nàm tale pactum restringitur ad partem solutam, *Cyn. in l. si ex maiore*, C. *de except. Afflict. decis. 285. num. 8.*

Ean-

Digitized by Google

3 Eandem verò limita primò, ſi creditor petendo aliquam ſummam apponeret particulam taxatiuam, *tantùm*, aut ſimilem, nàm tunc nihil aliud poſſet petere, *Doctores in dicta l. quidam æſtimauerunt.*

4 Limitatur ſecundò, quando creditor aliquam ſummam peteret pro reſta, vel pro reſiduo, nàm hoc modo petendo benè ſibi præiudicaret aliud petendo, *DD. in d. l. ſiquidē, C. de tranſact. Iaſ. in d. §. ſi minus*, & ibi etiam *Aret. inſtitutionibus de actionibus.*

Has duas limitationes tradunt *Ranchin.* addens *ad quæſtionem Guid. Papæ 177. & Vrſill. ad dictam Aſſlict. deciſ. 142. in fine.*

Aduerto tamen, id extra omnem difficultatem eſſe, quod ſ3. debitor
5 per ſolutionem partis debiti, dicitur totum debitum agnouiſſe, & ratificaſſe, vt eſt *tex.* notabilis, ſecundum *Paul. in l. ſed Iulianus, §. penult. in verſ. ſolnere ceperit, ff. ad Macedonianum, Matth.* addēs *ad dictam quæſtion. Guid. Pap. 177.*

6 Et ſi petendo totum, probaſſet partem, pro parte probata ferenda erit ſententia, *Guid. Pap. deciſ. 27.* & abſoluendus erit conuentus ab expenſis, ſi obtulerit partem debitam, quod ſi nihil obtulerit, cùm debuiſſet offerre id, quod ſcit ſe debere, tunc in expenſis erit condemnandus; eſt enim in mala fide nihil offerendo, & non habet locum illa regula, *poſſum totum negare, cùm plus petitur*, vt per *DD. in l. 1. §. ſi ſtipulanti, ff. de verborum obligat.* aduertit hoc *Ranchin. in additionibus ad dictam deciſionem Guid. Pap. in d. deciſ.* qui tenet, actorem plus petentem eſſe cōdemnandum ad omnes expenſas dictorum reorum, per *tex. in cap. vnico, de plus petitionibus.*

At pro veritate videndus eſt *Abbas in d. cap. 1. de plus petitionibus*, vbi agit, an iuri, & æquitati conſona fuerit opinio *Petr. Iacobi in tit. de action. ex locat. §. eum*, quam refert *addens ad prælleg. dec. Guid. Pap. 27.* per hæc verba: *Eſt aduertendum, quod ipſe ſenſit actori adiudicari debere expenſas, quòad ſummam, in qua obtinuit.*

Quò verò ad ſummam, in qua obtinet reus, fore adiudicandā reo, & ſic vterque ſecundum eum vincit & vincitur, partim ſcilicèt in principali, partim verò in expenſis, & pro opinione *Petri Iacobi*, facit dictum *Bald. C. de plus petitionibus, in l. 1. in 1. oppoſit. verſ. ex iſta*, ſed hoc non obſeruatur, prout *infra in pragm. temeritate*, dicetur.

7 Verùm ſi pars inſtat, quod totum petatur, ne ipſa in plura iudicia diuertatur, tenebitur totum petere creditor, ſecundum *Mattheſil. in ſingul. 115.*

SVMMARIVM.

1 *Citatoriæ literæ, infra quod tempus ſint denunciandæ, & quomodo ſint accuſandæ contumaciæ.*
2 *Modus, & forma relationis per Nuntium publicum, vel ſeruientem alicuius Curiæ.*
3 *Si vni commiſſa eſt exequutio, an poſſit per alium expediri actus citandi.*
4 *Actus citandi virtute legitimæ citationis nullam concernit iuriſdictionem Nuntij, vel Iudicis, cui committitur exequutio citationis.*
5 *Nec actus affigendi citationem factam.*
6 *Citatio poteſt denunciari in Eccleſia.*
7 *Citatus in dubio præſumitur domi.*
8 *Nuntius ſi omiſit in relatione clauſulā illam*, ſolitę habitationis, *vel* modo, & forma ſibi commiſſa, *an ſufficiat, ſi dixerit*, domi ſolitæ habitationis modo, & forma, vt ſupra.
9 *Et quid ſi citatus habeat duas domos.*
10 *Nuntij relationi regulariter ſtandum eſt.*
11 *Et quid ſi dubitari contingat de fide relationis.*
12 *Citatio infra quod tempus circumducatur.*

Cita-

Digitized by Google

12 *Citatio circumducitur, si ante vltimũ peremptorium moriatur conuentus.*
14 *Litis pendentia non inducitur per citationem circumductam.*
15 *Præscriptio non interrumpitur per citationem circumductam.*
16 *Iurisdictio non perpetuatur per citationem nullam, aut circunductam.*
17 *Litis pendentia non inducitur per citationem, in qua instantia est peremptа.*
18 *Instantia an perimat, quando ventilatur in consistorio Principis.*
Aut si in Sacro Consilio, n. 19.
Et quid in causis fiscalibus & ecclesiasticis, nu. 20.
Quidq; obseruatum fuerit in Collaterali Consilio ob præsentiam Domini Proregis, qui repræsentat personã Regis, n. 21.
22 *Contumace effecto iuxta practicam, de qua remissiuè, datur terminus in contumaciã, & cõuento denunciatur.*
23 *Et proceditur in contumaciam ad omnes actus vsque ad prolationem sententiæ inclusiuè; & antequam proferatur sententia contra absentem, & contumacem an sit admittendus allegans iura; Et quid si est cõtumax post litem contestatã in actione personali.*
24 *Consulitur quod mictat excusatorem, vel procuratorem, vel defensorem; & an hæ exceptiones continentes iura admittendæ sint sine mandato.*
25 *Causæ iustæ impedimentorum, quæ possunt allegari, & admitti, quæ sint.*
26 *Et an admittantur excusationes post scriptas interloquutorias condemnationum.*
27 *Et an admittantur petitiones excusatorum seù procuratorum infra tempus purgandi moram, relata decisione num. 28.*
29 *Contumacia impeditur allegato impedimento legitimo, & tunc prouidebitur iuxtà qualitatem impedimenti, nu. 29.*
30 *Quid si reperiretur contumax pro alio crimine, nu. 30.*
31 *Aut impedimentum esset ob inimicitiã.*
32 *Vel si allegaret exceptionem contra Iudicem, si fortè esset excommunicatus.*
33 *Exceptio pro parte citati, vel citandi, non admittitur in criminalibus, nisi infirmitatis, aut absentiæ, & captiuitatis.*
34 *Excusator absentis, an & quando admittatur, & quæ dicatur iusta absẽtia.*
35 *Infirmitas absentis citati, cùm allegatur, est dandus terminus congruus, loci distantia attenta ad præsentandã fidem infirmitatis cum mandato.*
36 *Contumax super tenore instrumenti liquidati seruata forma Ritus, statim carceratur, cessante excusatione.*
37 *Senes septuagenarij non carcerantur in publicis carceribus, sed eis assignatur loco carceris domus propria habitationis.*
38 *Priuilegia senectutis, quæ sint.*
39 *Septuagenarius obligatus postquam peruenit ad talem ætatem, non gaudet hoc priuilegio.*

ARGVMENTVM.

De modo, forma, & tẽpore citationis per epistolam, an & quando dicatur circũducta, & quid operetur. De instãtię peremptione, eaq; an perimat in Cõcistorio Principis, in causis fiscalibus, et ecclesiasticis, quidquè seruetur in Collaterali Consilio. De processu in contumaciã, et de impe-

Digitized by Google

pedimentis, quæ excuſant, et quando admittãtur excuſationes; Et an et quando ſeptuagenario admittatur detẽtio domi pro debito. De forma relationis, facta citatione, ac de contumacia citati non comparentis.

SECTIO XXXV.

DE tertia parte citationis, quæ eſt relatio, explicatis iam partibus prima & ſecunda, conſequẽs eſt, vt agamus hoc loco. Circa quod erit primò aduertendum ad tempus, infra quod ſint denunciãdæ literę citatoriæ, & ipſis denunciatis, quomodo ſint accuſandæ contumaciæ, & quando, ad euitandam circumductionem citationum, de quibus omnibus habetur per *Ritus Magnæ Curiæ* 123.221.223.225.226. & 227. ſecundum ordinem *Carauit.* refert *Carauit. in ritu* 183. *in principio, & in ritu* 123. *nu.* 8. & *Marant. in primo membro 6. partis nu.* 68.

1

Secundò, erit aduertẽdum ad modum & formam relationis per nuntium publicum, vel ſeruiẽtem ipſius Curiæ faciendæ, de quo eſt *ritus* 112 & 114. & ibi *Carauita*, & eſt diſpoſitum in *pragm.* 3. *de ord. iudicior.* notat *Affl. in conſtitutione Regni citationis literæ.*

2

Tertio, quod ſi vni commiſſa eſt exequutio citationis, poteſt per aliũ expediri actus citandi, quia actus citandi virtute legitimæ citationis, nullam concernit iuriſdictionem nuntij vel Iudicis, cui committitur executio citationis.

3

Sic etiam actus affigendi citationem factam, ſolùm concernit nudum miniſterium, tantò magis, quia iſtud miniſterium citandi per nuntium eſt paruum, & non magnum, ita fundat *Affl. in d. conſtitutione citationis literæ, nu.* 13. 9. *notab.*

4

Et ex hac ratione fuit aliàs deciſũ, poſſe actum citandi fieri in Eccleſia, vt in mea *deciſ.* 141. *n.* 2.

6

Et quod in dubio preſumitur quis citatus domi, *Petr. Bemintend. dec.* 57. *Præſ. de Franch. dec.* 322. *n.* 4.

7

Quod ſi in relatione ſit dictum, citaſſe domi, non adiecta clauſula, *ſolitæ habitationis, vel modo, & forma ſibi commiſſa*, an citatio valeat, vide *d. deciſionem Vincentij de Franchis* 322.

8

Verùm ſuſtinebitur citatio, cùm citatus vnam habeat domum, per *tex. in l.* 2. *ff. de liberis & poſthumis*, & incũbit onus citato ꝓbandi plures habere domos, *Bar. in l. ſi in rẽ, ff. de rei vendicatione*, & in *l. ſi quis ſeruo*, §. *inter duos, ff. de legatis ſecundò*, cõſuluit *Bal.* quem refert *Aret. in d. l.* 2. *de liber. & poſthumis.*

9

Cumq; in cauſa criminali in relatione nuntij, dicẽtis, ſe citaſſe, *modo, & forma, vt ſupra*, non adiecta clauſula, *modo & forma ſibi commiſſa*, pro nullitate ponderaretur pro parte citati, non conſtare fuiſſe adimpletum Iudicis mandatum, quod facta priùs perſonalitèr perquiſitione, fuit citatus domi, quia æquipollent verba illa, *modo vt ſupra*, & relatum dicitur eſſe in referente cum omnibus ſuis qualitatibus, *l. aſſe toto, ff. de hared. inſtit.* referente Magna Curia in Collaterali Conſilio fuit deciſum, *nullitatem non obſtare.*

Quinto, quod relationibus ſtandũ eſt iuxtà communem opinionem relatam per *Marant. in* 6. *par. ver. rectè concipiatur citatio, n.* 53.

10

Et ſi dubitari contingat de fide relationis, recurrendum eſt ad dicta

11

per

per *Menoch. in casu* 112. vbi plenè & dilucidè materia declaratur, & p *Io. Mileum in pract. criminali in edicti formula* §. *citatio, n.* 1. *lit. A. fol. mihi* 48.

Et quia solet, vt plurimum citatio facta circumduci; si scire cupis de obseruantia Magnæ Curiæ, in-
12 frà quod tempus dicatur circumducta citatio, vide *Affl. in d. Constitutione edictorum, nu.* 20. *vers. hodie in Magna Curia est obseruantia*.

13 Illud tamen certum est, quod circumducitur citatio, si ante vltimum peremptorium moriatur cõuentus, *Afflict. in constit. citationis literæ, num.* 161. & quod per circum-
14 ductam citationem non inducatur litis pendentia, *Bald. in l.* 1. *in princ. ff. de iniusuocando, & in l. fin. post principiũ, vers. in eadẽ gl. ff. de ignor. iuris, & facti, & in l. post ẽdictũ,* §. 1. *vers. extra quæro, ff. de Iudic. Felyn. in cap. illud, de præscriptionibus, Afflict. decis.* 366. *in fin. & in constit. eorum fraudibus, num.* 5.

15 Nec per talem citationem interrumpitur præscriptio, *Caranit. in*
16 *d. rit.* 123. nec perpetuatur iurisdictio, sicut nec per citationem nullã, *Tiraq. in retract. consanguineor.* §. 8. *glos.* 11. *num.* 3. & 4. *fol.* 137. *in nouissima impressione.*

17 Nec per citationem, in qua instãtia est perempta, inducitur litis pẽdentia, *Bald. in l. si pater, C. mandat. Gramm. decis.* 103. qui ampliat, etiam si per Principem esset insufflatus spiritus vitæ, *Rouit. decis.* 74. *num.* 8.

18 Quod cessat quando causa ventilatur in conciſtorio Principis, *Bald. cons.* 218. *vol.* 3. *num.* 5. *& per Vrsill. ad decis. Afflict.* 283. *nn.* 9. & si *Afflict. in d. decis.* 283. non seruari in Sacro Consilio referat, verùm si coram Rege agitetur, non datur peremtio instantię, *Bald. d. cons.* 218. *vol.* 3. *num.* 5. *vers. certè non habet locum, quando causa est in conciſtorio Principis*, præcipuè coram Sereniſſimo Rege, qui dedignatur legibus subijci, nõ tamen dedignatur Sacros Canones imitari, quia Rex habet liberũ arbitrium, & non ligatur lege instantiæ, secundum *Bart. in l. si in lege, in princ. ff. locat.* & firmat *Alex. cons.* 50. 2. *vol.* incipit *visis actis causæ*, & dato,
19 quod in Sacro Consilio detur instantia, quia Sacrum Consilium non habet liberum arbitrium, sicut habet Rex, propterea datur instantia in Sacro Consilio, & coram Rege non est dare instantiam, quia habet liberum arbitrium.

20 Nec etiam in causis fiscalibus, aut Eccleſiasticis, *cap. venerabilis* 20. *de Iudic* refert *Afflict. in constit. hac lege, in* 3. *not. num.* 6. *in fin. vers. sed in contrarium facit, quia Rex habet liberum arbitrium*, pro quo facit etiam, quia partibus litigantibus non potest defectus imputari, nec Iudici, sed in potestate Principis tantùm est, donec ipse faciat eam introduci, & à Proregibus, secundum morem dirimi, *auth. sed & lis, de tempor. appellat.*

21 & ita obseruatum fuit in Collaterali Consilio, per quod fuit prouisum, quod oppoſita desertione non obstante procedatur ad ea, quæ incumbunt, quia Prorex Regis propriam personam repræsentat, tamquam Vicarius & Locumtenens, quo casù potest omnia, quæ ipsemet Rex, & etiam vigore ampliſſimorum titulorum, seù commiſſionum, quas tenet, in quibus cõstituitur Alter Ego, *de Ponte in tract. de potest. Proreg. de prouisionibus fieri solitis, tit.* 1. *num.* 1. *& de assensibus Regis super alienatione feudorum,* §. 6. *num.* 3. & decreta prouisioneſquè Regis nomine proferũtur per verba, *S. E. mandat, prouidet, & decernit.*

At in causis vertentibus coram Delegatis, oblatis precibus in Collaterali Consilio, prouidetur vt infra:

Illustriſs. & Eccellentiſs. Sig. L'Abbadeſſa, & Monache di S. Antonio de Padoa

eſponeno à V. E. come hauendo li anni paſſati conuenuto nel Sacro Conſeglio il Principe di Conca D. Antonio Orſino à rifarli il danno patito da eſſe per hauer li Padri di S. Pietro à Mayella tagliato, & leuato il ponte, & Choro, per il quale dalla caſa per eſſe comprata ſi andaua in detta Chieſa, & eſſendo compilato proceſſo nel Sacro Conſeglio auanti il Cõſigliero de Angelis, tutte le cauſe di detto Patrimonio di Conca ſtanno delegate al Spettabile D. Franceſco Merlino, è perenta l'inſtanza, ſupplicano perciò V. E. ordinare, che non obſtante la perẽptione d' inſtãza ſi proceda in detta cauſa nelli termini ſe ritroua, hauendo mira alle ſpeſe, ſeruata la forma della Reg. Pragmatica, & l' haueranno à gratia, vt Deus, &c:

Spectabilis D. Franciſcus Merlinus Commiſſarius Delegatus inſufflato ſpiritu vitæ in cauſa prædicta procedat, & iuſtitiam faciat, habita ratione expenſarum, quæ de iure habenda erit, ſeruata forma Regiæ Pragmaticæ. Sanfelicius Regens.

Seſtò, erit aduertendum, quod legitimè citatis cum ſollemni, vt ſupra relatione, & accuſatis contumacijs, vt ſupra remiſſiuè dictum eſt, non allegata iusta impedimenti cauſa accuſantur cõtumaciæ, & citatus remanet contumax, iuxta praxim traditam per *Foller.* & per *Marant. par. 6. in 2. membro Iudicij, de contumacia*, vbi latiſſimè de effectu contumaciæ per *Afflict. in conſtit. contumacia.*

Et inſuper quod actore petente terminum in citati contumaciam datur, & conuento denunciatur, ſi tamen non fuit citatus ad recipiẽdum,

23 quo casu nõ denunciatur, & proceditur in cõtumaciam ad omnes actus, vſque ad ſententiam diffinitiuam incluſiuè, & an admictatur allegans pro eo iura cauſę, & in quibus poſſet audiri, *Afflict. in præludijs conſt. in q. 12. nu. 13. verſ. vt Iudex antequam condẽnet abſentem contumacem*, & per *Iſer. in conſtit. edictorum, in verbo excuſatur, & quæ dicam infra.*

Et quid ſi eſt contumax poſt litẽ conteſtatam in actione perſonali, & it prouiſum per *conſtit. Regni poſt litem conteſtatam*, vbi *Afflict.*

24 Conſilium dat *Bart.* quod mictat excuſatorem *in l. 2. §. ſi quis in iudicio, num. 3. in fin. ff. ſi quis cautionibus*, *Afflict. in d. conſt. edict. num. 26.* conſuluit, quod mictat procuratorem vel defenſorem cum ſpeciali mandato, quod idem eſt, & an exceptiones cõtinentes iura admicti debeant ſine mandato, *Bar. in l. 1. §. ad crimen, n. 18. verſ. dic ergò ſic, ff. de public. Iudic. Afflict. in conſt. edict. & Iſern. in verbo excuſator.*

25 Et quæ ſint iuſta impedimenta, tradit *Calder. deciſ. 5. Specul. in tit. de citationibus*, §. 1. quæ autẽ poſſint cõtra citationem excipi, & omnes cauſæ probabiles arbitrio Iudicis excuſant, *l. 1. ff. ex quibus cauſis maiores*, & & ibi *Scribentes*, & inter cæteras ratione ventris in muliere pregnante, donec pariat, & recubuerit, *Guid. Papa q. 256.* & ibi *addentes* eſt prouiſum in Regno per *rit. M. C. 267.*

26 Verùm hę excuſationum petitiones tàm ciuiliter, quàm criminaliter non admictuntur, poſtquam citati Curia ſedente pro Tribunali facti ſunt contumaces & ſcripta eſt interloquutoria condemnationis, per *rit. M. C. 268.* & ibi *Carauit. in 1. notab.* ad quod facit *tex. in l. penult. ff. de reſtit. in integrum.*

27 Nec admictuntur petitiones excuſatorum, ſeù procuratorum infrà tempus purgandi moram ideſt vſq; ad primum ſomnũ, præſentando pro citato comparitionem de ſerò, allegans citatum reperiri infirmum, & abſentem in loco, in quo poteſt accedere Iudex ante primum ſomnũ,

28 petendo Iudicis acceſſum, & ita fuit deciſũ per S. Conſ. ex decreto, cuius tenor inſertus eſt in mea *dec. 32. n. 5.*

29 At allegato legitimo impedimẽto per amicum, ſeù procuratorem impedi-

Digitized by Google

peditur contumacia, & per Iudicem prouidetur, iuxta qualitatem impedimenti, & datur terminus ad comparendum, vel denunciandum.

30 Verùm si reperiretur contumax pro alio crimine, & etiam banditus, quoniam tunc quia pro contumace nemo loquitur, vt in *rit.* 220. nulla dilatio ad comparendum dari debet & ità obseruari refert *Caran. rit.* 263. *in fin.*

31 Secùs si impedimentum esset ob inimicitiã, excusando se per inimicitias non posse comparere.

32 Vel si allegaret exceptionem cõtra Iudicem, si fortè esset excommunicatus, vel alias exceptiones.

33 In criminalibus verò nulla admittitur exceptio pro parte citati, vel citandi, aut citandorum per procuratorem, nisi fuerit exceptio infirmitatis, aut absentiæ, aut captiuitatis per decretum Reginalis Consilij, vt in *rit.* 269. secundum ordinem *Caranit.*

34 Et an, & quando excusator absentis admittatur, & quę dicatur iusta absentia dixi in *decis. mea* 31. & 32.

35 Et allegata infirmitate absentis citati, est dandus terminus congruus actenta loci distantia, & præsentanda est fides infirmitatis cum mandato, vt disponitur *in prag.* 7. & 8. §. 8. *de liquidat. instrum.*

At cessante excusatione, non existẽtibus impedimentis, remanet cõtumax, vt *suprà* dictum fuit, & contu-

36 max super tenore instrumenti liquidati, seruata forma *ritus*, statim carceratur.

37 Nisi ij sint senes septuagenarij, qui nullo modo detinẽtur in carceribus p debito, & ità in visitationibus passim seruari testatur, & fundant *Steph. Grat. in discept. forens. tom.* 2. *cap.* 328. *num.* 14. *Philip. Pasqual. in tract. de patria potest. p.* 2. *cap.* 9. *num.* 83. *Io: Bapt. de Thoro in compendio decis. Neapol. in verbo senes septuagenarius*, sed do-

38 mus assignari loco carceris solet, & in dies passim per Collaterale Consilium expediuntur prouisiones, & in *d. discept. forens. cap.* 805. *tom.* 5. fundat, & refert priuilegia senectutis, in qua ætate, & nouissimè adijcitur clausula, *dummodò non sit debitor Fisci*, ordine Collat. Consilij.

39 Iidem *Scribentes* limitant quando aliquis septuagenarius tunc temporis se obligasset cum iuramento in aliquo contractu, hoc casu non gaudent tali priuilegio, quasi tunc non superueniat istud ius, & exceptio post contractum, & renunciationem, sed inerat tempore obligationis, vndè non videtur considerabile beneficium senectutis, *Gratian. in d. discept.* 328. *num.* 20. *Pasqual. in d. par.* 2. *cap.* 9. *eod. num. vers. verùm nõ videtur, Thor. in cit. loco, vers. quod limitant non procedere.*

DE FORMA PROCEDENDI IN CAVSIS post citationem.

RElatione citationis, vt supra facta, si reus conuentus in termino negligens in comparendo fuerit, & actor eius contumaciam accusauerit, triduo post dictam incusationem elapso, contumax habeatur, procedaturque ad primi decreti interpositionem, vel ad dationem termini ad probandum ad electionem Actoris, qui si viam primi decreti elegerit sine alia citatione in possessionem bonorum conuenti, ponatur pro mensura debiti per Iudicem declarandi, & per partem petentem liquidandi ante ipsius decreti interpositionem ex

primo decreto; poſſit tamen contumax contumaciam purgare infra tres menſes continuos á die interpoſiti decreti per reſtitutionem expenſarum, & per præſtationem cautionis, ſecundum Ritum Magnę Curiæ.

A ſupradicta tamen contumacia excuſetur, qui ſe iuſto impedimento impeditum docuerit, quem iuſtè impeditum Iudex reſtituere debeat ad tempus, iuſto impedimento decurſum.

SVMMARIVM.

1 *Declinatoria fori amittitur ob contumaciam, etiam purgata contumacia.*
2 *Non tamen præiudicat Baroni, & clerico.*
3 *Contumax non poteſt petere compromiſſum, ſeruata forma* pragmaticæ Odia litium.
4 *Perſona priuilegiata an poſſit, purgata contumacia, eligere Iudicem, & declinare forum virtute* conſtitutionis ſtatuimus, vt Magna Curia.
5 *Priuilegio conceſſo vidnis, pupillis, & alijs perſonis miſerabilibus renuntiari non poteſt.*
6 *Contumaci denegatur audientia.*
7 *Quomodo obſeruetur in Regno, & decretum refertur.*
8 *Non ſolùm in cauſa, in qua eſt contumax, ſed etiam in alijs, ſi Iudici videbitur.*
9 *Quod per decretum exhibendum eſt.*
10 *Contumax ipſo facto non incurrit pœnam, niſi dixerit Iudex, & tũc nec audiẽtiam poterit denegare in cauſa.*
11 *Contumaci denegatur appellatio.*
12 *Pœnæ contra contumaces, quæ ſint.*
13 *Pupillus maior non incurrit in contumaciam.*
14 *Contumax vt quis dicatur, requiritur peremptorium.*
15 *Pupillus minor non poteſt ſolus comparere, ſed requiritur præſentia curatoris.*
16 *Stipulatio per ſeruum apud Magiſtratum fieri debet, & quomodo ſit obſeruandum pro ſtipulatione, impedito principali, & periculum Magiſtratus non eſt, & quomodo fuit obſeruatum per Collaterale Conſil. in renuntiationibus ſtipulare.*
17 *Pupillus minor non poteſt pro debito carcerari.*
18 *Quamuis eſſet cum iuramento obligatus.*
Præſertim ſi eſſet enormiſſimè læſus, num. 20.
19 *Ritus ſuper liquidatione inſtrumentorum eſt exorbitans.*
21 *Enormiſſima læſio cum adeſt, non eſt opus abſolutione à iuramento, nàm dolus præſumitur.*
22 *Quid ſi contractus initus eſt cum authoritate tutoris, ſeù curatoris.*
23 *Mulieri, quæ ſe obligauit tamquam fideiuſſor ſuccurritur.*
24 *Et quid ſi ſe obligauit pro liberanda exequutione contra virum.*
25 *Maior etiam reſtituitur iuſto impedimento impeditus ex clauſula generali,* ſi qua mihi iuſta cauſa, &c.
26 *Item quando ſententia diffinitiua poteſt retractari per reſtitutionem in integrum ex dicta clauſula generali.*
27 *Excuſator mittendus eſt ad allegandũ impedimentum.*
28 *Et quid ſi Iudex non obſtante excuſatione pronunciet.*
Maximè ſi impedimentum ſit notoriũ, num. 29.
30 *Et quid ſi Iudex ignorabat impedimẽtum, & excuſator non oppoſuerit.*
31 *Reſtitutio in integrum vt petatur aduerſus contumaciam, requiritur ſemper qualis, qualis petitio.*
32 *Et ſufficit ſi incidenter petatur.*
33 *Reſtitutione petita ex iuſto impedimẽto, quomodo probandum ſit impedimentum.*
34 *Et quid poſt lapſum tempus appellationis?*
35 *Reſtitutio an competat contumaci ſuper*

tenore

Digitized by Google

tenore instrumenti virtute Ritus.

36 *Decisio Sacri Consilij refertur per quam fuit concessa.*

37 *Contumax non dicitur sine culpa, nec tenetur reficere expensas.*

Et quid obseruandum post editam pragmaticam, *quæ est* octaua de liquidatione instrumentorum in septimo capite, *num.* 3.

ARGVMENTVM.

De pœnis pro contumacia, contra quos locum habeant, & qui ab ijs excusentur.

SECTIO XXXVI.

EX hac pragmatica habemus in Regno sedem pœnarum, quas contumax contrahit, nos notabimus aliquas ex ijs, quæ frequentius accidunt in praxi.

1 Aduerto igitur, quod ob contumaciam amittitur fori declinatoria, *Affl. dec.* 133. ità vt nec purgata cõtumacia possit contumax eam opponere, per ea, quæ *infrà* dicemus.

2 Verùm Baroni, & clerico non fit præiudicium, ex adductis per *Ann. singul.* 120. *Vrsill. ad Affl. d. decis.* 133. *num.* 3.

3 Nec potest peti compromissum, seruata forma *Regiæ pragm. Odia litiũ*, cùm sit exceptio declinatoria fori, *Affl. dec.* 185. & ibi *addentes.*

4 An autem personæ priuilegiatæ cõprehensæ in *constit. statuimus, vt Magna Curia* possit purgata contumacia eligere Iudicem, & declinare forum, virtute dictæ *constit.* & dico, quod sic; nam ratio, quare contumax amittat declinatoriam fori, est quia, per contumaciam videtur renunciasse priuilegio fori, et exceptioni declinationis, *Caraui. rit.* 205. *num.* 5. idem *Affl. & Vrsill. cit. dec.* 133.

5 Et hinc priuilegio concesso viduis, pupillis, et alijs personis miserabilibus, quamuis renunciari non possit, vt dicunt *glos. & Bald. in l.* 1. C. *quando Imperator inter viduas, & pupillos*, rationem assignat *Caraui. rit.* 231. *n.* 4. si tamen sint contumaces

6 denegatur eis audientia, *l. sed si per procuratorem*, §. *vti prætor, iuncta glos. in verbo decretum, ff. ex quibus causis maiores* 25. *annis, in integrum restit. & glos. in l. cum contumacia, in verbo litis damno, ff. de re iudic.* & per *rit. M. Cur.* 220. *&* 269. & in Regno est expeditum, quia in eo pro contumace nemo debet loqui, vt refert *Carau. rit.* 269. *num.* 5. *vers. adeò quod in Regno*

7 *est expeditum*, & fuit obseruatum per Collaterale Consilium in causa inquisitionis de homicidio contra Scipionẽ Vespolum contumacẽ, contra quem quia Magna Curia, vti delegata procedebat, petijt mater delegationẽ esse suspendendã, & procedẽdum esse via ordinaria, verùm nõ fuit admissa, sed reiecta ratione contumaciæ, ea ratione quia pro contumaci nemo debet loqui, sub die 13. Aprilis 1644. ad relationem Magnę Curię, & notatum est in libro Secretarij Regni.

8 Nec solùm in causa, in qua est cõtumax, sed etiam in alijs, si Iudici videbitur, potest denegari audientia, *Alex. in l.* 1. §. *fin. num.* 14. *ff. si quis ius dicenti non obtemperauerit, Vincent. de Franch. dec.* 271. erit tamẽ denegãda audientia per decretum, *Bal. in c. grauis, col.* 4. *sub num.* 16. *vers. adde, de restitutione spoliatorum, & in l. consentaneũ, sub num.* 24. *vers. quod intelligo, C. quomodo, & quando Iudex.*

9 Nam si non dixerit Iudex, non incurrit contumax ipso facto dictam pœnam, *Ias. in l.* 1. §. *fin. num.* 21. *ff. si quis iusdicenti non obtemperauerit, Afflictus d. decis.* 133. *n.* 2.

10 Et Iudex poterit non denegare in

in cauſa, vtpotè quando cognouit contumacem non eſſe in euidenti calumnia, fraude, vel malitia, quia haberet pecunias, aut plura bona mobilia ſufficientia ad ſoluendum quæ cautè abſconderet, vt dicebat *Boer. deciſ. 326. ſub num. 3. verſ. & hoc verùm.*

11 Alia etiam pœna afficitur contumax, eſtquè quia ei appellatio denegatur, *l. ex conſenſu, §. fin. ff. de appellationibus, cum concordantibus*, imò ſi commiſſa fuerit, nulla erit, *Paul. de Caſtr. in l. poſt edictum, §. ſciendum, ff. de Iudic.*

12 Ceteras pœnas, quibus cõtumax punitur, habes per *Afflict. in conſtit. pœnam nouem vntiarum*, per *Marant in d. 2. membre*, & per *Foller. in verbo accuſantur contumacia.*

13 Prędicta limita in minore 18. annorum, in quo non poteſt contrahi contumacia, *tex. in l. contumacia, ff. de re iudic.* iuncto *tex. in l. contra pupillũ, ff. eod. tit.* nàm *text. in l. contumacia* dicit, quod contumax eſt, qui tribus ædictis præpoſitis, vel vno pro tribus, quod vulgaritèr peremptorium
14 appellatur, præſentiam ſui facere contemnit, ſequitur *text. l. contra pupillum*, dicens hęc verba: *Contra pupillum indefenſum, eumquè, qui Reipublicæ cauſa abeſt, vel minorem 25. annis propoſitum peremptorium nihil momenti habet*, & ibi notat *Bart. & Alex. num. 8.*

Quomodò autem citandi ſint infantes, & minoris ætatis, & contra eos ſit procedendum, dictum eſt ſupra *ſect. 5. num. 2.*

15 Et fulcitur ratione, nàm ſi citatur minor, non poteſt ſolus comparere, & in iudicio ſtare, ſed opus eſt præſentia curatoris, ſiuè in ciuili, ſiuè in criminali negotio, *l. in rebus, C. qui legitim. perſon. l. clarum, C. de authoritate præſtanda, Bart. in l. minor etiam, in fin. verſ. contra iſtam lecturam, ff. de minor. 25. ann. l. cum & minores, C. ſi aduerſ. rem iudic. d. l. contra pupillum*, ſi pupillus abſens ſit, vel fari non poſſit, ſeruus eius ſtipulabitur, ſi ſeruum non habeat, ſeruus ei emendus eſt, ſed ſi nõ ſit, vnde ematur, aut non ſit expedita emptio, profectò dicemus, ſeruum publicum, aut prętorem ſtipulari debere, verba ſunt *Iuriſconſulti in l. 2. ff. rem pupill. ſaluam fore*, ad cuius prætoris periculum non eſt, *inſtit. de ſatiſd. tut. & cur §. fin. gloſ. in dicta l. 2. in verb. apud Prętorem*, facit *text. dictæ legis 2.* pro eo, quod obſeruatur in impedito ad ſtipulandum; Actuarium, ſeù aliam perſonam apud Iudicem, ſeù Magiſtratum ſtipulari, & ità practicatum fuit apud Dominum Proregem Ducem Medinæ in donatiuo per Fideliſſimam Ciuitatem Suæ Maieſtati facto, dùm poſt deliberationes Deputatorum Ciuitatis recuſauerũt Deputati Sedilis Portus ſtipulare, & ne compellerentur, in Monaſterijs S. Laurentij, ſe cõtulerunt, & per alios eiuſdem Sedilis Patritium ſtipulari mandauit ſub diebus 16. Ianuarij, & 2. Februarij 1644. & ſic exequutum fuit præuio decreto Collateralis Cõſilj, vt patet ex ſequẽtibus decretis.

Super donatiuo milionis, & ducatorum centum mille facto per Fideliſſimam Ciuitatem Neapolis Suæ Captolicæ Maieſtati.

Viſa inſtantia Regij Fiſci, nec non Deputatorum Platearum huius Fideliſſimæ Ciuitatis, vz. Montaneæ, Portanouæ, nec non fideliſſimi Populi; viſa inſuper reſolutione dictarum Platearum pro exequutione concluſionum omnium quatuor Platearum, ſcilicet prædictarum, & Platheæ Portus pro effectu dicti donatiui milionis, & ducatorum centum mille pro ſeruitio Præfatæ Captolicæ Maieſtatis, & accenſa reſolutione, & ſupplicatione dictarum quatuor Platearum, vt ſupra, vt S. E. recipere dignaretur pro dicto ſeruitio, & effectu dicti donatiui aliquas impoſitiones, iuxta inſtitutionem dictorum Deputatorum.

Die

Die 16. Ianuarij 1644. Neap. facta de praedictis omnibus relatione S. E. in Regio Collaterali Consilio per Spectabilem Regentem D. Ferdinandum Azcon Commissarium, &c.

Illustriss. & Excellentiss. Dominus Vicerex, Locumtenens, & Capitaneus Generalis prouidet, decernit, mandat, & declarat, resolutionem, & subrogationem factam per fidelissimam Ciuitatem impositionis vnius grani pro quolibet rotulo carnis, & duorum granorum pro quolibet rotulo piscium, alterius caroleni pro quolibet tumolo ordei, auenæ, &c. & vnius grani pro quolibet rotulo niuis sub die 9. præsentis mensis, pro exequutione dicti seruitij milionis, & ducatorũ centum mille oblatam nomine dictæ fidelissimæ Ciuitatis S. E. & per ipsum acceptatam, esse reducendam in formam validę conclusionis, iuxta stilum consuetum, & debere subscribi per Deputatos quatuor Plathearum infra biduum peremptoriè, aliter dicto termino elapso, & subscriptione nõ facta prouidebitur, quod habeatur pro concluſa, & subscripta nomine dictæ fidelissimæ Ciuitatis, & pro dictorum exequutione stipulentur cautelæ cum destinatione personæ in actibus faciendis, pro vt iuris. Zufia Reg. Casanate Reg. Sanfelicius Reg. Azcon Reg. Caracciolus Reg.

Post quod decretum fuit latum sequens:

Super conualidatione conclusionis factæ per fidelissimam Ciuitatem Neapolis pro exactione alterum granorum septem, vltrà alios quinquaginta tres existentes super quolibet tumulo farinæ rotulorum quatraginta, & alterius caroleni pro quolibet tumulo ordei, auenæ, & aliorum leguminum, & marzullorum pro donatino milionis, & ducatorum centum mille facto per prædictam fidelissimam Ciuitatem Suæ Captolicæ Maiestati.

Die 2. mensis Februarij 1644. Neap. Visis conclusionibus factis per Illustr. Plateas Portus, Portanouæ, & Montaneæ, ac fidelissimi Populi, & alijs factis per Deputatus Illustrium Plathearum Mõtaneę, Portanoue, ac fidelissimi Populi sub die 30. Decembris 1643. pro exequutione conclusionum dictarum Illustrium Plathearum, considerationisque considerandis, &c.

Illustriss. & Excellentiss. Dominus Vicerex, Locumtenens, & Capitaneus Generalis, &c. super prædictis conclusionibus factis per dictam fidelissimam Ciuitatẽ Neapolis, & Deputatos dictarum Illustrium Plathearum sub die 30. Decembris 1643. circa exactionem granorum septem vltra alios quinquaginta tres pro quolibet tumulo farinæ rotulorum quatraginta, & alterius caroleni pro quolibet tumolo ordei, auenę, & aliorum leguminum, & marzullorum pro dicto donatiuo milionis, & ducatorum centũ mille facto per dictam fidelissimam Ciuitatem Suæ Captolicæ Maiestati, ac super cautelis celebrandis, cum omnibus declarationibus in illis apponẽdis, suum interponit decretum, pariter, & authoritatem præstat in forma; Et insuper viso memoriali porrecto per Deputatos Illustrium Plathearum Montaneæ, & Portanouæ, ac fidelissimi Populi, mandat, quod pro exequutione decreti Collateralis Consilij destinetur Cesar de Ianuario quond. Camilli vnus ex nobilibus Illustris Plathea Portus, qui interueniat tàm in cautelis stipulandis, quàm in omnibus alijs actibus necessarijs pro exequutione conclusionis eiusdem Illustris Plathea Portus, cum alijs Deputatis dictarum Illustrium Plathearum, hoc suum, &c. Zufia Reg. Casanate Reg. Sãfelicius Reg. Azcon Reg. Capycius Latro Regens.

Et redeundo ad minores, & pupillos, quia non possunt soli stari in iudicio, ideò nõ potest carcerari pupillus, & minor, vt p plura tenet *Roman. cons. 120. Barbat. cõs. 6. col. 1. vol. 4. Roc. de Curt. in cap. finitibus, q. 14. in fine, de consuetudine*, & hanc esse cõmunem opinionem asserit *Mandos. in apostill. ad dictum consilium Romanilit. B.* tenet *Bald. & Salic. in l. 1. C. qui bonis*

bonis cedere poſſunt, *Alex. in d. l. neque impuberes*, nàm minor non poteſt carcerari pro debito.

Et maximè ſi eſſet enormiſſimè læſus, ſed tantùm patitur immiſſionem bonorum, *l. ſi minor ff. de bonis authoritate Iudicis poſſidendis*, & quamuis contrarium dicat *Iaſ. in d. l. neq; impuberes, ff. de in ius vocand.* nihilominus communis opinio eſt contra *Iaſon.* vt ſuperiùs dictum eſt, & ipſemet *Iaſon ibidem nu.* 2. dat limitationem, per quã eius opinio reducitur ad communem.

17 Et ſi fuerit reputatus contumax, ſuccurritur ei per beneficium reſtitutionis in integrum, & annullatur contumacia, *l. minor etiam ff. de minoribus*, *l. ſi finita, §. ſi fortè, ff. de damno infecto*, per quem *textum* notant *Scribentes*, poſſe minorem contumacem petere reſtitutionem in integrum ad annullãdam contumaciam, *Alex. in d. l. contra pupillum, in princip. Boer. dec. 63. Carau. & Troyſ. in ritu 166. nu. 12. & ſequenti*, prout ſuccurritur etiam mulieri, vt dicemus infra *n.* 23.

18 Quod amplia, etiam ſi iuramentum interceſſiſſet, quia quàmuis iuramentũ faciat eum maiorem, *auth. Sacramenta puberum, C. ſi aduerſus venditionẽ*; nihilominus, quia maiores eſſe repreſentantur per iuramentum, & non ſunt verè maiores non comprehenduntur in Ritu loquente de vero maiori, nàm ſtatutum interpretandum eſt, vt minùs lædat ius commune, & ſic intelligendus eſt *textus in l. 3. §. hæc verba*, vbi *Bart.* notat *ff. de negot. geſt.* & ſucceſſiuè Ritus non habebit locum in maiore ficto, & repreſentato per iuramentum, aliàs extenderetur Ritus exorbitans à iure communi de caſu vero ad caſum fictum, contra notata *in auth. quas actiones, C. de ſacroſ. eccleſ.*

19 Conſtat autem, Ritum eſſe exorbitantem, à iure communi, quia Ritus dat inſtrumento exequutionem paratam, quod de iure communi non erat, quo attento, neceſſaria erat ſentẽtia, *l. minor 25. annorum, §. fideicommiſſum, ff. de minoribus*, & in ſpecie, quod ſtatuta loquentia de exequutione inſtrumentorum ſimpliciũ, quod videantur exorbitantia à iure communi, tradit *Anton. de Canar. in tract. de exequut. inſtrum. in 4. quæſt. n. 9. verſ. ſtatuta.*

20 Faciũt ẽt ad prędicta, vt eò magis nõ eſſet minor carcerãdus, ſi eſſet enormiſſimè lęſus, nã ob ęnormiſſimã lęſionẽ, contractus quamuis iuratus non tenet, *Anton. de Butr. & Abbas in cap. cum cõtingat, de iureiurand. Dec. in cap. in præſentia, de probat.* vbi ait communem eſſe, *et conſilio 45. et conſ. 180. Roland. à Valle conſ. 7. nu. 59. vol. 3.* nam præſumitur dolus commiſſus contra minorẽ ex ænormiſſima læſione, *Bald. in cap. 1. §. item iuramentum, de pace iuram. firmanda, Dec. conſ. 20.*

21 Quoniam dolus præſumitur in magna læſione, & dolus iuramento videtur exceptus, *Cuman. conſ. 180.* imò DD. dicunt, quod ſtante enormiſſima lęſione, non eſt opus abſolutione à iuramento, *Corn. conſ. 166. col. 2. vol. 1. Dec. conſ. 180. Socc. Iun. conſ. 48. nu. 29. vol. 1. Franciſc. Burſat. conſ. 75. num. 3. vol. 1. Roland. à Vall. conſ. 7. num. 53. vol. 3.*

Iurans etenim non videtur de tàm enormiſſima læſione cogitaſſe, vndè deficit conſenſus ſecundum *Abbatem in d. c. cùm contingat, n. 21. verſ. nonus caſus eſt, Socc. iun. conſ. 47. n. 43 vol. 3. Couarr. in cap. quamuis pactum, nu. 30. de pactis, in 6.* vbi in terminis *dicta authenticæ ſacramenta puberum*, dicit, iuramentum non obſtare, idem ſi inſtrumentum eſſet confectum tempore minoris ætatis, & liquidatum eſſet tẽpore, quo eſſet maior, ex regula, quòd ab initio non valuit, non poteſt ampliùs reconualeſcere, nàm attenditur initium, quo minor ſe obligauit, & non finis.

Nam quotiescumque finis habet neceſſariam conſequentiam ad principium, inſpicimus principium, & non finem, *l. deniquè, §. ſi minore*, ibi, *initio inſpecto, ff. de minorib.*

Præ-

Digitized by Google

22 Prædicta verò cessant in contractu inito cum authoritate tutoris, seù curatoris, quo casu potest minor carcerari, *Carauit. in d. rit. 166. num. 12. & seq.* &, post cæteros Scribentes *Pandus in par. 2. num. 26.* & ibi quid contra infantem, *in tract. de præsentatione instrumentorum*, facit *glos. in l. minor etiam, ff. de minoribus.*

23 Succurritur etiam mulieri, quæ se obligauit tamquam fideiussor, *auth. si qua mulier, C. ad Senatus Consultum Velleianum*, & per tradita à *Thesaur. decis. 23.* sublata dubitatione si mulier posset renunciare exceptioni Velleiani, maximè cum iuramento, per *Regiam pragmaticam* est prouisum *sub rubr. de Senatus Consulto Velleiano*, de qua multa tradit *ibidem Nouar.* in impedita ratione ventris, vt *supra* dictum est *sect. 34. num. 25.*

24 Verùm si mulier pro liberanda executione se obligauit pro alio, vt pignora capta in executionem iudicati liberaret, an sit iuuanda exceptione Senatus Consulti Velleiani videamus.

Et *Antonius Faber decis. 7. ad Senatus Consultum Velleianum* fundat, & decisum refert in Senatu, non iuuari Velleiano mulierem, quæ ad excludẽdam executionem, quæ fiebat contra maritum, vt executorẽ illuderet, obligauit se pro marito, & hanc opinionem sequitur, & ampliat *Gaspar. Anton. Thesaur. quæst. for. q. 53. num. 5. vers. secundò quia mulier, lib. 4.* quotiescumq; ità se opponit alicui executioni, vt præiudicet creditori, qui ex illa promissione à sequestro, vel asportatione fructuum, vel mobilium, destitit, nè creditor frustratus, & deceptus remaneat, quo casu saltèm res illas sequestratas, vel pignoratas, aut quas sequestrare, vel pignorare creditor paratus erat, mulier repræsentare teneretur, quamuis contrarium *Nouar. in collect. super pragm. 1. de Senatus Consulto Velleiano collect. 209.* videatur sẽtire *num. 5.* remittens se ad librum *Placit. Cur. lib. 10. tit. 5. de Senatus Consulto Velleiano.*

25 Restituitur quoque maior iusto impedimento impeditus, quamuis impedimentum non fuerit allegatum ex clausula generali, *si qua iusta causa, l. sed si per Prætorem, §. item inquit Prætor, ff. ex quibus causis maior*, & generaliter iura dant restitutionem, si non reperitur prohibitum, de qua restitutione habetur in *d. l. si per Prætorẽ, §. 1. & in l. si qua, §. 1. & in l. nec non §. 1. vers. quod eis, ff. ex quibus causis maior.*

Restituitur, etiam si iusto impedimento Aduocatus impeditus, non fuit auditus, & ità fuit per Sac. Conf. iudicatum, per *text. in l. Diuus, ff. de in integrum restitut.*

26 Imò etiam sententia diffinitiua potest retractari per restitutionem in integrũ ex dicta clausula generali, quando instrumenta essent de nouo reperta, quæ producere non valuissent, vel si fuisset legitimè impeditus, quamuis non essent de nouo reperta, & tenet instantia, *Innoc. in c. vltrà tertiam, col. 2. nu. 2. vers. sed per beneficium in integrum restitutionis, de testibus*, cum alijs relatis per *Iason. in l. admonendi, col. 4. ff. de iure iur.*

Subuenitur itèm si confestim venerit, Iudice pro Tribunali sedente ad totam causam, vel si dolo aduersarij, aut absque sui culpa abfuerit, *d. l. diuus 7. de in integr. restit.* Consi-
27 lium enim est, vt impeditus iusto impedimento mittat excusatorem, *Bart. in l. 2. §. si quis in iudicio, in fine, ff. si quis cautionibus, Afflict. in cõst. ædictorum, nu. 31.* vbi si Iudex non ob-
28 stante excusatione pronunciat, nullitèr pronunciat, & idem erit in im-
29 pedimento notorio, *d. l. 2. §. si quis in iudicio, Affl. dec. 29.* & alibi sæpissimè.

30 Sed si impedimẽtum Iudex ignorabat, & excusator non opposuerit, restituitur ad totum illud, ad quod eo indefenso processum erat, *l. 1. C.*

Digitized by Google

de reſtitut.militum, & prouiſum in fine huius ſtatuti,& tenent *Bart.& Iaſo.in d.§.ſi quis in iudicio*, idem *Bartol. in l.vlt.ff.de in integ.reſtitut.Bart.Alexand.Imola,Iaſon in l.quæſitum,ff. de re iudic.Innoc.in cap.1.de teſtibus*, *Aſſlict.in d.conſtit.adictorum,num.31.& Iſern.ibidem*, qui in verbo *excuſatio legitima*, dicit *pro eo quidem tempore, quo ſupradicti erant impediti,& non pro eo, quo forſan voluntariè ſteterunt, l.fin.ff.de reſt.milit.*

Et ad prædicta notandum erit, qđ contumaci petenti reſtitutionem in
31 integrum aduerſus contumaciam, petitione præcedente Iudex concedit,*l.illud*,§.*ſi talis*,*ff.de minoribus*;requiritur enim qualis qualis petitio reſtitutionis in integrum, *d.l.illud*,§. *ſi talis*,& ſufficit, ſi inçidentèr peta-
32 tur, *Speculator in tit.de officio Iudicis*, §.*ſi incidentèr*,*nu.*4. & *Sforz.Odd.in tract.de reſtitutio. in integrum*, *parte prima*,*quæſt.*35.*art.*1.*nu.*6.

33 Qua reſtitutione petita impedimentum probandum eſt, & quod ſi impedimentum non adfuiſſet,veniſſet,ad *l.qui commeatus*, *ff.de re militari*.per quem *tex.* dicunt DD. probationem impedimenti requiri, *Cranett.conſ.*151.*nu.*22.*& conſ.*179. *n.*9. *Det.conſ.*454.*num.*6.*vol.*4.*Afflict.dec.* 29.*num.*1.& ſic impedimentum fuiſſe immediatam cauſam leſionis, qđ ſi adhuc impedimento ceſſante ceſſaſſet leſio,ceſſat reſtitutio, caſus eſt notandus *in l.is*, *qui reipublicæ*, *la ſeconda*,*ff.ex quibus cauſis maior.* veluti ſi eſt impeditus ob tempeſtatem maris, requiriturquè, quod probet diſceſſiſſe vt veniret,& tempore cõgruo,quod venit ad mare,& reperta maris tempeſtate venire non valuit, *Bart.in l.* 2. §. *quod dicimus*, *ff.ſi quis cautionibus*, quam opinionem eſſe communem refert *Iaſ.in d.* §. *quod dicimus*,*num.* 4. *in fin.* qui limitat in impedito iuſto,& notorio,cuius probatio non requiritur, *Paul. de Caſtro conſ.*250.& deciſum fuit per Sacrum Conſilium apud *Afflict.in d.deciſ.*29.

Sed an ſufficiat impedimenti probatio per iuramentum, & an requiratur dilucida probatio per teſtes, *Iaſ.in d.l.*2.§.*quod diximus*, *num.*1. & per *Guid.Pap. q.*64. & *ibi addentes*, qui relinquendum id eſſe arbitrio Iudicis,fundat.

34 Et idem in termino appellationis præfixo per reſtitutionem ex clauſula generali in *quæſt.*205.

35 Hanc verò reſtitutionem omninò non eſſe denegandam contumacibus ſuper tenore inſtrumenti virtute Ritus cenſeo; ſi enim comparent allegando in promptu iuſtam cauſam,audiẽdi eſſent, *Vrſil.ad d. deciſ.Afflict.*29.*n.*3. & ità in Sac.Conſi-
36 lio ſeruatum fuit in cauſa debitoris infirmi, pro quo excuſator non comparuit, qui poſt paucas horas condemnatus in Curia, iuxta ritum deceſſit, & etiam hæredes fuerunt reſtituti,pro quo facit *tex.in l.quæſitum*, *ff.de re indic.*fundat quoque, quod ſi-
37 ne culpa qs non dicitur contumax, nec tenetur reficere expenſas,*Alex. in l.*2.§.*ſi quis in iudicio*, *ff.ſi quis cautionibus*,*Afflict.d.dec.*29. *n.*3.& ſi hoc fuit obſeruatũ ante promulgationẽ *Regiæ Pragmaticæ*, quæ eſt *octaua de liquidat.inſtrument.in* 7.*cap.* ibi *(non poſſa eſſer più inteſo aduerſo il detto inſtromento già liquidato, nec in vinculis, nec facto depoſito conditionato,ſe primo non hauerà integramente pagato tutto lo debito,& la pena con le ſpeſe fatte dal creditore)* tamen idem erit obſeruãdum poſt *dictę pragmaticæ* promulgationem ex dictis in *mea deciſ.*299.

SVMMARIVM.

1 *Praxis, & effectus poſſeſſionis ex primo decreto refertur.*

2 *Tunc an expellendus ſit qui reperitur in poſſeſſione,& num.*9.

3 *Et an habeat interdictum vti poſſidetis,& num.*10.

An

4 *An habeat beneficium* legis intãtùm.
5 *An lucretur fructus.*
6 *An præscribat.*
7 *Habet tamen curam rei, in qua est facta immissio.*
8 *Et ipse locat, & percipit fructus, vt vẽdat.*
11 *Et quid decernendum est in re mobili, quòad immissionem ex primo decreto.*
12 *Et quid in iuribus incorporalibus.*
13 *In actione reali quomomodo procedatur, & quid operetur hæc immissio.*
14 *Differentiæ inter immissum actione personali, & actione reali, & actione hypothecaria, num.* 15.

ARGVMENTVM.

De possessione ex primo decreto.

SECTIO XXXVII.

EST & alius contumaciæ effectus, nam actore eligente viam exequutionis ex primo decreto in actione personali fit exequutio pro mensura debiti petiti, *auth. ei qui, C. de bonis authoritate Iudicis possidendis*, & ibi per *glos. Bart. Bald. Salicet.* & per *Bar. in l. si finita. §. Iulianus, ff de damno infecto, in* 3. *col. in vers. pone, quod ipsemet*, ad hoc vt tedio affectus Reus compareat, & pro mensura debiti ponitur actor in possessione bonorũ burgensaticorum, & in defectu feudalium, vt in *constit. Regni contumacẽ*, sed talitèr immissus non dicitur verus possessor, sed solam detẽsionem ratione custodiæ acquirit, *Petr. Iacob. in pract. de primo decreto*, latè *Marant. in d. 2. membro, & glos. & Afflict. in d. constit. contumacem*, & multotiès solent Iudices addere in decretis, *causa rei seruandæ, donec ipse tedio affectus compareat*, quam addictionem approbat *d. glos.* quia iste missus non 2 possidet, sed tantum custodit, imò dicit, non expellendum reum à sua possessione, sed vtrosque possidere, *d. l. si finita, §. si quis autem*, & ibi *glos.* & latè per *Canonistas in cap. contingit, de dolo, & contumacia, Bald. in l. consẽtaneum, 1. col. in 6. oppos.* C. *quomodo, & quando Iudex*, & per consequens, 3 cùm non sit possessor talitèr immissus, non habet interdictum vti possidetis, quod competit possessori, qui in sua possessione turbatur, *l. si duo, §. creditores, ff. vti possidetis.*

4 Nec habet beneficium *l. in tantũ*, si eijciatur de possessione, *Afflic. in d. constitut. Contumacem, 2. col. n. 4. in fi.* ibiq; tradit remedia.

5 Et an lucretur fructus, *Affl. in eadem constitutione num.* 5. & ibi addens *Io. Ant. Batius in lit. A.* nec præscribit, 6 *Afflict. in constitut. si quis post litem, & in constitut. rei vendicatione*, habet ta- 7 men curam rei, in qua est facta immissio.

8 Ipse immissus locat, & percipit fructus, & vendit, vt notat *Bart. in l. in venditione, §. 1.* per illum *tex. ff. de bonis authoritate Iudicis possidendis.*

9 Et potest Iudex aliqua ex causa constituere immissum ex primo decreto possessorem, & expellere primum possessorem, contra quem est facta immissio, vt est *tex.* iuncta *glos. in l. 4. §. si fortè, in vers. decedatur, ff. de damno infecto*, notat *Bald. in d. auth. ei qui, C. de bonis authoritate Iudicis possidendis, & in l. consentaneum, C. quomodo, & quando Iudex*, & sequitur *Alex. in l. 3. §. fin. ff. de acquir. possess. in* 4. *col.*

10 Et ità immissus habet interdictũ vti possidetis, *Alex. in d. loco, & Ias. in d. l. 3. 2. col.* & solet hoc Iudex decernere, quando timet, ne partes veniant ad arma, vt notat *Bart. in d. l. si finita, §. si quis autem, ff. de damno infecto.*

11 Idemquè decernendum est in re mobili, nam illa est assignanda creditori, & non debet remanere apud debitorem, nisi creditor esset perso-

Digitized by Google

na ſuppoſita, quia tunc res mobiles non eſſent relinquēdæ pœnes creditorem immiſſum, ſed pœnes alium eſſent sequeſtrandæ, *Bart.d.l.ſi finita, §.ſi quis autem in poſſeſſionem, Nicoſan. in tract.de pignoribus, in 2.memb.3.p. in princip.* ibique *per totum ſecundum membrum* habes multa de hac immiſſione ex primo decreto;

12 &quæ erit practica immittendi in poſſeſſionem in iuribus incorporalibus, notat *Bart. in d.l.ſi finita, §.ſi vectigalibus, num.11.*

13 In actione verò reali immicteretur quis in poſſeſſionem totius rei petitę, & efficitur verus poſſeſſor per primum decretum, habetq; tantùm, annum conuentus ad recuperandam poſſeſſionem, vt in *conſtit. Regni rei vendicatione*, & infra dictum annum non lucratur fructus, & reuocabilitèr poſſidet, elapſo verò anno, verus poſſeſſor dicitur, nec aduerſarius recuperat poſſeſſionem legitimam, vt eſt communis opinio, ità concludunt *Alex. & Laſ.* poſt alios *in l.3.§.fin. ff de acquirend.poſſeſſ. Nicoſant. in 2.memb. 3.par.num.6.gloſ.Andr. & Affict. in conſtit.contumacem, & in conſtit.rei vēdicatione, Marant.in 4.p.in 3.principali diſtinct.iudicij, nu.41.* & latiùs *in 6. par.2.memb.* nec requiritur ſecundū decretum, & præſcribitur dominiū, ſicut erat pœnes contumacem, *Affl. in d.conſtit.rei vendicatione, n.3.& 5.* quam concluſionem ampliat, & limitat *Nicoſant.d.2.membr.3.par.n.8.* benè tamen aget rei vendicatione, *Affl.in d.conſtit.rei vendicatione, Petr. Iacob. in pract. de ſecundo decreto, & Marant.in d. 2.membro*, aliaſque differentias inter immiſſum actione

14 perſonali, & actione reali, habes per *Affict.in d.conſtit. rei vendic.* & inter

15 immiſſum actione reali, & immiſſū actione hypothecaria, habes per dictum *Nicoſant. in d. 2. memb. num.8. verſ.intellige, & declara.*

DE INTERPOSITIONE Secundi Decreti.

REO in eius contunacia per dictos tres menſes perſeuerante ad petitionem Actoris, iterum citetur contumax ad videndum ſecundi decreti interpoſitionem infra terminum Iudicis arbitrio moderādum, in quo ſi non comparuerit, incuſata, vt ſupra per actorem, eius cōtumacia ſimplicitèr procedatur ad ipſius decreti interpoſitionem; ſi verò comparuerit in termino, & infra tres dies vtiles poſt comparitionem continuò ſequentes expenſas reſtituerit, audiatur, ac ſi à principio comparuiſſet, poſt verò ſecundi decreti interpoſitionem, ſi reus infra menſem continuum comparuerit, & debitum cum omnibus expenſis in cauſa factis infra dictum menſem actori reſtituerit, poſſeſſionem recuperare poſſit rei ex ſecundo decreto ad iudicatæ; poſt dictum verò menſem elapſum ampliùs non audiatur, niſi fortè ipſe reus legitimè docuerit iuſta ſe cauſa impeditum, quo caſu ad tempora iuſto impedimento decurſa per Iudicem reſtituatur, declarantes in adiudicatione ex ſecūdo decreto facienda, rem adiudicandam per tabularios appreciari, & appreciatam pro concurrenti debito adiudicari, qua re, vt ſupra adiudicata, actor ipſe verus Dominus factus intelligatur.

SVM.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 Possidente actore ex primo decreto actione personali comparendo infra tres menses à die primi decreti, resciendo expensas parti, soluendo pœnam fisco, & præstando cautionem, de iudicio Sisti, recuperat tenutam & proceditur ipso audito ad vlteriora in causa.

2 Et expense integrę, & realiter sunt soluendæ, nec sufficit depositum.

3 Verùm parte recusante recipere, sufficit depositum.

4 Et quomodo probentur, & sint taxandæ.

5 Earum in taxatione, partis citatio non requiritur.

6 Praxis eas probandi, & taxandi traditur.

7 Texantur etiam quòad salarium Aduocati, & procuratoris, & quid si habuisset Aduocatum gratis.

8 Iudex, reuocat taxam expensarum superfluam.

9 Damna quoque resicienda sunt non solum passa, quoad personam, sed etiam quòad alias res.

10 Differentia inter condemnationem ad expensas, de qua in casu huius pragmaticæ, & inter condemnationem expensarum de qua in l. properandum, §. fin autem, C. de iudicijs.

11 Contumax ratione contumacia, non solum expensas parti reficit, sed fisco soluit pœnam.

12 Et cauebit de iudicio Sisti, & de obseruatione iudicij, in loco iudicij, & non in loco domicilij.

13 Et fideiussor tenetur vsque ad sententiam, non autem post.

14 Verùm non est obligatus ad sistendum reum in causa appellationis.

15 Sed quid si promisisset representare toties, quoties Curiæ videbitur, & quid si promisisset exhibere, & pare remandatis.

16 Finita instantia ex cursu temporis, an obligatus etiam de soluendo iudicatũ teneatur.

17 Contumax purgata contumacia potest opponere contra processum iam factum.

18 Contumaciam non solùm conuentus purgare potest, sed etiam procurator vel amicus in causis ciuilibus interposito decreto, cuius tenor inseritur

19 Contumacia purgata non potest opponi fori declinatoria.

20 Per fideiussionem de iudicio Sisti, & iudicatum soluendo non dicitur quis consentire in Iudicẽ, quando satisfat, vt recuperet tenutam.

21 Quod inductum est odio concumacia.

22 Constito per instrumentum publicum de debito, exequutio facta ex primo decreto non expectato trimestri, citato reo ad reluẽdũ, interponitur decretũ quod vendatur, & de pretio satisfiat creditori.

23 Incusata pœna contra eum, qui pœnes acta Curiæ se obligauit, quomodo procedatur ad eius incusationem, & exequutionem.

24 Contra contumaces in actibus iudiciarijs in non comparendo ad defensionem causæ, quomodo procedatur.

25 Et quomodo procedatur in citationibus, in quibus non adest pœna.

26 Et quid si citatur ad respondendum, oppositionibus.

27 Et quid si citatur, si est hæres, & si tenet, & possidet.

28 Citatus sub pœna ad dicendum causã, quarè aliquid fieri non debeat contra eum, virtute pacti facti in aliquo instrumento, vel exequi virtute sententia, aliàs contra eum lata, vel laudi, aut quare non est rescribendũ tali Iudici, quod suam exequatur sententiam, istis, & similibus casibus, si non comparet, quomodo sit proferenda interloquutoria, & quomodo prouidendum?

29 Citato ad aliquod exhibendum, qua remedia competant.

30 Quid obseruandum sit contra non parentes mandatis Principis pro bono pacis.

31 Citatus, vt tamquam principalior, & lega-

legalior veniat reſponſurus ſuper tenore articulorum, exceptionum, aut poſitionum, & non veniat, an Curia habeat eũ pro confeſſo, ita vt à dicto decreto appellari non poſſit.

32 *Citatus in vltimo, an inſerto tenore articulorum, ſeù exceptionum, an ſit citandus perſonaliter.*

ARGVMENTVM.

De refectione expenſarũ in reſtitutione poſſeſſionis contra poſſidẽtem ex primo decreto; De differentijs expenſarum inter caſum huius pragmaticæ, & caſum legis properãdum; De cautione præſtanda in purgatione cõtumaciæ, & ad ea quis admittitur, & an in ciuilibus poterit amicus purgare; ac de obſeruantia in procedẽdo contra contumaces pro diuerſis causis.

SECTIO XXXVIII.

1 POſſidente actore ex primo decreto in actione perſonali, comparendo contumax infra tres menſes à die primi decreti, reficiendo expenſas parti, iuxta *legem ſancimus, & auth. poſt iuſiurandum, C. de Iudicijs, per capitulum finem litibus, de dolo, & contumacia*, ſoluendo pœnam fiſco, præſtando cautionem de iudicio ſiſti, recuperat tenutam, & ipſo audito proceditur ad vlteriora in cauſa, iuxta *auth. ei qui, cum materia, C. de bonis authoritate Iudicis poſſidendis*, & in præſenti ſtatuto ſtatuitur *Afflict. in conſtit. contumacem, in fin. Caran. rit. 22.* vbi de hac condemnatione expenſarum contra contumacem, multa notabilia habentur, & per *Panormit. in d. cap. finem litibus, à num. 10. de dolo, & contumacia.*

2 Erunt autem tunc expenſæ integrè ſoluendę, adeò, quod ſi vnus denarius deficeret, nõ eſſet audiendus, notat *Bal. in cap. conquerente, de reſtit. ſpoliatorum, in 1. col. num. 1. verſ. in text.* ibi, *integra, & §. dum dico de expenſis litis.*

Suntquè ſoluendæ realitèr, nec ſufficit depoſitum, ſecundum *Bald. in auth. qui ſemel, col. penult. verſ. quæro, numquid, C. quomodo, & quando Iudex, Det. conſ 34. in fin. Iaſ. in d. l. ſancimus, C. de iudicijs, num. 21. verſ. ſed occurrit nouum dubium.*

3 Verùm parte recuſante recipere ſufficit depoſitum, quod habet vim ſolutionis, *Iaſ. in d. l. ſancimus.*

4 Et taxantur expenſæ, aut dilucida probatione, per partem, aut per iuramentum ipſius actoris, & ſi probauerit per probationem, Iudex taxabit, ſi verò per iuramentum, pars probare elegerit, Iudex ſuo arbitrio taxabit, hęc diſponuntur in *conſtitut. diuorum Principum*, & ibi vidè *Affl.* idem tenet *Bald. in l. ſancimus, C. de iudicijs, Iaſ. in auth. poſt iusiurandum, C. eodem, num. 2.*

5 At in illa taxatione, partis citatio non requiritur, ſecundum communem opinionem, de qua per *Iaſ. in d. l. ſancimus, nu. 17.* & per *Panorm. in d. cap. finem litibus, de dolo, & contuma-*

Digitized by Google

macia, nu. 17. vers. 3. ad idem quæritur.

6 Praxis autem extitit temporibus *Io: Anton. de Nigr. in cap. Regni Præsidem, num. 27. & Vrsill. ad decis. Afflict. 70. in fin.* quod prius expensæ à Iudice taxarentur, & postmodũ præstaretur iuramentum, quę praxis est iuxta *tex. in authen. post ius iurandũ, C. de iudicijs*; nos verò taxamus habita relatione ex actis ab eo, cui taxam committimus, qui solet, vt plurimũ ésse Scriba, vel actuarius causæ.

7 Et in taxatione rationem habemus expensarum pro Aduocati, & procuratoris salario, ex *Affl. decis. 70.* licèt in eo, quod Iudici iustum videbitur, non quod pars impenderit, attendamus ex *Caran. in rit. 310. in fin.* quod si habuisset. Aduocatum gratis, an tunc taxari debeant, vide *Panorm. in cap. finem, num. 29. de dolo, &*

8 *contumacia*, reuocatquè Iudex taxam expensarum superfluarum, ex *Ann. sing. 278.*

9 Damna quoque reficienda sunt, nõ solùm passa, quoad personam, vt si esset artifex, sed etiã quò ad alias res, *Ias. in d. l. sancimus, C. de iudicijs, nu. 16. Viu. in recollectione commun. opin. 81. in tit. de fructibus, & litis expensis*, facit *glos. in d. l. sancimus, in verbo damna, C. de iudicijs*, vbi inter alias diffe-

10 rentias inter hanc condemnationẽ expensarum, & illam, de qua *in l. properandum, §. fin autem, C. de iudicijs*, tradit hanc, istã esse de omni damno, illam tantùm de expensis litis, & an iusta causa litigandi ratione contumaciæ excuset, vide *Panormitanũ in d. cap. finem litibus, n. 14.* potest verò Iudex ex causa ab ipsis expensis absoluere, *d. auth. post ius iurandum, in fine, C. de iudic.* & alias differentias refert inter hanc & illam, *Panorm. in d. cap. finem litibus*.

11 Nec solùm parti expensas reficiet, sed, vt diximus, pœnã fisco soluet, de qua habes per *Marant. dicto 9. membro*, & per *Caran. in rit. 133.*

12 Et cauebit de iudicio sisti, & de obseruatione iudicij in loco iudicij, & non in loco domicilij, *Affl. dec. 132 num. 2.*

13 Tenebiturq; qui fideiubet vsquè ad sententiã, nõ autẽ post, *l. græcè, §. post litem, ff. de fideiussorib. Bar. sing. 30.*

14 Nec tamen est obligatus ad sistẽdum reum in causa appellationis, vt notat *glos. auth. de his qui ingred. ad appellation.* quod intelligimus, siuè sit reus condemnatus, siuè absolutus à lite, & ab obseruatione iudicij, *Aluisius Albert. in singul. 120.*

15 Sed quid si promisisset representare toties quoties Curiæ videbitur, & quid si promisisset exhibere, & parere mandatis, vide *Addent. ad d. singul. Bart. 30.*

16 Nec finita instantia, & cursu temporis, tenebitur etiam de iudicatũ soluendo obligatus, *l. cum lite mortua, cum glos. Iud. solui*, cùm sit finita obligatio, idem *Aluisius singul. 123.* vbi idem erit si sit finitum iudicium, & denuò appellatum.

17 Purgata verò contumacia, potest qui purgat, opponere contra processum iam factum, *Ias. in d. l. sancimus, num. 26.*

18 Et contumaciam non solùm conuentus purgare potest, sed etiam procurator, vel amicus in his causis ciuilibus, interponiturquè decretũ, quod si contumacia est ciuilis, & exequutum sit ex primo decreto, & ex quo cautum est de iudicio sisti, & refectæ sunt expensæ, restituantur bona, in qua creditor fuerat immissus, ei, qui contumax fuerat reputatus; *Caran. rit. 23.*

19 Verùm purgata contumacia non poterit opponere fori declinatoriã, nam quamuis per fideiussionem de iudicio sisti, & de iudicatũ soluẽdo,

20 satisdans non dicatur consentire in Iudicem, adeò quòd post non possit opponere exceptionem declinatoriam, secundum *Bartolum, & alios in d. si conuenerit, ff. de iurisdict. omnium iudic.* & probatur *in auth. offeratur, C. de*

C. *de litis conteſtat.* tamen non habet locum in eo, qui ſatisdat, vt reuocet tenutam, quam paſſus eſt ex primo decreto, iuxta *capitulum quoniam frequentèr, vt lite non conteſtata*, quia
21 odio ſuæ contumacię inductum eſt, vt non poſſit vlteriùs forum declinare, ità ſingularitèr dixit *Angel. in l. cum, qui in poſſeſſionem, ff. de priuilegijs creditorum, Hyppol. in ſingul.* 227. *Caran. rit.* 205. *verſ.* 3. *quæro*, vbi qđ ſecus eſſet ad inſtantiam Baronis.

22 Limita prædicta; primò, ſi de debito cõſtaret per inſtrumentum publicum; tunc enim expectaretur trimeſtre tempus, ſed facta exequutione, & debitore citato ad reluendum interponitur decretum, quod vendatur exequutio, vt de eius pretio creditori ſatisfiat.

Pro praxi faciunt dicta per *Neguſan. in tract. de pignoribus, in* 2. *membr.* 3. *par. in fin.* & per *Canarium in tract. de exequutione inſtrumenti, in* 4. *q. n.* 6. 7. 8. *&* 9. facit etiam, quia inſtrumẽtum in actis productum facit rem contenctam in inſtrumento haberi pro manifeſta, *cap. cum olim* 69. *de verborum ſignific. Bart. in l.* 1. *in verſ. venio ad quæſtiones, ff. de operis noui nunciatione, Alexand. conſ.* 70. incipiẽte, *viſo, & opportunè, in* 4. *col. vol.* 2. *& in eodem vol. conſ.* 117. *in* 2. *col. Affl. in conſtit. exceptiones, num.* 15. *verſ. in contrarium videtur.*

23 Limita ſecundò in eis, contra quos fuit incuſata pœna promiſſa & ſtipulata pœnes acta Curiæ, quæ per partes incuſantur, abſque alia citatione, ſeù per fiſcum, ſi tamẽ fiſco eſſent ſtipulatæ, quibus incuſatis realitèr, & perſonalitèr expediũtur literę exequutoriales, *Caran. ritu* 128. & rationem dicit *Andr. in uſibus feudorum, in cap.* 1. *col.* 6. *verſ. et ſi hæc obligatio fuerit, quo tempore miles*, quia non fieret, niſi exequutio obligationis, *Affict. in conſtit. edictorum, num.* 40. & dictarum literarum exequutio; etiam per oppoſitionem nullitatum non impęditur, *Affict. deciſ.* 317. ſed facta exequutione reali, expeditur mandatum ad ſoluẽdum, & ſi ſatisfeciſſe alleget, declarare debet ſi ſoluit ante, vel poſt incuſationem; ſi ante, non auditur, niſi facto depoſito; ſi poſt auditur, & interponitur decretum de vendendo, & qđ ſuperſedeatur per dies, infra quos valeat docere de ſatisfatione, *Caran. in d. rit.* 128. *num.* 5. referens ibi duas limitationes, prima, quando obligatio incuſatur in alia Curia, & non in ea, in qua fuit ſtipulata, nam in hoc caſu requiritur citatio, ad quod vide dicta per *Vrſill. ad deciſ. Affict.* 187. alteram in obligatione antiqua.

Et in his duobus caſibus debitor allegans ſatisfationem non facit depoſitum, nec in vinculis cauſam dicit, ſed auditur, & ſic practicari refert.

24 Quæ autem ſuperiùs dicta ſunt in contumacibus, de ijs intelligenda ſunt, qui ſunt contumaces in non comparendo ad defenſionem cauſæ, ſecùs ſi eſſet contumax in alijs actibus iudiciarijs, *Dec. conſ.* 33. 1. *vol.*

25 Et erit ſciendã, quod in omnibus citationibus, in quibus nõ adeſt pœna, die ſequenti proceditur ad actũ in contumaciam, vt dicit *Caran. ritu* 94. & *Maran. in d.* 6. *p.* 1. *memb. nu.* 67. dixit, in omnibus citationibus prætèr primam, in qua expectatur triduum, procedi ad actum die ſequẽti in contumaciam; in alijs verò cita-
26 tionibus diuerſimodè procedi, nàm ſi quis citatur ad reſpondẽdum poſitionibus in contumaciam, habetur pro confeſſo, iuxtà praxim traditam infra *in prag.* 5. *de dilationibus.*

27 Item ſi citatur quis, quod declaret, ſi eſt hæres, ſi tenet, & poſſidet, & ſimilia, in contumaciam decernitur, quod habeatur, prout deteriùs iuxta *prag. ſi Reus exceptiones*, vbi latè dixi, & eſt *tex. in l. de ætate*, §. *qui tacuit, ff. de interrogatorijs actionibus, & cap. ſi poſt quæſitum, de confeſſis, in* 6. *&*

tex.

Digitized by Google

text. in l. fin. §. quia quidem, C de iure deliberandi, Roman. in l. quæ dotis, n. 33 ff. soluto matrimonio, vel compellitur per capturam pignorum, argumẽto *tex. in l. debitoribus, ff. de re iudicata*, & hoc remedium in simili dat *glosa in l. certum, in verbo confiteatur, ff. de confessis, Isern. in cap. 1. §. communes, si de feud. defunct. milit. 1. col. vers. sed si dominus vellet*, seù per mulctæ indictionem, *l. 1. §. ex hoc rescripto, vers. quod ergo si non responderit, ff. de vent. inspic.* & fit decretum compulsiuum, virtute cuius expediuntur literæ exequutoriales, etiam pro mulcta. Et hæc tria remedia tradit *glosa in d. l. certum, in verbo confiteatur*.

Et demùm si citatur quis sub pœna ad dicendum causam quarè aliquid fieri non debeat contra eum, virtute pacti per eum facti in aliquo instrumento, vel exequi virtute sẽtentiæ, aliàs contra eum latæ, vel laudi talium arbitrorum, aut quarè non sit rescribendum tali Iudici, qđ suam exequatur sententiam; iftis & similibus casibus, si citatus nõ comparet, dicitur in calce citationis cum appositione decreti, quod compellatur, & fiant literæ compulsiuæ, per *tex. in l. 1. §. 1. ibi, cogenda erit, ff. de ventre inspic.* & ibi *glo. Carau. in d. ritu 133. num. 3.* & hæ contumaciæ non ponuntur in libro, nec contumaces tenentur ad pœnam aliquam.

Verùm si contigerit vigore exequutionis faciendę cum dictis literis exequutorialibus procedi ad venditionem dictæ exequutionis, quia citatus adhuc manet in perfidia, actore instante, illa exequutio venditur pro pœna, ratione spreti mandati, & fisco applicatur, *Carau. in d. ritu 133. in fine.*

29 Et contra citatum ad aliquid exibendum quatuor remedia, tradit *gl. in l. in possidentibus, C. de rei vendicat.* qui non vna practicantur in Sacro Consilio, vt refert *Vincent. de Franch. decis. 771. in fin.*

Primum condemnare exhibentem ad interesse, iuxtà *text. in l. vbi ff. de edendo, l. creditor, §. iussus, ff. de appellationibus.*

Secundum remedium est denegare audientiam, de quo est *tex. cum glos. in l. sed, & si per Prætorem, vers. sed si decreto, ff. ex quibus causis in possessionem eatur, & Alexand. cons. 3. 2. vol.*

Tertium remedium est deferre iuramentum in litem, quod est iuramentum veritatis, de quo loquitur *tex. in l. penult. ff. de in litem iurando, & in l. finem*, iuncta *glos. in verbo magno, C. de fideiussoribus.*

Et hoc iuramentum, Sacrum Cõsilium semper defert præuia taxatione, per *tex. in l. videamus, §. fin. ff. de in litem iurando*, & ex tribus mitius semper eligere solet.

30 Et cùm aliquando contingat non pareri mandatis Principis, seù Iudicis sub pœna, quo ordine sit procedendum, præsertim quando fiunt mandata, nè partes veniant ad arma, dixi *in dec. mea 142. n. 3.*

31 Quod si citatur aliquis, vt tanquã principalis, & legalior veniat respõsurus super tenore articulorum, seù exceptionum, aut positionum, & nõ venit, tunc Curia habet eum pro cõfesso, & ita determinatũ fuit in causa Antonij de Celano; est verum, quod in vltima ipsarum citationum debet inseri totus tenor articulorum, seù exceptionum, & à dicto decreto nũquam appellatur, verba sunt *Rit. 120.* secundum ordinem *Carauit.* qui tradit practicam *Ritus* prædicti, tàm in præsente, quàm in absente.

32 Bene verum est, quod quando in vltimo citatorio cum inserto tenore articulorum, seù exceptionum est citandus personaliter, & non sufficit citatio domi, *Carau. in eodem rit. n. 3.*

Digitized by Google

DE MODO PROCEDENDI CONTRA NON CONTVMACEM, vel qui contumaciam purgauerit.

COmparente reo in termino citationis, vel poſt contumaciam, vt ſupra purgatam, detur ei copia petitionis actoris, ipſius actoris ſumptibus, cui reſpondere debeat infra terminum trium dierum poſt dictam copiam datam, proponendo mediante iuramento exceptiones litis ingreſſum impedientes, ſi voluerit, quas probare teneatur infra quinque dies immediatè ſequentes, aliàs ad merita cauſæ reſeruatę intelliguntur; probationibus verò factis, Iudex infra alios quinque dies immediatè ſequentes ſuper eis pronunciare debeat, prout ei iuſtũ apparebit.

SVMMARIVM.

1 *Copia petitionis, actoris ſumptibus dãda eſt.*
2 *Exceptiones dilatoriæ, quæ opponuntur ad impediendum litis ingreſſum, triplicitèr conſiderãtur, nàm quadam reſpiciunt perſonam Iudicis, quadã perſonam litigantis, & quadam libellum, ſeù ipſam cauſam.*
3 *Quæ reſpiciunt perſonam Iudicis, quãdo ſint proponenda.*
4 *Qualitas narrata in libello, quæ dat vel adimit iuriſdictionem, ſi negatur, quid obſeruandum ſit.*
5 *Exceptiones reſpicientes perſonam Iudicis, quæ ſint.*
6 *Exceptiones declinatoriæ Iudicis, ante litis conteſtationem ſunt opponendæ, & examinandæ.*
7 *Quod ſi fuerit quis ſortitus priuilegiũ poſt inſtantiam iudicij peremptam, an poterit opponere declinatoriam fori, & lis capta ſibi obſtet?*
8 *Priuilegium eximens à iuriſdictione Ordinarij expeditum ſine voluntate, quandocumque ſuperuenit, ante ſententiam peterit opponi.*

ARGVMENTVM.

Exceptiones reſpiciẽtes perſonã Iudicis, quãdo sunt proponendę, & & quæ sint: & de qualitate narrata in libello, quæ dat, vel adimit iurisdictionem; Exceptiones declinatoriæ iudicij quando sint proponendæ, & de priuilegio ſuperueniente, per quod eximitur quis à iuriſdictione, quando poſsit opponi.

Se-

Digitized by Google

SECTIO XXXIX.

QVatuor continet hæc pragmatica; Primò, quod detur copia petitionis, ipsius actoris sumptibus. In secundò, quòd reus respõdeat infrà tres dies, proponendo exceptiones litis ingressum impedientes cum iuramẽto. In tertio, quod probare debeat infra quinque dies. In quarto, quod Iudex pronunciare debeat super eis infra alios quinque dies.

His ità notatis redeo ad primum,
1 quod .s. danda est copia petitionis, actoris sumptibus, iuxtà hanc *pragmaticam*; & sic obseruatur in Magna Curia, & q̃ fuerit obseruatũ in Sacr. Consilio, testatur *Anna singul.* 152. & latè *Maranta in 4. parte, in 9. distinctione iudiciorum, n.* 15. quod etiã esse de iure communi dixit *Io. And. in clem. sepè, §. verum, in verbo pronũciatio, de verbor. signif. in clem. quamuis, in verbo oblato, de appellat.* & est *tex. in cap.* 2. & ibi *Abb. Butr. & alij* omnes vniformitèr de libelli oblatione, *in auth. offeratur*, & ibi *DD. de lite contestata*, cum alijs adductis per *Viu. dec.* 358. *in princ.*

2 De istis exceptionibus aliquę opponuntur ad impediendum litis ingressum, quæ dilatoriæ vocãtur, quia differunt, & non perimunt negotiũ principale.

Et hæ tripliciter considerantur p̃ *Maran. in speculo 6. parte, 9. membro*, nam quædam respiciunt personam Iudicis, quædam personam litigantis, & quædam libellum, seù ipsam causam.

3 Quò ad eas, quæ respiciunt personam Iudicis, ante litis contestationem proponendæ sunt, prout declinatoria iudicij, tàm ob incompetẽtiam, de qua dictum fuit supra *sect.* 1. quàm recusationis, de qua dicam infra *sect. seq.* & super lite inter coniunctos *sect.* 31.

4 Et si in libello narratur quædam qualitas, quæ fundat iurisdictionem Iudicis, coram quo est datus libellus, & negatur qualitas, quæ fundat
5 iurisdictionem, iudicis citantis, est dandus terminus iuxta praxim traditam per *Affl. dec.* 297.

6 Erit tamen aduertendum, quod exceptiones declinatoriæ iudicij à principio opponendę sunt, *Speculat. in titulo de iudicijs, §. exceptiones, vers. & generalitèr quælibet declinatoria*, & in initio ante omnia sunt examinandę, *l. vlt. C. de exceptionibus*, plenè per *Bart. in d. l. quidam consulebant, ff. de re iudic. & d. l. fin. in fin. ff. pro suo, Afflict. in d. constit. exceptiones dilatorias, num.* 9. *vers. secus quando opponitur quotidiè*, Corn. qui communem refert *consil.* 209. *num.* 22. & *Afflict. decis.* 185. *num.* 2. dicit, potestatem eligendi Iudicem durare vsque ad litis contestationem.

7 Limita, si illemet, cum quo cœpta est lis, & sortitus fuerit fori priuilegium post instantiam iudicij peremptam, poterit opponere exceptionem declinatoriam fori, & lis cæpta sibi non obstabit, *Angel. cons.* 289. *viso facto, & statutis prædictis, Marant. in speculo par.* 5. *in princ. in verbo, & fiant omnia durante instantia, num.* 61. & etiam si instantia perempta fuerit restaurata per insufflationem spiritus vitę, vt neruosissimè docet *Grãmat. decis.* 103. *num.* 13. *vers. nec obstat, cum sequentibus, vsque ad num.* 119. *Vrsill. ad Afflict. decis.* 331. *nu.* 2. *vers. sed in istis nota, Minad. decis.* 5. quam opinionem aliàs secutum est Sacr. Consiliũ, *teste Reg. Rouito*, cuius hæc sunt verba, *in decis.* 74. *numer.* 9. & 10. vbi subdit, se idem scripsisse, *in rubr. de instantijs causarum non restit. n.* 12. *cum pluribus sequentibus.*

8 Quod idem obseruandum erit, si lite pendente priuilegium superuenit citrà eius factum voluntarium, nàm eximit à Iudice, coram quo lis erat inchoata, *Iaff. Lanfran. decis.* 70.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio recuſationis Iudicis opponenda eſt in principio litis antequam fiat actus, per quem videatur quis in Iudicem conſentire.*
Recuſationis Iudicum materiam, qui tractent, recenſentur, ibid.

2 *Qui oppoſuit exceptiones dilatorias coram Iudice, in eũ cenſetur conſentire, & illum poſtmodum non poterit recuſare.*

3 *Quod ſi ſimul, & ſemel proponantur exceptiones dilatoriæ, & declinatoriæ, an inducatur conſenſus per exceptiones dilatoria.*

4 *Suſpictioni Iudicis, an cenſeatur renunciaſſe recuſans, ſi poſt recuſationẽ comparuerit coram illo Iudice.*

5 *Super exceptionibus dilatorijs expreſsè pronunciandum eſt, nec ſufficit tacitè.*

6 *Citatus comparens ſi expreſsè petit ſuper exceptione pronunciari, & non pronuncietur expreſsè, & proceditur ad ulteriora, proceſſus redditur nullus.*

7 *Quod ſi fuerit oppoſita exceptio, poſt litem conteſtatam, ſi exceptio funditùs eradicaret ipſius Iudicis iuriſdictionem, an tũc reddatur iudicium retrò nullum.*

8 *Proceſſus non tenet, ſi citatus, qui non comparens, non ſit iuriſdictioni citantis ſubmiſſus, & cauſa in citatorio non eſt expreſſa.*

9 *Exceptio recuſationis proponenda eſt ante litis conteſtationem.*
Quid ſi cauſa recuſationis ad eius notitiam nouitèr peruenerit, & quę probatio requiratur, quod nouitèr ad notitiam peruenisſet, ibid.

10 *Quod obſeruandum erit in omnibus exceptionibus declinatorijs, ſi per ignorantiam, & ſic per errorem facti eſſent omiſſa, & quomodo probanda ſit ignorantia.*

11 *Recuſationis cauſa iuſta eſt, quando quis litigat cum Iudice tamquam cũ priuato, & quando id procedat, n. 14. & num. 16.*

12 *Quamuis lis adſit ſub nomine dignitatis, quia exlitibus oriũtur inimicitiæ, quò ad omnes de parentela, ibid.*

13 *Suſpitio ex cauſa inimicitiæ admittitur, etiam in delegando.*

15 *Suſpectus in cognoſcendo, regulariter non eſt ſuſpectus in delegando.*

17 *Et quid ſi conſuluit contractum, de quo lis pendet, an ſit iuſta cauſa recuſationis, etiam in delegando.*

18 *Officialis remouetur à iudicando ob negligentiam, eaq; quomodo probanda ſit, & an, & quando poterit primari propter negligentiam.*

19 *Baro cauſam propriam an poſſit delegare.*

ARGVMENTVM.

Exceptio recuſationis Iudicis eſt opponenda in principio litis; & an expreſsè pronunciandũ ſit ſuper exceptionibus dilatorijs, vel ſufficiat, quod tacitè pronuncietur. Et quando exceptio poſt litem conteſtatam, reddat iudicium retrò nullum, eaq; poſsit opponi poſt litis conteſtationem, & an ſit iuſta cauſa recuſationis alia lis

cum

Digitized by Google

cum Iudice, & an resultet ex lite inimicitia, ità quod reddatur suspectus, etiam in delegando. Et de Iudice an possit propter negligentiam priuari, & quomodò tũc negligentia probãda sit; Et de Barone quando possit causam delegare.

SECTIO XXXX.

1 OVò ad recusationem, de cuius materia habetur per *DD. in l. apertissimi*, C. *de iudicijs*, *per Canonistas*, *in cap. postremò*, *de appellationibus*, per *Speculator. in tit. de iudicibus delegatis*, *in §. superius*, per *Marant. in 6. p. 2. actu*, *de appellationibus*, *à num. 24. in verbo recusatio*, per *Steph. Aufrer. in tract. de recusat. suspecti Iudicis*, per *Graf. in tract. de exceptionibus*, *except. 24.* per *Reg. Rou. in repetitionibus pragmaticarum*, *de suspitionibus officialium*, per *Girar. Maynard. lib. 1. decis. 92. 93. 94. & 99. & in eodem libro 1. decis. 80. de amicitia per ludum*, *& in decis. 82.* nouissimè per *Io: Petrum Fontanell. in prioribus decisionibus*, quas compilauit à *num. 1. vsque ad 30.* si sit collega aduersæ partis, per *Collectores commun. opin. tom. 1 in tit. de iudicijs*, *à num. 141.* per *Carauit. rit. 165. num. 32.* per *Io: Ant. de Nigr. in cap. Regni prolixitatẽ*, per *Menoch. cas. 121. & 152. Io: Bapt. Larr. alleg. fiscalium*, *alleg. 118. 2. vol.* vbi quod si Iudex scripsit librum, quomodo possit pro suis scriptis recusari *à num. 5.* & per alios adductos *in mea decis. 80. in princ.* similitèr opponẽda est antè litis cõtestationem, *l. nemo 4.* iuncta *glos. figurationis casus*, C. *de iurisdiction. omnium Iudic. l. sed et si susceperit*, *ff. de iudicijs*, *l. nemo* C. *de iurisd. omn. Iudic. l. fin.* C. *de exceptionibus*, *cap. inter Monasterium*, *de re iudic. & cap. pastoralis*, *de exceptionibus*, imò *Bart. in l. si conuenerit*, *de iurisdict. omn. Iudic. & in d. l. fin.* C. *de exceptionibus*, & in *l. quidam consulebant*, dixit, opponendam esse in principio litis, & antequam fiat actus, p quam videatur quis consentire in Iudicem.

2 Vt si opposuerit exceptiones dilatorias, *Maranta in pract. par. 4. in duodecima princ. distinct. Iudic. num. 11. vers. scias tamen pro complemento*, quã opinionem communem refert *Fely. in d. cap. inter Monasterium 3. columna*, *nu. 4.* eam declarantem vndecimmodis, testatur etiam *Balb. decis. 89.* positus inter *Collectores communium opinionum*, *d. lib. 3. tit. 3. de iudicijs*, *num. 148.*

3 Limitans tamen si simul, & semel opponantur dilatoria, & declinatoria, licèt dilatoria in ordine scripturæ primò, fuerit proposita, nàm non per hoc inducitur prorogatio, quia declinatoria intelligitur prima in intellectu, per *l. 2. §. penul. ff. de vulgari*, *& pupill.* secundũ *Bart. in d. l. quidam consulebant*, *ff. de re iudic.*

4 Sed si post recusationem recusans comparuerit coram illo Iudice, si nõ protestetur de causis recusationis, videtur renunciasse, *Bart. in l. à procedente*, C. *de dilationibus*, *Rebuff. in comment. constitutionis Gall. de recusationibus*, *art. 6. glos. vnica*, *num. 4.*

5 Et expressè super eis pronunciandum est: Nec sufficit tacita pronunciatio, secundum communem opinionem, de qua testatur *Ant. Gabr. in tit. de exceptionibus*, *conclus. 1. lib. 2. in recollectionibus commun. opinion.* & si alios referat contrariam opinionem tenẽ-

Digitized by Google

tenentes, & ſic in Iudicijs obſeruatur.

6 Vndè ſi citatus comparens petat expreſsè pronunciari ſuper ipſa exceptione, tunc antè omnia debet expreſsè pronunciari, aliàs proceſſus redditur nullus, ſecundum *Bald. Prapoſitum, & alios in cap. ex parte, de appellationibus*, *Salicet. in l quoniam*, C. *de adulterijs*, *Bart. in d. l. à precedente*, C. *de dilationibus*, *Balb. deciſ.* 67. relatus *in Collectanea communium opinionum, in tit. de Iudicijs, num.* 149. *vol.* 1. *& lib.* 3. *de Iudicijs, tit.* 1. *in verbo incompetentis.*

7 Verùm poterit opponere, etiam poſt litem conteſtatam quandocumque ante ſententiam, & reddit Iudicium retrò nullum, ſi exceptio funditùs eradicaret ipſius Iudicis iuriſdictionem, ſecundum *Alberic. Ang. Bal.* & communitèr *DD. in l.* 2. *ff. ſi ſi quis vocatus non inerit*, *Balb. dec.* 89. poſitus inter *Collectores commun. opin. tom.* 1. *lib.* 3. *tit.* 1. *de Iudicijs, num.* 148.

8 Notabis tamen, quod quando citatus non comparet, & non eſt iuriſdictioni citantis ſubmiſſus, & cauſa in citatorio non eſt expreſſa, tunc proceſſus non tenet, ſecundum *Innocent. in cap. præterea, de dilationibus, in fin.* 1. *columna*, refert *Balb. præcit. loco, verſ. quando citatus non comparet.*

Quod dictũ eſt recuſationes Iudicũ ante litis ingreſſum opponi debere,

9 intelligo niſi nouitèr ad notitiam ſuã cauſa recuſationis peruenit, qa tũc vſq; ad ſententiã admittẽdę ſũt, & iuramento purgari poteſt, quod nouitèr ad notitiam ſuam peruenit, *Girard. Maynard. deciſ. Toloſę* 95. *lib.* 1. ſubdens, *ſi modo is, qui recuſatur, ſententiam ſuam non dum dixerit, quod obſeruãdum erit in omnibus declinatorijs.*

10 Et idem erit, ſi per ignorantiam, & ſic per errorem facti eſſent omiſſæ, poſſunt opponi, *laſ. in l. error*, C. *de iuris, & facti ignorantia, col.* 4. *num.* 7. *cum declarationibus*, de quibus per eum *Speculat. in d.* §. 2. *de exceptionibus, verſ. idem eſt in declinatoria fori.*

Et hęc ignorantia per iuramentũ probanda erit, vt dixit *Pontifex in cap. Paſtoralis, de exceptionibus*, quod etiam in foro ſeculari ſeruandum cenſeo, & hoc videtur tenere *Specul. in d. tit. de exceptionibus*, §. 2. *colum.* 11. *verſ. ſed tu tene, quod priùs dixi*, dum reprobat opinionem *Vberti*, ad qđ facit, quia hęc ignorantia dependet ab animo, & in his, quæ dependent ab animo, ſufficit probatio per iuramentum, *gloſ. in* §. ... *inſtitutionibus de actionibus*, *Bar. in l. interdũ*, §. *quod furem, ff. de furtis*, & habetur *in prag.* incip. *reſponſionibus viciſſim, in fin.* maximè in his, quæ ſunt parui præiudicij, ſecũdum veriorem opinionem, de qua per *Hyppol ſingul.* 635. & per *Couarr. in lib. practicarum, cap.* 32. *in in fin.* nam ignorantia, tamquã quid dependens ab animo probatur per ſolum iuramentum partis, *cap. nulli, in fin. de electione, in* 6. & notant adducti *in recollectione commun. opin. in tit. de iuris, & facti ignorantia, num.* 22.

11 Sed & ſubnectã aliquas cauſas recuſationis, quę diſcuſſę, & deciſæ fuerũt, & inter alias ea à *DD.* traditur, ſi

12 ſ. 3. aliàs cum eo tãquam priuato quis quis litigat, quia ex ea oritur inimicitia, *Marant. in* 6. *p. in* 2. *actu principali, & quandoque appellatur num.* 47. *Carau. rit.* 288. *num.* 32.

Etiam ſi lis adſit ſub nomine dignitatis, & nõ ſolùm, ſi litiget Iudex, ſed ſi omnes de parentela, *Reg. de Ponte deciſ.* 30. de qua meminit *Reg. Rouit. deciſ.* 80. *num.* 12.

Hocque locum habet, quamuis cauſat non ſit capitalis, vel grauis, ſecundum *Panormit. & Franc.* relatos per *Reg. de Pont. in d. deciſ.* 30.

Vel ſi alteri parti fauit idem *nu.* 9. *Ambroſ. deciſ. Peruſ.* 50. *num.* 50. cùm ciuilis quæſtio anſam prębere ſoleat criminalibus, vt inquit *rex in l. properandum, in princ.* C. *de iudicijs*, imò nõ

ſolùm

solùm magnum, sed maximum etiã odium parere consueuit, attestante *prag. odia litium, de causis compromittẽdis*, quæ loquitur inter coniunctas personas, inter quas amor sanguinis deberet tales motus odij reprimere, verba sunt *Vinij decis. 363. nu. 4.* at ad causam inimicitię reducitur communitèr casus litis, quæ inter Iudicẽ, & partem in alia Curia, videlicet qui mecum alibi litigat, non potest meus esse Iudex in alia causa inter me, & tertium quemdam per odium & inimicitiam, quæ regularitèr contrahitur ex litibus, verba sunt *Fontanell. in decis. Barcin. 14. tom. 1. num. 25.*

13 Data autem inimicitia, sequitur, quod Iudex à iudicando, & delegando abstinere se debet, & vt suspectũ recusari posse, iuxta decretum Collateralis Consilij relatum per *Camillum à Ratta in cons. 32.* & per *Reg. Rouit. in prag. 15. de suspitione Officialium*, qui copiosè de intellectu decreti loquutus fuit, & id esse de iure, fundat *Camill. de la Ratta loc. cit. à n. 9.* & ità decisum fuit in Collat. Consilio in recusatione Spectabilis Præsidentis Sacri Consilij ad instantiam Lucij Capycij, cum quo vertebatur lis, vti creditore, & emptore casalis S. Viti, sub die 17. Nouemb. 1644. acta penès Scribam mandati Stephanum de Giorno.

Idquè iuris Canonici & cõmunis interpretũ doctrina procedit, licèt lis per sententiam iam definita sit, atq; in rem iudicatam transierit.

14 Quod ita intelligi debet, si nupèr & recentèr hoc factum sit, vt verò simile fiat vulnus nondum coaluisse, aliàs si iustum tẽporis spatium post finitam litem elapsum esse constet, nullaq; odij, aut rãcoris signa supersint, partes litigantes, vel eorum liberi, aut successores ineptè agerẽt, si Barbarorum, & ethnicorum instar per friuolam quandam recusationẽ, eaquè diù sopita & sepulta fuerunt, nouitèr resuscitare vellent.

Eadem quoquè ratione, infirmas semper & suspectas esse diximus recusationes, quæ propterea fiunt, qđ alter ex litigantibus durante illa lite, quæ dirimi debet, ipsi Iudici litẽ mouere cęperit; hisce enim technis plerumque vti solent, qui causæ suæ diffidentes, tergiuersari incipiunt, atque ea ratione Iudicem recusare conantur, cui aliàs nullam iustam recusationis causam obijcere potuissent.

15 Sed & illud in hac materia omittendum nõ est, quod regularitèr suspectus in cognoscendo, non est suspectus in delegando; ex dictis per *Regentem Hectorem Capycium Latro Marchionem Torellæ*, doctrina & negotijs celebrem *decis. 87. in princip.* & per *Ioannem Dominicum Tassonum in pragm. de antephato observ. 3. n. 113* qui loquuntur in persona Præsidentis S.C.

Limitatur in suspitione ex causa inimicitiæ, dummodò non sit affectata, vt supra probatum fuit.

16 Limitatur secundò, si in delegando adhiberetur causæ cognitio, *Regens Rouit. in prag. 15. de suspict. official. nu. 7. Tasson. practt. §. obseruat. 3.* & nouissimè in lite vertente in S. C. inter Ascanium de Bolonia, & Principem Chiusani, suspectus Præsidẽs in iudicando ratione cognationis, in prouisione de verbo faciendo, quæ causæ cognitionem requirebat, pro qua Præsidens mandauit, qđ Actuarius veniat cum processu, fuit per Collat. Consilium prouisum, ꝙ ẽt in delegando, in causa prædicta non interueniat, sub die 5. Iunij 1645.

17 Fuit etiam in Collaterali Consilio decisum, esse iustam causam recusationis, etiam in delegando Spectabilis Præsidentis Sacri Consilij, quod consuluit cautelas, de quibus pendet lis, & de earum nullitate agitur in causa inter Ill. Principem Petræ Pulcinæ cum Ill. Duce Achesu-

runtię ſub die 19. Octobris 1644. pro qua faciunt dicta per *Marant. in d.6.par.2.actu, de appellat.n.52.* & per *Anfrer.in tract.de recuſat. nu.19. Carol. de Graſſ. in tract. de exceptionibus except.24.n.3.*

Et propterea eiuſmodi lites verè affectatę dici poſſunt,& ſic quodammodo negligendæ, neque albo verarum litium adſcribendę, verba ſunt *Gerar.Maynar. deciſ.Toloſ.lib.1. dec.92.in fine*, à qua non diſcedit *Fōtanel.in d.dec.15.tom.1.nu.25.in fine*, quando finita lis foret iam, & multū poſt eam finitam conſtaret, lapſum eſſe tempus, nullaq; odij aut rancoris ſigna ſupereſſent; tunc enim non procederent ſuſpiciones, ſecùs ſi ex curſu litis, & euētus in moleſtijs fuerunt; ex quibus die 10. Octobris 1644. per Collaterale Conſilium interuenientibus Illuſtribus Regentibus Duce Beluederij, Spectabili Regentibus Didaco Bernardo Zuſia, Ill. Marchione Torellę, & Spect. D. Michaele Salamanca, vnà mecū, fuit deciſum, quod non interueniat Spectab. Andreas Marcheſius Preſidens Sacri Conſilij, nec in votando, nec in delegando in cauſa Illuſt. Marchionis Montis Nigri propter litem, quæ fuit inter eos ſuper emptione Ciuitatis Iſerniæ, quamuis eſſet lis finita, quia non ſine moleſtia remanſerunt, lite terminata.

Reliqua de Iudice ſuſpecto habētur *per Hieron.de Laurent. in tract.de Iudice ſuſpecto.*

Corollarium.

18 Remouetur quoque Officialis à iudicando per negligentiam, aut furtum, vel ſimile aliquod vitium, & in vicem eorum alijs ſubrogantur, & pœna contra quos reſeruatur in arbitrio Principis; per eam enim ſindicari poteſt & priuari, *l. ſi quos Iudices 3. C. de offic. Præf. Prat. Orient. Bald. in l.nec quicquam, §. proficiſci 9. de officio Præſidis, Amoed.in tractat.de ſindicatu nu.69.* & an pluriès, & quotiès debeat interpellari, vt cōuincatur, & puniatur de negligentia, & an ſit priuandus, & pro quo tempore ſalario, *Io.de Plat.in l.Iudices, C.de annon.& tribut.lib.x. Io.Paul.Xamarra in tract. de officio Iudicis, & Aduocati par.1.q.17.à nu.46.*

Remoueri autem poſſunt Officiales minores de facili, *l.2.C.de ſportul. l.nec Magiſtratibus 22. ff. de iniur. Io.de Platea in d.l.Iudices, num.2.verſ. nam minores officiales*, & in ipſo Magiſtratu poſſunt conueniri, *d.l.nec Magiſtratibus 32.*

Maiores autem propter ænormia delicta in officio commiſſa, *l.fin.C.ad legem Iuliam repet. Io.de Platea in d.l. Iudices, nu.2. Reg.Tappia dec.3. ſupremi Conſilij nu.73.* tenet, non debere remoueri, neque ſuſpendi, niſi pro cauſis ęnormibus, & grauiſſimis, qđ Princeps, & non alius facere debet, idquè maturo conſilio, vt habetur *in epiſt.2. Steph.Pap. I.de accuſat. Epiſcoporum*, & aduertit *Bouadil.lib.1.cap. 12.nu.59.* & quādiù eſt in Magiſtratu, ſi is ſine fraude in ius vocari non poteſt, expectādū eſt quoad Magiſtratu abeat, *d.l.nec Magiſtratibus 32.*

Poteſt etiam remoueri propter aduerſam, & longinquam corporis valetudinem, *d.l.ſi quos Iudices.*

19 Et quid in Barone, vtrùm in cauſa propria poſſit alteri cauſam delegare, dixi in *meis deciſ. 63. & 244. n.2.in fine, & Maſtrill.dec.234.lib.3.*

DE

Digitized by Google

DE COMPROMISSIS INTER coniunctas personas.

ODIA, quæ inter coniunctos ex litibus occurrunt, cassare volentes, præsenti constitutione statuimus, & ordinamus inter coniunctos vsque ad quartum gradum consaguinitatis, vel affinitatis, inclusiuè computandum secundum ius ciuile in causis ciuilibus, vel mistis, quandocunque ante dationem termini ad probandum, vel petitionem cuiuslibet ex dictis coniunctis compromissum fieri debere in duos coniunctos, vel communes amicos de iure, & de facto in procedendo, & sententiando de iure tantùm, nisi inter partes aliter fuerit concordatum, etiam de facto in sententiando.

Qui arbitri iurare debent ad cognitionem, & decisionem ipsius causæ se processuros, ipsam veritatem, & Deum præ oculis habentes, debeantquè causam ipsam per sententiam terminare infra duos menses, si fuerint concordes; si autem fuerint discordes vltima die, vel prius debeant eligere tertium non suspectum, vocatis partibus, quæ in promptu suspectos nominare debeant, quod si partes, vel altera ex eis nominare dictos suspectos in prõptu cessauerit, arbiter electus per partem, quę nominauerit, in contumaciam alterius partis non nominantis tertium eligat, & si vtraque pars nominare neglexerit, arbitri ipsi subsimili prædicto sacro tertium eligant, qui tertius infra vnum mensem, vnà cum dictis arbitris, vel altero ex eis per suum laudum causam expediat.

Habeantque arbitri, & tertius, quando contigerit eum eligi pro eorum salario quintam partem trigesimę, quæ iudicibus olim soluebatur diuidendam inter eos, qui concordes in sententiando fuerint ad pœnam dupli eius, quod pro eorum salario taxandum veniret, si infra dictum terminum causam non expedierint ordine suprascripto, soluendam insolidum pro quolibet ex dictis arbitris, & nihilominus ad petitionem partiũ, vel alterius ex eis per nouam conuentionẽ, seù mulctę indictionẽ cogantur, postquam compromissum acceptauerint effectualiter causam in eis compromissam diffinire.

Hoc tamen locum non habeant, vbi essent instrumenta, sententia, & obligationes liquidę, nec etiam in causis feudalibus, in quibus similis petitio compromissi non admittatur.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio, quod causa compromittatur inter coniũctos, seruata forma* pragmaticæ, *odia litium, est dilatoria respiciens personam Iudicis.*

2 *Causa inter coniunctos, quando & quibus sit compromittenda.*

3 *Exceptio quod sit compromittenda ante litis contestationem, seù termini opponi potest.*

4 *Nisi fuerit opposita in continenti poss*

 er;

terminum datum, dummodò non fuerit contumax.

5 *Statutum de compromittendo procedit, etiam ſi fuerit petita exequutio ſententiæ latæ per Arbitrum.*

6 *Et quando eſſet tractandum de articulo dubio, an cauſa eſſet compromittenda.*

7 *Et in minore, qui non reſtituitur aduerſus compromiſſum.*

8 *Quid verò iuris ſit in inſtrumentis, ſententijs, obligationibus liquidis, & cauſis feudalibus.*

9 *Et in teſtamentis.*

10 *Aut etiam quando petitur exequutio compromiſſi ſub pœna.*

11 *Vel in exequutione ſententiæ arbitratoris.*

12 *Aliæ limitationes, & multa notabilia, remiſſiuè.*

13 *Arbitri infrà quod tempus teneantur cauſam terminare.*

14 *Poſſunt compelli, quando compromiſſum acceptauerunt.*

15 *Non poſſunt recuſari tamquam conſãguinei, quamuis vni partium ſint proximiores.*

16 *Per eos laudum debet ferri tempore conuento, quod currit à momento ad momentum, & ſi feratur poſtea, non valet laudum.*

17 *Compromiſſum virtute pragmaticæ peti poteſt ante dationem termini, ſi ſemel petitum, & conceſſum expirauerit, an poſſit iterum quis compelli ad compromictendum.*

18 *Procurator ſimpliciter conſtitutus ad compromictendum, elapſo termino, an poſſit iterum compromictere.*

19 *Arbitri ſi fuerint diſcordes, quomodo procedendum ſit ad electionem tertij.*

20 *Et quomodo per tertium procedendum ſit.*

21 *Poteſtas inſtantiã prorogãdi ſi data eſt arbitris, an valeat, ſi non eſt partibus notificata.*

22 *Prorogatio an poſſit fieri in alio loco, quàm in loco compromiſſi.*

23 *Arbitri an poſſint proferre ſentẽtiam partibus non citatis, ſi fuerit data poteſtas partibus abſentibus ferre ſententiam.*

24 *Sententia abſque citatione lata per arbitros, eſt nulla.*

25 *Quid ſi adeſſet pactum, quod poſſit ſententia ferri partibus abſentibus, & non citatis.*

26 *Laudum quando valeat, ſi fuerit latum vltima die, qua compromiſſum expirat.*

27 *Poteſtas data arbitris prorogandi compromiſſum, etiam partibus abſẽtibus & ignorantibus, an poſſit efficacitèr prorogari, niſi partibus notificetur, eaq; notificatio, an habeat vim citationis.*

28 *Concernentia materiam compromiſſi, remiſſiuè.*

ARGVMENTVM.

De compromiſſo inter coniunctos, quando poſsit peti, & prorogari, & quę sit poteſtas arbitrorum.

SECTIO XXXXI.

INTER alias exceptiones dilatorias reſpicientes perſonam Iudicis cõnumerãtur exceptio compromiſſi,iuxtà ſuprapoſitam *pragmaticam odia litium, de ordine Iudiciorum*; Pro
1 cuius intelligentia ſciendum eſt, qđ
2 si lis fuerit inter duos coniunctos vſque ad quartum gradum, incluſiuè ſecundum ius ciuile, ſi vnus ex dictis coniunctis petierit compromicti, cauſa eſt compromictẽda inter duos coniunctos, ſi fieri poteſt, vel inter duos amicos communes de iure, & de facto in procedẽdo, & ſentẽtiãdo de iure tãtùm, niſi inter partes aliud fuerit pactum, vt de facto etiam ſententia ferri poſſit.

3 Aduerto tamen, quod hæc exceptio

tio opponi potest vsque ad litis contestationē, seù dationem termini, & ꝙ postquā est datus terminus, non potest peti, ꝙ causa cōpromictatur, qa hæc exceptio est exceptio declinatoria, & sic pluriès fuisse decisū ꝑ Sacrum Consilium refert *Afflict. decis.* 185. & *Capyc. decis.* 48. fundantes decisionem ex verbis statuti.

4 Potest tamen admitti si fuerit opposita incontinenti post terminum datum, dummodò quis non fuerit ꝑ contumaciam, excluſus à compromisso, per adducta ab *Vrsill. dec.* 185.

5 Amplia, statutum procedere, etiā si peteretur exequutio sententiæ latę per arbitrum, *Bar. in l. 2. ff. de receptis arbitris.*

6 Amplia secundò, etiam si esset articulus dubius, an causa esset cōpromictenda, nam & iste articulus debet compromicti, ex dictis per *Capyc. decis. 7. in princ.* & per *Decium cons.* 44. *col. 3. num. 6.*

Veluti si vnus ipsorum dicit rem esse liquidā, ideòq; nō esse compromictendam, alius dicit rem non esse liquidā, nā isto casu sup hoc, an res sit liquida, vel non, debet fieri compromissum, *Bart. in l. si quis in conscribendo*, per *glos. ibi*, C. *de pactis*; cæterique adducti per *Hyppol. sing.* 467. *numer.* 11.

7 Amplia tertiò in minore, qui non restituitur aduersus cōpromissū, vt dixit *Bald. in l. non videtur, de in integrū restitut. minor. viginti quinque ann.* ibi, *quia istud cōpromissū est necessarium, vndè minor vtitur iure communi, ideſt municipali, quod ligat minores, vt ff. de administrat. tutor. l. sine harede, §. Lucius*, & ibi notat *Iacobus de Arena* qui dicit, minorem contra consuetudinem non restitui.

8 Hanc verò dispositionem limita primò, in instrumentis, sēntijs, obligationibus liquidis, & causis feudalibus, vt dicitur in fine huius statuti & fundat de iure cōmuni, *Hyppol. singul.* 467. *in princ.* ad cuius declarationem vide *Donat. Anton. de Marin. cap.* 65. *resolutionum quotidianarum lib.* 1.

9 Limita secundò in testamento, cū sit de proximo liquidandū, *Capyc. decis.* 48. *Donat. Anton. de Marin. d. c.* 65.

10 Limita tertiò, quando petitur exequutio instrumēti cum promissione sub pœna in eo apposita, quia est instrumentum confessatum; sic enim partes inuicē sunt confessæ, & inuicē promiserunt, *Bart. in d. l. 2. ff. de receptis arbitris.*

11 Limita quartò, in exequutione sētentiæ arbitratoris, *Bart. in d. l. 2. ff. de receptis arbitris.*

12 Alię limitationes, & multa notabilia in materia huius statuti de compromictendo inter coniunctos, habētur per *Hypol. in d. sing.* 467. incipiente, *viget statutum.*

13 Et ꝙ arbitri debeant causā infra duos menses terminare, si fuerint cōcordes à die acceptationis, à quo die currit tempus in compromisso adiectū, est *tex. in l. si cū dies cōpromiſſi, de arbitris, Praſ. de Franch. dec.* 354. 14 *n.* 3. & possunt cogi per mulctæ indictionē, postquā compromissum acceptauerunt, causam in eis compromissam diffinire.

15 Et non possunt recusari tanquam consanguinei, quamuis vni partium sint proximiores, vti fundat *Ann. allegat.* 72. qui decisum sic refert.

16 Aduerto secundò, quod laudum debet ferri tempore conuento, nàm currit tempus de momento, ad momētum, & si feratur per horam post diem cōpromissi, vt nō valet laudū, fundat authoritate *Bald. Afflict. decis.* 73. *à num.* 8.

17 Sed si compromissum semel petitum, & concessum expirauerit, an possit qui compromisit iterum compelli ad compromictendum, cōtrouersia est inter DD. quos refert *Donat. Anton. de Marin. resolut. quotidianarum, lib.* 1. *c.* 65. & *Hypol. singul.* 171. eandem quæstionem ponit, pro cuius resolutione in fine distinguit, quod aut tenetur compromictere ex dispositione legis, vel statu-

Digitized by Google

ti, & tunc iterũ inter eos eſt faciẽdũ compromiſſum, cùm paria ſint non facere, vel facere, & minùs legitimè, aut tenetur ex diſpoſitione hominis, & tunc ſufficit, quod ſemel compromiſerit, licèt non ſit ſequutum laudũ & hanc eandem diſtinctionem facit *Donat. Ant. de Marin. in d. c. 65. in fine.*

18 Et ibi quid in procuratore conſtituto ad compromictendum ſimplicitèr.

19 Qd̃ ſi fuerint diſcordes vltima die vel priùs debent eligere tertium, nõ ſuſpectum, vocatis partibus, quæ in promptu ſuſpectos nominare debeant, quod ſi partes, vel aliqua ex eis nominare dictos ſuſpectos in prõptu ceſſauerit, arbiter electus per partem, quem nominauerit in contumaciam alterius partis, non nominatis, tertium eligat.

20 Et hic tertius conſtito priùs de diſcordia infra vnum menſem cum dictis arbitris, vel altero ex eis per ſuũ laudum cauſam expediat, quod ſi nõ cõſtat de diſcordia, non poteſt procedere, *Ann. ſingul. 38. cum reliquis per Addentem collectis.*

21 Verùm ſi data eſt poteſtas arbitris inſtantiã prorogandi, nihilominus ſi talis progatio nõ eſſet partibus notificata non valeret, prout dixit *Bal.* communitèr approbatus *in l. eos*, §. *Apoſtolos, colum. 2. verſ. ſed quæro num quid*, C. *de appellation. Vant. in tractatu de nullitatibus ex defectu citationis, nu.* 10. *verſ. prout etiam conſueuit dicere*, addens *ad ſing. Hypp. 173. in fine, verſ. item adde quod arbiter.*

22 Et hęc progatio poteſt fieri in alio loco, quàm in loco compromiſſi, quia eſt voluntarię iuriſdictionis, vt tenet *Bald. in authent. ei qui*, C. *de tempor. appellat.*

23 Ferre autẽ ſententiã arbitri debẽt partibus citatis, aliàs nullitèr procedunt, *l. diem proferre* 32. §. *ſi quis, ff. de recept. Arbitr. Canoniſta in c. quinta vallis, de iure iur.* Seruant enim Arbitri iudiciorum ordinem, & propterea citare partes debent, *Bar. Alex. & Cęteri in l. ſi quis arbitratu, ff. de verb. obligat. Felyn. in c. cũ olim, col. 9. de re iudic. Hartm. Piſt. lib. 1. tit. de arbit. cap.* 8. quę adeò procedere placuit multis, vt ẽt ſi fuerit compromiſſum, vt arbitri partibus abſentibus ſententiam ferre poſſint, adhuc citatio requiratur, vt voluit *Gozad. conſ.* 100. alios citando ſequitur *Boer. dec.* 283. *Hypp. ſing.* 173. & *ibi addens*, vbi ſententiam la-

24 tam per arbitros abſque citatione nullam eſſe dicit, etiam ſi data ſit poteſtas procedendi de facto, & idem *Hyppol. ſing.* 633.

Ampliatur concluſio, vt procedat etiam in arbitratore, qui ſuum placitum nequit declarare ſine citatione, *l. quod ſi nolit, §. ſi quid ita, ff. de ędilit. edic. Bal. in d. l. ſi quis arbitratu* 43. *n.* 7. *ff. de verb. oblig.* & ita deciſum *in Rota Rom.* refert *Gratian. diſcept. foren. cap.* 162. *n.* 6. *p.* 1. quicquid alij contra ſentiant, qui intelligi debẽt, vt infra dicetur.

25 Eadem verò concluſio erit limitanda, ſi adeſſet pactũ, q̃ poſſit ferri laudũ partibus abſẽtibus, & nõ citatis, nã hoc caſu valebit ſentẽtia, *Hyppol. in d. ſingul.* 173. *in fine*, & differentia datur inter pactum de procedendo partibus abſentibus, vt tunc requiratur citatio, & pactum de procedẽdo partibus abſentibus, citatis, vel non citatis, quia tunc valet laudum ſine citatione, *Alex. in d. l. ſi quis arbitratu, limit.* 4. & ibi *Zaſ. n.* 33. *fallẽt. 1. ff. de verb. oblig. Boer. d. dec.* 283. *nu.* 38.

Reſtringitur ſecundò concluſio, vbi fuerit Arbitratori datum folium album ſubſcriptum, vt ex eo videatur data facultas laudandi ſine citatione, vt ſingularitèr dicit *Gratian. diſcep. for. cap.* 162. *num.* 7.

Tertio loco tẽperanda venit concluſio, vbi fuerit cum iuramẽto promiſſum ſtare laudo proferendo, & illi non contrauenire, *Bapt. de Sancto Blaſ. in tract. de arbitr. q.* 70. *col.* 4. *verſ. quinta concluſio, Borrell. in compend. dec. tot. orb.*

Digitized by Google

orb. tit. 63. nu. 364. p. 1. Quam tamen limitationē velim intelligas, potiùs in Arbitratoribus, quàm in veris arbitris, cum quibus concurrit etiam ſpeciale, vt dicantur electi ad arbitriū voluntatis, & ità intelligūt DD. qui aliàs ſubſtinent, non requiri citationem in laudo Arbitratoris, latè *Gozadin. conſ. 100. à num. 11. Alex. conſ. 130. vol. 1. Ioannes Lopez de Palat. rub. in cap. per veſtras, not. 6. §. 12. nu. 30. de donat. inter vir. & vxor.*

26 Limitanda quartò eſt, ſi tempus eſſet appoſitum à Iudice, ſeù ab ipſo appellatore, qui habet vim citationis, & tunc non requiritur citatio, ſi vltima die termini proferatur ſentētia, vt *cap. ſapè, de appellationibus, Bart. in l. 3. C. de tempor. appell. Bald. in c. 1. §. ſancimus, quo tempore miles.*

Secus tamen dicetur, ſi tempus eſſet legale aſſignatum à lege certa data inſtantia, quia tunc requiritur citatio, aliàs non valeret ſententia, hāc diſtinctionem fundat *Bald. in authent. ei qui, C. de tempor. appellationum, num. 4. verſ. nunquid abſens, vltima die termini ſit citandus.*

27 Limita quintò, facta prorogatione per arbitros, & notificata, quia ipſa notificata habet vim citationis, & non poteſt dici efficacitèr prorogaſſe, niſi partibus notificetur, *Addens ad ſingulare Hyppol. 173. in fin. Capyc. deciſ. 93. num. 5. Boer. deciſ. 283. num. 29.* vbi rationem aſſignat, *Balbus deciſ. 419.*

28 Reliqua concernentia materiā cōpromiſſi habētur per *Marant. in practica, par. 6. ſecundo actu per Reg. Rouit. in comment. pragm. de arbitris,* per *Borrell. ibid. & Nouar. & per eund. Borrel. in compend. deciſ. tot. orb. tit. 73. par. 1. Blanc. in tract. de compromiſſ. Ariſmin. Tepat. ſent. iur. tit. 85. Gabriel com. concluſ. tit. de arbitr. lib. 2.*

SVMMARIVM.

1 *Exceptio quælibet legitimationis perſonæ reſpicit perſonam litigantis, vt ſi pupillus cōpareat ſine tutore, vel minor ſine Curatore.*

2 *Et poteſt opponi etiam poſt litis conteſtationem, & nu. 3. vbi de his exceptionibus remiſſiuè.*

4 *Exceptiones filiationis generis, ſiuè gentis, & quod hæres non ſit, litis cōteſtationem non impediunt.*

5 *Agens alieno nomine, vt tutor, curator, procurator, vel ſimiles, ante litis conteſtationem tenentur demonſtrare ſe tales quales aſſerunt.*
Sed nō impeditur litis conteſtatio, ibid.

6 *Agens nomine proprio non tenetur ante litis conteſtationē ſe talem, qualem demonſtrare, nec retardatur cōteſtatio litis.*

7 *Exceptio legitimationis perſonæ poteſt opponi etiam poſt litis conteſtationem.*

8 *Si in ſupplicatione eſt expreſſa qualitas fundans iuriſdictionem, quam pars negat, datur particularis terminus ſuper exceptione propoſita.*

9 *Quid ſi maritus agit nomine vxoris nō exhibito mandato, an indiciū ſit nullū.*

ARGVMENTVM.

Exceptio legitimationis perſonæ quādo poſſit opponi, & reſeruari ad merita; Exceptiones reſpiciētes perſonas litigantium quæ ſint, & quando poſſunt opponi, & quid in agente nomine alieno.

SE-

Digitized by Google

SECTIO XXXXII.

1 QVòad exceptiones reſpicientes perſonam litigantis, quæ dicuntur exceptiones legitimationis perſonæ (vt de pupillo comparente ſine tutore, vel minore ſine curatore, iuxta *tit. C. qui leg. perſ. hab. ſtan. in iudicio*, de filio familias ſine conſenſu patris, iuxta *l. fin. §. neceſſitate, C. de*
2 *bonis quæ lib.*) poſſunt opponi tã poſt litis conteſtationem, per *Rit. M. Cur. Vic. in ord. Carau.* 294. quàm ante; & quandocumque opponi poſſunt reſpectu reliqui proceſſus nondum facti, ſiquidẽ non erit iuſtum litigare cũ eo, qui ſi ſuccumbit, iudiciũ erit nullum, ſi verò obtinebit validum exiſtet, prout dixit *Paul. de Caſtr. in l. nam eo, n.* 1. *C. de iudic.* idem ſentit *Gabr. Saray. ad Matteſilan. ſingul.* 98. *Hartman. tit.* 1. *de except. c.* 1. Cętera
3 habes per *Maran. in practica par.* 6. 9. *memb.* vbi diffusè de iſtis exceptionibus, &
4 *de exceptione filiationis, generis, ſiuè gentis, & quod hæres non ſit, qui actionem, vel accuſationem intendit, tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus cauſis, conteſtationem litis continuò faciendam nolumus retardari, ſed eis præpoſitis in cauſa principali, nihilominus procedat*, verba ſunt *Conſtitutionis exceptione filiationis.*

5 Agẽs autẽ alieno nomine, vt tutor, curator, procurator, & ſimiles, tenetur ante litem conteſtatã demõſtrare ſe talem, qualem, *Carau. rit.* 294. *Matteſil. ſing.* 98.

6 Qui verò agit nomine proprio, non tenetur antè litem cõteſtatam, nec retardatur conteſtatio litis per hanc exceptionem, & ſi negetur, eſſe talem agentem, *Carau. in d. rit.* 294. *in fin.*

7 Datur tñ caſus, in quo exceptio legitimationis pſonę poteſt opponi ẽt poſt litis cõteſtationẽ, apud *Carau. in ritu* 294. *Aſin. in praxi Iudiciorum*, §. 13. *num.* 9. *& ſeq. cap.* 2. vbi de regula, & quando hoc procedit.

8 Sciendũ erit quoq; quod ſi in ſupplicatione ſit expreſſa qualitas fundans iuriſdictionem, quam pars negat, datur terminus, *Afflict. deciſ.* 297. & vide *Parid. de reintegr. feud. c.* 198. *fol.* 109. incipiens, *an citatus ſuper reintegr. feud. num.* 20. *verſ. quod Iudex, ante litem conteſtatam*, quæ tamen intelligas vbicunque qualitas fundans iuriſdictionem, reſpicit priuilegium negotij, vel cauſę, vt puta ſi de re feudali fuerit controuerſum, vel ſimili, vt tunc procedat *Afflict. deciſio*; ſecus autem vbi qualitas fundans iuriſdictionem, reſpicit priuilegium perſonæ datum, quia tunc ante omnia eſt probanda qualitas, & impedit illa exceptio, proceſsũ ad vlteriora, vt intellexit *Vrſill. d. deciſ.* 297. *Gram. conſ. foriudicationis* 1. *num.* 53. poſt *deciſiones, Muſcatell. in praxi, par.* 2. *gloſ. competentes num.* 81. *&* 82. *Carauit. ſuper rit.* 275. *num.* 20.

Limita etiam ſupradictum aſſumptum in Iudicibus delegatis, coram quibus ſemper qualitas fundans iuriſdictionem ante omnia probanda eſt, nec procedi poteſt ad vlteriora, illa qualitate non fundata, per *Vrſill. d. deciſ.* 297. quia ad hoc, vt Iudex poſſit procedere ad vlteriora, qualitas fundans ſuam iuriſdictionẽ debet priùs apparere, vt eius poteſtas ſit fundata per *tex. in l. fulcinius, §. ait prętor*, vbi *Bart. ff. ne quid in loco publico*, vbi quod qualitas, quæ fundat, aut priuat, debet ante omnia probari, *Muſcatell. præcit. loco*, & dicit communem opinionem eſſe, quod quando negaretur qualitas, quę fundat iuriſdictionẽ ex priuilegio perſonæ dato, ſi in promptu Iudici non poſſet cõſtare de dicta qualitate, eſſet dandus particularis terminus ante litem conteſtatam ad hoc verificandum, & hoc ſeruatur in praxi, nam hęc qualitas eſt ſpecies legitimationis, quæ regulariter ante litẽ conteſtatam

Digitized by Google

ſtatam adimpleri debet, quia quotiès qualitas eſt fundamentum excipientis, reſpectu habilitatis, vel inhabilitatis perſonæ negatæ, debet de illa priùs conſtare, vt *in l. ſi quæramus, la quarta, ff. de teſt.* quia illa qualitas eſt conditio, quæ coheret perſonę, ideò debet priùs videri de competentia, vel incompetentia, & poſtea diſcuſſo articulo ſi remanet Iudex cõpetens poteſt procedi ad vlteriora in cauſa principali, qa quæſtio nõ eſt ſi res ſit feudalis, vel nõ, ſed vtrũ talis Iudex poſſit procedere ad vlteriora in cauſa, & de hoc debet priùs conſtare pro ſua iuriſdictione, & poſtea venire in cauſa principali, *Affl. deciſ.* 297.

2 Et in marito agente, vt procurator vxoris, ſi non habeat mandatum, dicitur Iudicium nullum, *Marant. in ſpeculo par. 4. in* 19. *diſtinct. Iudic. n.* 29 *verſ. decimò dicitur iudicium nullum.*

SVMMARIVM.

1 *Exceptiones, quæ reſpiciunt libellum, ſeù ipſam cauſam, quomodo opponenda ſint, & procedendum.*

2 *Poſſunt opponi etiam in vim dilatoriarum, & peremptoriarum ante litem conteſtatam, & propoſita impediunt litis ingreſſum.*

3 *Oppoſitæ poſt litis conteſtationem, cenſẽtur oppoſita in vim perẽptoriarũ, & tunc cenſentur ad merita cauſæ reſeruata, & de his cognoſcat Iudex in diffinitiua.*

4 *Exceptio quando eſt clara, & liquida ante litis conteſtationem oppoſita impedit litis conteſtationem, & ſuper ea pronunciatur.*

5 *Et quando requireret altiorem indaginem, reſeruatur ad merita.*

6 *Remittitur Iudicis arbitrio dare terminum ad proponendum, & ad probandum.*

7 *Peremptoriæ ſunt opponendæ infra triduum, vel incontinenti.*

8 *Sed in vim peremptoriarũ poſſunt opponi etiam poſt litis conteſtationem.*

9 *Etiam ſi ſuccumbuerit, quia plenariè non deduxerit.*

10 *Si fuerit per Iudicem datus terminus ad probãdum exceptiones dilatorias, ipſis non probatis ſimul reſeruãtur ad merita.*

11 *Princeps in tempore poteſt alteri præiudicare.*

12 *An minor reſtituatur aduerſus exceptiones ante litis conteſtationem omiſſas.*

13 *Et vtrum fiſco competat reſtitutio, & quid iudicatum aduerſus exceptionẽ ante litis conteſtationem omiſſam.*

14 *Fiſcus non reſtituitur in pœnarum exequutionibus poſt præſcriptionem illarum decurſam.*

15 *Nec datur exequutio ad rem emptam aduerſus emptorem, qui authoritate Iudicis emit.*

ARGVMENTVM.

Exceptiones reſpiciẽtes libellum, ſeù ipſam cauſam, quę poſſunt opponi in vim dilatoriarũ, & peremptoriarũ, quomodo, & quando poſſunt opponi. Et an minor, & Fiſcus aduersus omiſſas ante litis conteſtationem dilatorias, reſtituatur.

SE-

SECTIO XXXXIII.

1 QVO verò ad exceptiones quæ reſpiciunt libellum, ſeù ipſam cauſam habetis duplicem opponendi modũ; quædã .n. ſunt dilatorię, & perẽptorię, de quibus per *Bart. & DD. in l. nã, & poſtea, ff. de iure iur. & in l. fin. ff. pro ſuo & in l. cũ quærebatur, ff. iudicatum ſolui*, tractat etiam de iſtis anomolis, ſeù anomorlis exceptionibus, *Speculat. de except. §. 1. num. 5. pract. Papienſ. in rubr. forma reſponſ. rei, §. ſalnis, nu. 3. Aſin. in praxi Iudic. §. 13. cap. 1. ex num. 10.*

2 Et hæ quandoque opponuntur in vim dilatoriarum, vt eſt, quando opponuntur ante litis conteſtationem, & tali caſu impediunt litis ingreſſũ, quandoque opponũtur in vim perẽptoriæ, vt eſt quando opponuntur poſt litis conteſtationem, et tunc
3 cenſentur ad merita cauſæ reſeruatæ, & de his Iudex rationem habet in calculo ferendæ ſententiæ, hanc practicam ponit *Marant. in 6. p. 9. membr. nu. 13.* quæ iuris obſeruantia nõ procedit vbicunq; illa exceptio poſt litem cõteſtatã de nouo cõpetere inciperet, quia tunc ſi erit clara, non veniret ad merita reſeruanda, ſed impediret reliquam partem proceſſus, *Franch. deciſ. 89. nu. 5. Muſcatell. in praxi lib. 1. par. 4. gloſ. vlteriora, num. 2. & ſeq.*

4 Hinc exceptio, quæ eſt clara, & liquida impedit litis conteſtationẽ, & ſuper ea eſt pronunciãdum, prout in praxi ſeruatur, vt per *Affl. deciſ. 63. & dec. 285.* & per *Gram. dec. 66.* Et ſi
5 requirit altiorẽ indaginem, reſeruatur ad merita, & de hac obſeruantia meminit *Muſcatel. in pract. in part. 5.*
6 *glo.* reſeruatis *à nu. 20.* quod ſæpè remittitur Iudicis arbitrio, & obſeruatur regularitèr non dari terminum, nec ad opponendum, nec ad probãdum, ſed cognoſcitur de exceptione, & ſuper ea pronuntiatur, vbi fuerint propoſitæ tempore congruo.

7 Ideò in Regno infra triduum ſunt proponendæ, per diſpoſita in hoc ſtatuto, & q ſcientèr contrafecerit, perpetuò ſilere debebit, verba sũt *gloſ. in conſtitutione exceptione, in verb. exceptione*, niſi in continenti propoponãtur per adducta ab *Vrſil. in deciſ. Afflicti 52.* qui terminus peremptorius intelligitur, licèt non ſit in perẽptorio expreſſum, *Speculat. in tit. de dilat. in princ. num. 4. verſ. & nota.*

8 Quod intelligendum erit, vt non valeat quis opponere in vim dilatoriarum, ſed poſt litis conteſtationẽ, poterit iterum opponere in vim peremptoriarum, vt ſupra diximus.

9 Quinimò & ſi oppoſita in vim dilatoriarum ſuccumbuerit, quia plenariè non fuerit deductum ſuper ea, vnde abſolutus fuerit actor, poterit & poſt litem conteſtatam iterum eã opponere in vim peremptoriæ, & ſuper ea teſtes producere, vel alias probationes pleniores, *arg. l. pen. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alieni iuris, Bart. in extrauag. ad reprimendum, in verbo ſũmariè, in verſ. & ex hoc dico, num. 25. Aret. in §. actionum autem, n. 16. verſic. aduertas tamen, quod ſi dictæ exceptiones.*

10 Aduerte tamen, quod ſi datus eſt terminus parte inſtante, ſi ex cauſis Iudici videbitur, iuxta hanc *pragmaticam*, & infra terminum non fuerunt probatæ, termino elapſo, ſecundum *Bartol. in l: ſi is à quo, in princip. ff. vt in poſſeſſionem legat.* ad merita reſeruantur, vti exceptiones requirentes altiorem indaginem, *Hyppol. ſingul. 365* & diſponitur in hac *pragm.* ac notat *Affl. in d. conſtit. exceptiones, num. 16. verſ. ego dicerem, & in conſtitutione exceptione filiationis, in princip.* & per *Marant. in pract. in 6. parte, 9. memb. nu. 16. Aſin. in praxi indic. §. 13. cap. 3. in fine.* Quem terminum prorogari non poſſe, etiam data loci diſtantia, dixit *Affl. in d. conſtit. exceptione*

filia-

Digitized by Google

filiationis, in princip. quia potest excipiens probationem supplere in causa principali, & respectu temporis Princeps potest alteri præiudicare, *l. quoties, C. de precib. Imperat. off.* & modici præiudicij est, *l. scio, ff. de restit. in integr.*

11

12 Sed hic opportunè quæritur, an minor restituatur aduersus exceptiones omissas ante litis cõtestationem? ad partes disputat articulũ, & authoritates affert tàm pro affirmatiua, quã pro negatiua, & tandem arbitrariũ esse concludit, *Sfor. Odus de restit. in integr par. 2. q. 64. vers. 5. Franch. dec. 290. nu. 3.*

Verùm esse inspiciendum, an huiusmodi exceptiones sint modici, vel magni momenti, & consequẽtèr dãnũ, vel ne, afferant illis ob omissã petitionem ante litis contestationem, vt tunc danda sit restitutio, tenuit *Sfor. Od. loc. supra cit.* pbat, relatis Doctoribus, ac decisionibus *Nouar. in pract. de priuil. miserab. person. priuil. 9.* & secundùm hanc opinionẽ iudicatum fuit per Sacrũ Consilium, apud *Capyc. dec. 13. Franch. d dec. 290. n. 4.* faciunt adducta per *Couar. pract. qq. cap. 26. n. 4. vers. quinto in eiusdem.*

13 Et nouissimè contra Fiscum per Regiam Cameram, & Collaterale Consilium fuit iudicatum, Fiscum non posse lata sententia per Iunctam repræsentantem authoritatem Præfecti Prætorij obtinere post quatuor annos, per restitutionem in integrũ, venditionẽ officij *Dohanerij* Ciuitatis Caietæ, ad cuius priuationem condemnatus fuit pendente reclamatione, & dictum, quod procedatur ad expeditionem causæ reclamationis sub die 19. Augusti 1644. penès. . .

14 Insuper Fiscus non restituitur in pœnarum exequutionibus post præscriptionem illarum decursam, *Tob. Nonius cons. 105. n. 2.* post *Angel. in l. fin. ff. si quis testam. liber. esse iuss. Cremens. notab. 12. Sfort. Odd. in tract. de restitut. par. 2. q. 89. art. 3. nu. 24.*

15 Nec ex alio potest exequi sentẽtia, vendendo officium, quia obtenta sentẽtia in reclamatione, non datur actio contra legitimum emptorẽ ad relaxationem officij, ità *Bald. in auth. ei qui iuramento, col. fin. vers. sed quid si fuit processum, C. de bon. authorit. Iud. possidendis,* aduertit *Præses de Franch. dec. 120. nu. 80.*

SVMMARIVM.

1 *Exceptiones impedientes litis ingressum quæ sint.*

2 *Et quando dicantur liquidæ, & quando non.*

3 *Omnes exceptiones regulariter præsupponunt agentem experiri sine actione.*

4 *Exceptio, quæ fundatur per viam allegationis legum, vel statutorum cuius verba non sunt clara, an impediant processum, vel non.*

5 *Prout in exceptione Senatus Consulti Velleiani.*

6 *Item exceptio solutionis, & liberationis, cùm præsentatur instrumentum ante litis contestationem; & an si fuerit traditum debitori instrumentum, vel reperiatur penes debitorem, & quid si adsit pactum,* quod solutio non possit probari, nisi per instrumentum.

7 *Exceptio iurisiurandi, transactionis, rei iudicatæ.*

8 *Et similitèr exceptio renunciationis litis.*

9 *Item exceptio pacti de non adeundo Iudicem.*

10 *Nec non pacti de non agendo, & quid si probatur per restitutionem instrumenti, & cautelarum à creditore debitori.*

11 *Item exceptio, quæ opponitur per viam notorij.*

12 *Item exceptio vbicumque statutum, vel constitutio dicit* non audiantur.

13 *Item exceptio peremptoria apparens ex narratis per actorem, aut per con-*

ſſionem propriam actoris, & an in quacumque parte Iudicij operetur.

14 *Litis ingreſſum impedit exceptio inuentarij competens heredi, qui ſolvit primo venienti.*

15 *Item exceptio habentis titulum in iudicio petitionis hæreditatis.*

16 *Idem in exceptione,* quem de euictione tenet actio.

17 *Vel exceptio præſcriptionis, & vſucapionis, dummodò ſit liquida.*

18 *Exceptio quod actor non adimpleuit ex parte ſua, ſi fuerit oppoſita ante litis conteſtationem, impedit litis ingreſſum, & proceſſum ad vlteriora, ſecus ſi poſt conteſtatam litem, & decretum interpoſitum.*

19 *Item exceptio ſpolij omnium, ſeù maioris partis bonorum, vt ſi quis eſſet ſpoliatus propter guerram.*

20 *Qui conuenitur quatenus facere poteſt.*

21 *Quæ prædictæ exceptiones poterunt opponi in vim dilatoriarum, & in vim peremptoriarum.*

22 *Et quomodo ſit procedendum, & prouidendum tàm in oppoſitis ante litis cõteſtationem, quam poſt.*

23 *Cæteri caſus, in quibus dilatoria exceptio opponi poteſt, etiam poſt litis conteſtationem, remiſſiuè.*

ARGVMENTVM.

Exceptiones litis ingreſſũ impedientes enumerantur, & quãdo opponi poſſunt, etiam poſt litis conteſtationem, & quomodo ſuper ijs interloquendum ſit.

SECTIO XXXXIV.

1 EXceptiones litis ingreſſum, & eius conteſtationem impedientes, ſunt omnes exceptiones inductæ, vt ſint litium finis, *Bart. in l. fin. ff. pro ſuo, Socc. in tract. fallentiarum, regula* 127. *in* 5. *fallentia,* opponi verò debẽt ſecundũ *Bart.* non per modum exceptionis peremptoriæ, & incontinenti ſe paratum opponens illas probare tenetur, niſi liquida fuerit, aliàs non non impedit litis contestationem, vt *Bart. cit. loc. num.* 3. *verſ. item prædicta vera,* ad quæ etiam eſt videndus *Affict. deciſ.* 53. *&* 63.

2 Dicuntur autem liquidæ, quando altiorem non requirunt indaginem, & de facili poſſunt probari, vt per *Marant. præcit. loco, num.* 16. 6. *par.* 9. *memb.* & quando eſt prompta, & inſtantanea, *Dec. conſ.* 424. *&* 467.

Aduerte tamen, quod in Regno ex *prag. iſta comparente reo, de ordine Iudiciorum,* ſtatutum eſt exceptiones impedientes litis ingreſſum teneri probare excipientẽ infra quinque dies, aliàs ad merita reſeruatæ intelliguntur.

3 Et eſt notandũ, quod omnes exceptiones præſupponunt agentem experiri ſine actione, ſecundum *Vltramontanos,* quos ſequitur *Iacob. de Aren.* vt refert *Cynus in l. emptor. C. de præſcriptionibus longi temporis,* prout exceptio ſolutionis cùm præſentatur inſtrumentum ſolutionis, ſeù liberationis liquidum ante litis conteſtationem, & tunc tanquam oppoſitæ ante litis conteſtationem impediunt litis ingreſſum, *Lanfranc. in praxi, in tit. de exceptionibus, nu.* 10. *&* 11. nimis enim temerarium eſſet nõ admictere hanc exceptionem ſolutionis, ſeù liberationis, vt dixit *Berous conſ.* 189. *nu.* 12. *vol.* 3. *Hyer. Magon. deciſ. Florent.* 94. *num.* 9. *&* 10. *Milan. deciſ.* 14. *num.* 12. *&* 13. *lib.* 2.

Se-

Digitized by Google

4 Secũdò, ꝙ omnis exceptio, quæ fũdatur per viã allegationis legum, vel ſtatutorum, regularitèr impedit litis ingreſſum, at exceptio iſta, ſi ad impediendum proceſſum allegatur ſtatutum, cuius verba non ſunt clara, an impediat proceſſum, vel non, & videretur dicendum negatiuè ex ratione illa, quia requirit altiorem indaginem, ſed veriùs eſt, ꝙ impediat, nam eſt quæſtio iuris, quæ nunquam reſeruatur in poſterum, ſed eſt declaranda, cùm opponitur, & interim impedit proceſſum, nam ſuper diſputationibus iuris non requiritur ordo Iudiciorum, nec litis conteſtatio, nec iuramentum calumniæ, vt notat *Innocent. in cap. cum interim, in fin. verſ. ſed dic, extra de elect. Bald. in l. poſtquam, 3. columna, num. 6. C. de pactis*, & articulus meri iuris decidendus eſt abſque termino *Bal. in cap. venerabilis, de electione*, quem allegat *Vincent. de Franch. deciſ. 221. nu. 12. verſ. & dictũ fuit, & in deciſ. 262. in fin. verſ. & propterea dicebat*, allegat *Bald in cap. conſtitutus, in verſ. nota,*
5 *quod qui petit, de elect.* prout in exceptione Senatus Conſulti Velleiani, *pragm. 1. de Senatus Conſulto Velleiano, in fin.* expreſsè diſponit litis ingreſſum impedire.

6 Sed quid ſi creditor reddiderit, vel tradiderit inſtrumentum, ſeù cautionem debiti ſuo debitori, an videatur factum pactum de non petendo, & dari exceptionem pacti de non petendo contra creditorem, cõſtat ex *tex.* & ibi *Angel. & Bart. in l. Labeo ait, ff. de pactis, Bald. in l. 1. §. ille autem, num. 4. verſ. ſed ſtatim quaritur*, aſſignat rationem, quia qui tradidit inſtrumẽtum, rem tradere videtur, *C. de latina libertate tollenda, l. 1.* rei autem traditio non eſt aliud, quam ipſa liberatio, *ff. de conditionibus ob cauſam, l. ſi mulier. ff. de iure dotium, l. ſi ſponſalibus, §. 1. C. de pactis, l. ſub prætextu, in gloſ. in verbo ſic ergò, Felin. in d. cap. accedens, num. 2. verſ. ſi probatur inſtrumentum, in princip. num. 2. vt lite non conteſtata*; traditio enim inſtrumentorum inducit traditionem rerum, facit *text. in l. qui chirographum, ff. de legatis tertio, & gloſ. in cap. Eccleſia 2. vt lite pendente, in fin.* etiam ſi nõ conſtaret tradidiſſe, dummodò reperiretur pœnes debitorem, *Felyn. loc. cit. d. num. 2. verſ. ſi autem non apparet*, idem ſentit *Bar. in d. l. Labeo, in princ. ff. de pactis*, et ibi expreſsiùs *Fulgoſius*, ad cuius dicti declarationem *Additio* ad *Felyn. in citato loco, lit. A. in verbo ſi autem*, dicit, *adde tu*, quod *Bar. in l. fullo §. qui tabulas, ff. de furt.* ſentit, quod illa ſit plena probatio, v3. ſi inſtrumentum cancellatum reperiatur pœnes debitorẽ, qui non ſit domeſtica perſona, quia probatur debitum eſſe ſolutum, & pro iſta opinione eſt *tex. in cap. præſens, vt lite pendẽte*, & ibi *Ant. de Butr. Cyn. in l. ſi de poſſeſſione. C. de prob.* contrarium ſentit *gloſ. in l. poſtquam, C. de pact. in l. fin. magnæ gloſ.* quam ibi ſequitur *Guil. de Cun. Bal. & Iacob. But.* dicunt, quod ſi debitor erit perſona ſuſpecta poterit deferri iuramentum in ſupplementum probationis, & iſtud ſentit *Abb. in d. cap. præſens, vt lit. pend. in vlt. col. verſ. ſecũdus caſus*; Et ego puto, ꝙ opinio *Bart.* ſit verior, *in. dl. Fullo, §. qui tabulas, & tex. in l. qui chirographũ, ff. de leg. 3. verſ. libertus*, vbi præſupponitur, quod iſta præſũptio ſit tãta, vt inducat liberationem in effectu, & maximè quando perſona, quæ habet inſtrumentum, eſt legalis, & tenuit inſtrumentum aliquo tempore, ità *Ioan. And. in add. ad Specul. in tit. de inſtrum. edit. §. poſtquam, verſ. porro, & per iſta dic*, quod ſtante ſtatuto, quod ſolutio debiti non poſſit probari, niſi per publicum inſtrumentum, certè dicitur probare ſolutionem per inſtrumentũ ille, qui producit inſtrumentum crediti cancellatum, ità ſingularitèr tenet *Bal. in l. vacuatis, C. de decur. lib. 10.* hæc addens.

Verumtamen in caſu prædicto nõ

fuit impeditus proceſſus ad vlteriora in cauſa, quia non videbatur liquida & clara, prout requiritur, ſed præſumtiua, iuxta *deciſ. ſup. d. nu.* 2. adductas de requirentibus altiorem indaginem.

7 Impediunt quoque litis ingreſſum exceptiones iuris iurandi, *l.* 1. *ff. de iure iurando*, tranſactionis, *l. fratris*, C. *de tranſactionibus*, rei iudicatæ, *l.* 1. *ff. de re iudic.* de quibus tribus eſt *tex. in cap.* 1. *de lite conteſtat. in* 6. loquitur *Bar. in l. cùm quærebatur*, §. 1. *ff. iudicatũ ſolui*, & *in l. nam & poſtea*, *ff. de iure iurando*, & *in l. fin ff. pro ſuo*, *Aret. in* §. *actionum autem*, *col* 4. *inſtitutionibus de actionibus*, *gloſ. in conſtitut. exceptione filiationis*, *in verbo exceptio.*

8 Item exceptio renunciationis litis, *l. poſtquam liti*, C. *de pactis.*

9 Item exceptio pacti de non adeundo Iudicem, *l. dedi*, *in princ. ff. de conditionibus ob cauſam.*

10 Nec non pacti de non agendo, nàm per ipſum creditorem quædam litis renunciatio præſupponitur inducta, *Innoc. in d. cap.* 1. *de litis conteſtatione*, quæ litis ingreſſum impedit.

11 Impedit quoque litis ingreſſum, exceptio, quæ opponitur per viam notorij, *Io: Andr. in cap.* 1. *in verbo obiectus*, *de litis conteſtatione*, *in* 6. *Innoc. in cap.* 1. *de offic. Iudicis*, facit quod notatur *in l. qui cum maior*, §. *ſi patris*, *de bonis*, *quæ liberis.*

12 Item exceptio, quod quis non debet audiri vbicunque ſtatutum, vel conſtitutio dicit *non audiatur*, *l.* 2. C. *ne quis liber inuitus actus reipublicæ gerere cogatur*, *l.* 11.

13 Et ſimilitèr exceptio peremptoria apparens ex narratis per actorem; excluditur enim per confeſſionem propriam, quæ confeſſio in quacunque parte litis idem operatur, *l. cum præcũ*, C. *de liberali cauſa*, *Bald.* prædictas has decẽ exceptiones refert *in d. l. poſtquã liti*, *col.* 2. & 3. C. *de pactis.*

14 Nec non litis ingreſſum impedit exceptio inuentarij, competens hæredi, qui ſoluit primo venienti, *Bald. in l. fin.* §. & *ſi præfatum*, C. *de iure deliberãdi*, *in vltima col.* notat *Vinc. de Franch. deciſ.* 272.

15 Item exceptio habentis titulum in iudicio petitionis hæreditatis, nam in petitione hæreditatis titulus excludit proceſſum; titulus enim poſſeſſoris poteſt allegari ad impediendum proceſſum, & etiam poſt litis conteſtationem per modum peremptorię, ſi priùs non eſſet diſcuſſum de titulo, *Bald. in l. cogi*, C. *de petitione hæreditatis*, *n.* 6. *verſ. ſed in petitione hęreditatis eſt aliud.*

16 Exceptio, *quem de euictione tenet actio, eumdem agentem repellit exceptio*, de qua *in l. vendicantem*, *ff. de euictionibus*, impedit etiam ingreſsũ litis, *Grammat. deciſ.* 66. *num.* 21. & 22.

17 Idẽ operatur exceptio præſcriptionis & vſucapionis, *l. fin. ff. pro ſuo*, dummodo ſit liquida, *Afflict. dec.* 52. *Gram. in d. deciſ.* 66. *num.* 24. iuxta diſtinctionem *Bartoli in d. l. fin. ff. pro ſuo.*

18 Eandem habet potentiam exceptio *tu non adimpleuiſti contractũ ex parte tua*, nã hæc eſt vna de exceptionibus, quę opponi poteſt ad proceſsum impediẽdũ, & ęquè impedit iudiciũ, & litẽ conteſtari, *Aret. in d.* §. *actionũ autẽ*, *inſtitutionibus*, *de actionibus*, *num.* 15. *verſ. intantùm*, *quod iſta exceptio*, *tu non adimpleuiſti contractum ex parte tua*, *per dictam l. Iulianus*, §. *offerri*, verũ hac exceptione oppoſita poſt conteſtationem litis, fuit puisũ per cauſę Cõmiſſariũ, q terminus datus currat, denegata appellatione, per Preſidentẽ habito recurſu ad Collat. Conſilium fuit approbata denegatio Spectabilis Preſidentis ſub die 17. Iunij 1644. in cauſa hæredum qu. Ducis de Caſtro cum illis de Spinola, & alijs creditoribus, quia oppoſita fuit poſt litis conteſtationem, nam oppoſita ante, ſi eſſet clara, & liquida impediret curſum cauſæ, per *d. l. Iulianus*, §. *offerri*, *de act. empt.* & ibi *Paul. de Caſtr.* ponderans verba, ibi, *nondum ex empto actio eſt.*

Ante vero litis conteſtationem hæc exceptio impedit proceſſum ad vlteriora, maximè quando ſumus in contractu vltrò citròquè obligatorio, vt

ex

Digitized by Google

ex *d.* §. *offerri*, obſeruat *Grauet. conſil.* 127. *Ceph. conſ.* 97. *num.* 37. *lib.* 1. *Milanenſ. deciſ. Sicil.* 4. *par.* 2. *Magon. deciſ. Lucenſ.* 21. *num.* 16. *& deciſ.* 25. *num.* 77. *Oſaſch. deciſ.* 50. *ex num.* 8.

Quam concluſionẽ velim extendas, vt procedat non ſolum ſi nõ ſint adimpleta ſubſtantialia, ſed etiam accidentalia contractus, probat *Cor. conſ.* 708. *num.* 33. *vol.* 2. *Magon. deciſ. Lucenſ.* 11. *num.* 8. *Caccher. d. deciſ.* 50. *num.* 15. *Roland. cõſ.* 6. *num.* 19. *vol.* 1.

Extenditur etiam, vt opponi poſſit, etiam ſi adimplementum in vno, quid minimo deficeret, *Cephal. conſ.* 66. *num.* 28. *lib.* 1. *Surd. conſ.* 52. *num.* 75. *vol.* 2. *Puteus deciſ.* 357. *nu.* 4. *lib.* 3. *Magon. dec. Lucenſ.* 21. *n.* 16. *&* 17.

Et hę exceptiones vigẽt ẽt ad impediẽdã exequutionẽ virtute inſtrumenti liquidandi, vel obligationum pœnés acta, ad ad formã Cam. *Oſaſch. deciſ. prædicta* 50. *Cęſar. Barz. in deciſ. Bonon.* 36. *num.* 23. ſequitur *Galleſ. de obligat. ad for. Camer. par.* 4. *q.* 1. *n.* 7 *Gozad. conſ.* 94. *num.* 45.

Amplia tandem, vt etiam ex officio Iudicis ſuppleri poſſit, vt probat *Rom. conſ* 151. *Turr. cõſ* 60. *n.* 15. *vol.* 1.

Tẽperãda verò venit cõcluſio, vt non procedat, quando agitur ex diuerſo contractu, quia vt impediat, neceſsè eſt, vt opponatur ex eodem contractu, *Eelyn. in cap.* 3. *num.* 5. *de iure iur. Cornazzan. deciſ. Lucenſ.* 70. *n.* 6. *Franc. Cantucc. deciſ. nouiſſ. Rot. Rom.* 97. *num.* 7. *par.* 2. *vol.* 2. *Pariſ. conſ.* 33. *num.* 64. *vol.* 1.

Quando autem implementũ fieri poſſit, vel ne, ad finẽ, vt procedat hęc exceptio, vide latè *Cephal. conſ.* 586. *par.* 4. *Milan. d. deciſ.* 4. *par.* 2. *Franciſc. Becc. conſ.* 45. *num.* 50.

19 Exceptio ſpolij quoq; & omniũ, ſeù maioris partis bonorũ, iuxta *cap. frequens, de reſtitut. ſpoliatorum, in* 6. impedit etiam proceſſum ad vlteriora, *Afflict. deciſ.* 182. *col.* 2. *num.* 5. *Grammat. deciſ.* 85. quicquid contra teneat *Abb.* communitèr reiectus, vt *ibi* dicit *Gram.* quæ quando obſtet, habes per *Afflict. dec.* 19. *n.* 7. *&* 8. quę etiam obſtat, quando quis ſpoliatus propter guerram, *Gram. d. deciſ.* 85.

20 ex eo, quod æquum, & pium eſt, vt conueniatur eatenus, quatenus facere poteſt, *Io: Fab. & Iaſ. in* §. *fin. inſtit. de act.* nec aduerſus dictam exceptionem obijci poteſt de iuramẽto præſtito per debitorem, vt ipſemet *Gram. d. dec.* 85. *num.* 1. *&* 3. *verſ. nec aduerſus præfatam exceptionem ſpoliationis, Io: Andr. in cap.* 2. *de ordine cognit.* quia nõ vendicaret ſibi locũ, quando ſpoliũ eſſet ſubſequutũ poſt iuramentũ, vt declarat *Imol. in d. c.* 2. & in propriis terminis *Philipp. Francus in dicto cap. frequens, de reſtit. ſpol.* & quod etiam ex alio capite euitaretur periuriũ, v3. ob impoſſibilitatẽ, et impotẽtiã ſoluẽdi, ratio ſuadet manifeſta, quia impotentia excuſat à periurio, vt ipſemet *Gram. d. dec.* 85. dicit, et declarat *Imola, Philipp. Frã. ch.* et poſt eum optimè *Soccin. in ſuis fallentijs, in Reg.* 225. ſubdens, quod periuriũ etiã euitatur per impotẽtiã ſoluẽdi, quæ excuſat à periurio, *c. breui, de iure iur.* vndè Banniti ad tempus, quibus omnia bona adimuntur ſunt, ab eorum creditoribus liberati, *Bald. in l.* 2. C. *ad legem Iuliã, de vi publica, in l. ſi marito publico, ff. ſoluto matrim. & in l.* 1. *ff. de duobus reis*, iuncta *gl. & Bar. inl. ſi debitore, & in l. ſi adeptis*, C. *de ſententiam paſſis.*

21 Sic & omnes exceptiones impedientes litis ingreſſum ex natura cauſæ, vel contractus, vt eas vocat *Bart. in l. elegantèr*, §. *ſi quis poſt, in fin. ff. de condit. indebiti*, poſſunt opponi in vim dilatoriarũ, & in vim peremptoriarum, vt ſubtiliùs *Bald. d. l. poſtquam liti. ſub num.* 7. *col.* 2. *verſ. & ideò non mirum ſi impediunt.*

22 Et hæ vbicumque in vim dilatoriarum oppoſitæ fuerunt, impediũt litis ingreſſum, ſi in vim peremptoriarum, cognoſcit de eis Iudex in diffinitiua ſententia, *Bald. Alex.* & cõmunitèr *DD. in d. l. nam & poſtea, in princ. Marant. in d. p.* 6. 9. *mẽbr. n.* 13.

23 At ſi fuerint oppoſitæ, vt dictum eſt ſupra ante litis conteſta-

ſtationem,ad impediẽdum iudiciũ, vel factis probationibus, ſi pars replicat aliquod aduerſus ipſas, non eſt reſeruanda exceptio ad merita, ſed eſt dandus terminus ſuper replicatione, *Affl.dec.*63.*& in dec.*285.

14 Reliqui caſus,in quibus dilatoria exceptio opponi poteſt, etiam poſt litis conteſtationem, tradit *Felyn. in cap.inter Monaſterium*, 3.*colum. nu.*4. *& per Collectores communium opinion. in tit.de iudicijs,num.*148.*& ſeq.* per *Socc.in tract.fallentiarum,regula* 126. *num.*8.*Ruin.conſ.*71.*n.*3.*lib.*1. *Duen. lib.*1.*regul.vtriuſque iuris,regula* 261, *exceptio dilatoria,& regula* 48.*in* 3. *limitatione.*

Et cùm in Sacr. Conſ. contigiſſet dubitari, ſi mulieri agenti obſtabat exceptio iuramenti,fuit tandem decretum,non eſſe procedendum in cauſa principali, ſtante prædicta exceptione, & idem aliàs iudicatum fuit,vt per *Grammat.deciſ.*66.*in fine*, fundat *Ioan.de Amic. conſ.*63. & patet ex dispoſitione *huius pragmaticæ.*

Illæ verò exceptiones ſunt reſeruandę ad merita,quæ requirunt probationem extrinſecam,cùm non appareant liquidæ à die oppoſitionis, ſecùs ſi ſunt promptæ, & inſtãtaneę, de quibus fuit dictum *ſupra num.* 2.

DE MODO PROCEDENDI, QVANDO EXCEPTIONES impedientes litis ingreſſum non fuerunt oppoſitæ,vel fuerunt reſeruatæ ad merita.

SI reus exceptiones litis ingreſſum impedientes opponere noluerit, vel oppoſuerit,& ad merita fuerint reſeruatæ, vel alitèr reiectæ,immediatè procedatur ad reſponſionem petitioni ipſius actoris, & iuramentum de calumnia,& alias reſpõſiones,ſi tenet & poſſidet, quando reali agitur,vel alijs interrogationibus iuſtè factis ; veluti ſi hæres eſt, & ſimilibus,quod ſi reus id facere recuſauerit, procedant : ac ſi legitimè reſpondiſſet,& iuraſſet,& quantum ad interrogationes prædictas habeatur pro cõfitente,vel negante,prout deterius erit ipſi contumaci.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum de calumnia, de quo in hac pragmatica non eſt in vſu.*
2 *Obſeruatur ſolùm, quò ad interrogationes,quæ quomodo practicentur.*
3 *Declarationes facta de ordine Iudicis, probant in iudicio.*
4 *At quomodo tenetur quis declarare?*
5 *Et ſi ſimpliciter declarauerit, intelligitur inſolidum,& ſi declarauerit ex parte ſe eſſe hæredem,ex dimidia intelligitur.*
6 *Reus non ſolùm,ſed etiam actor tenetur declarare,ſi venit,vt hæres.*
7 *Etiam ſi ipſi fuiſſet reſtituta hereditas.*
8 *Quod ſi à parte fuiſſet interrogatus, non ſolùm ſi à Prætore, verùm etiam ſi ſine interrogatione reſponderit, probat reſponſio.*
9 *Sed quid ſi falſum reſponſum dederit.*
10 *Et quando poterit renocare confeſſionem.*
11 *Interrogatus non probato errore ſi appellauerit,poteſt in cauſa appellationis facere id,quod paterat in prima inſtantia.*
12 *Quod ſi non appellauit,vel in cauſa appellationis non probauit,an poterit pete-*

Digitized by Google

petere restitutionem ex clausula generali, si qua mihi iusta causa.

13 *Procurator habens mandatum, an teneatur declarare, & eius confessio noceat Domino.*

14 *Sed an quando fuerunt oppositæ exceptiones generales, teneatur declarare.*

15 *An declaratio possit fieri per partem usque ad litis contestationem, & num.* 21.

16 *Et an mortuo conuento post litem contestatam.*

17 *Et quomodo sit procedendum contra hæredem possessorem.*

18 *Defensor non habens mandatum, an teneatur declarare.*

19 *Et quid si falso modo responderit.*

20 *Hæres an teneatur declarare, si ab aliquo patitur molestiam de hæreditate.*

21 *Declaratio facta per aliquem, an probet respectu alterius, quàm interrogantis.*

22 *Hæres si interrogetur, an teneatur declarare, si sit hæres ex testamento, vel ab intestato.*

ARGVMENTVM.

De declarationibus, quę practicantur in iudicio ad interrogationē; & an & quando teneatur procurator, aut hæres declarare; Et de practica procedendi contra hæredem possessorem.

SECTIO XXXXV.

1 DVO continet hęc pragmatica, prędstationem iuramenti de calumnia, & interrogationes, iuramentum de calumnia recessit ab Aula, & in Regno Neapolit. nō obseruatur pragmatica quò ad hoc, sicuti in alijs locis, vti testatur *Borrell. summa decis. tit. de iuramento calumniæ* 51. *num.* 46. vbi plenè.

2 Obseruatur verò quò ad interrogationes p actorem factas, si tenet, & possidet reus, quando reali actione agitur, & si sit hęres, & reus tenetur declarare statim, & ratio est, quia difficile est probare aliquem esse hęredē, vel possessorem bonorum, *l.* 2. *&* 3. *de interrogatorijs actionibus*; de remedijs verò contra recusantē, respondere, dictum est *suprà in prag. relatione citationis.*

3 Et istæ declarationes probant in iudicio, *l.* 1. *in fin. ff. de interrogatorijs actionibus*, quasi celebrasset quasi cōtractum, *l. de ætate*, §. *qui interrogatus, ff. de interrogatorijs actionibus.*

4 Et non solùm tenetur simplicitèr declarare, sed etiam pro qua parte hæres est, *l. qui seruum, in fin. ff. eodem.*

5 Et si simplicitèr declarauerit se esse hęredem, nec adiecerit, ex qua parte, intelligitur esse insolidùm, nisi fuisset interrogatus pro certa parte, nā censetur respondisse ad interrogata, *l. si defensor, aliàs incip. si sine*, §. *si defensor, ff. eodem*, & si ex parte declarauerit se esse hæredem, ex dimidia intelligitur, *l. de ætate*, §. *si interrogatus, ff. eodem.*

6 Quam conclusionem amplia primò, non solùm in Reo conuento, sed etiam in actore, nam actor ad instantiam rei tenetur declarare, si venit, vt hæres, & sic practicari in Sac. Consilio testatur *Capyc. decis.* 97.

7 Secundò, amplia non solùm si ipse interrogatus sit hæres, sed etiam si fuis-

Digitized by Google

fuiſſet ipſi reſtituta hæreditas, *l.ſi eſenſor, § ſi n al. in fin. ff. eodem.*

8 Tertiò amplia, non ſolùm ſi à Prętore fuiſſent interrogati, ſed etiam ſi à parte, immò etiam ſi ſine interrogatione reſponderet, probat reſponſio *l. ſi ſine interrogatione, ff. eodem*.

9 Quartò amplia, & ſi interrogatus falſum reſponſum dederit, nam ſtatur contra ſe, *l. de ætate, §. 1. & 2. ff. eodem, & l. 4. ff. de confeſſis*, dūmodò ius & natura non repugnēt, *l. confeſſionibus, & l. ſi is, §. in totum, ff. eodem, & l. 4. ff. de confeſſis.*

10 Benè verum eſt, quod tunc qui reſpondit, poterit reuocare confeſſionem, cum diſtinctione, de qua per *Bart. in l. 2. ff. de confeſſis*, aut ſcilicet confitetur ſcientèr falſum, & tunc ſi aduerſario ſciente poteſt reuocare. *l. is, qui obtulit, ff. de verborum obligationibus*, & ibi *gloſ. in verbo abſoluendus*, aut aduerſario ignorante & tunc antè litem conteſtatam poteſt reuocare, ſi nulla quęſita actio ſit actori, *d. l. de ætate, §. fin. ff. de interrogatorijs actionibus*, ſed ſi actio ſit quęſita, vt ſi obtulit ſe, & dixerit poſſidere, ideò vt alius vſucapionem compleret, & tunc actione de dolo tenetur, *l. penult. ff. de dolo.*

Et ſi actio non ſit, valet reuocatio & non probato errore antè litis cōteſtationem, *gloſ. in l. ſi is, qui ſi ſe obtulit, ff. de rei vendicatione, & in d. l. de ętate, §. fin. in verbo actoris*, poſt verò litis conteſtationem non eſt locus pœnitentiæ, *d. l. qui ſe obtulit.*

Verùm, ſi priùs dixerit ſe nō eſſe hęredem, poſtea autem ſe eſſe hæredem dicat, quia non eſt actoris dānum, quandocunque reuocare poteſt, *d. l. de ætate, §. fin. & ibi gloſ.*

Item ſi confitetur falſum per errorem in omnibus caſibus, in quibus poteſt reuocari, ſi certa ſcientia eſſet confeſſus, multò magis ſi per errorem, vt probatur in locis ſupra citatis.

In alijs verò caſibus diſtingue, aut non habuit iuſtam cauſam erroris, aut habuit, primo caſu, ſi fuit propter latā culpam nō poteſt reuocare, *d. l. de ætate, §. qui iuſto, in fin. ff. de interrogatorijs actionibus*; ideò ſi in iure erraſſet, non poteſt reuocare, quia eſt lata culpa, in *d. l. de ætate, §. qui iuſto, & l. liberorum, §. notātur, ff. de his, qui notantur infam.* ſi verò fuit culpa leuis, tunc vſque ad ſententiam poteſt reuocare probando contrarium per *d. l. 2. ff. de confeſſis, & l. error, C. de iuris, & facti ignorantia*, ſed ſi cauſam erroris habuit, ità quod in nullam culpam incidit, tunc vſque ad ſententiam poteſt reuocare, probando contrarium *d. l. error.*

Et probato iuſto errore admittitur pars aduerſa ad probandum, quod tūc temporis ſciebat alitèr, quam reſpondit *gloſ. in d. l. de ætate §. fin. & Cyn. in d. l. error*, vbi dicit, poſſe fieri hāc probationem, etiam publicatis atteſtationibus, & lata ſententia, facit *tex. in l. 2. ff. quando act. de pecul. eſt annal.*

11 Qđ ſi pars non probauit errorem, & appellauerit, poteſt in cauſa appellationis facere id, quod poterat in prima, ſi autem non appellauerit, vel in cauſa appellationis non probauerit, & ſic ſententia tranſiuit in rem iudicatā,

12 petat reſtitutionem in integrum infra tempus debitum ex clauſula generali, *ſi qua mihi iuſta cauſa, Paul. de Caſtr. in d. l. 2. ff. de confeſſ.*

Et hęc de confeſſionibus circa præparatoria Iudiciorum, ſpectantia verò ad deciſiones Iudiciorum, dicam infra in *pragm. reſponſionibus viciſſim.*

13 Amplia modo principalem concluſionem, etiam in procuratore habente mandatum, nàm tenetur declarare, & eius confeſſio nocet Domino, *l. non ſolum, ff. de procur.* quod intelligendū eſt iuxta ea, quæ infra in *pragm. reſpōſionibus* dicam.

14 Extenditur etiam quando reus oppoſuiſſet exceptiones generales, nam illas tenetur declarare, quando conſi-

ſtunt

Digitized by Google

stunt in facto, *l. age cum Geminiano, C. de transactionibus*.

Hæ declarationes possunt fieri per partem vsque ad litis contestationem, sed per Iudicem peti possunt, etiam post, secundum vnam opinionem, quã tenuerunt multi DD. nam multi contrarium dixerunt; vtramque tamen opinionẽ posse substineri refert *Vinc. de Franch. dec* 263. sed primã tanquã æquiorem sequitur *Fab. de Ann. conf.* 58. *n.* 19. *& Io. And. Giorg. alleg.* 34. *n.* 27.

16 Limita primò, in defensore non habente mandatum, nàm non tenetur declarare, *l.* 51. *sine interrogatione, in* 2. *p. ff. eodem*, iuncta *gl. in verbo præiudiciũ*,

17 sed si defensor falso modo responderit, ipse aduersario tenetur, & Domino nullum præiudicium facit, *l. si defensor, ff. eodem.*

18 Secundò limita, si ab aliquo petatur controuersiam de hæreditate, nàm non tenetur declarare se esse hæredẽ, *l. & quia hoc defunctũ, ff. eodem*, & si declarauerit, & postmodum hæreditatem amiserit, non obstabit ei declaratio, & liberabitur, *l. si bis, cuius nomine, ff. eodem.*

19 Tertio limita, respectu alterius, quã interrogantis, nàm non probat declaratio respectu alterius, *l. fin. ff. eodem.*

20 Quarto limita, vt non teneatur declarare, si sit hæres ex testamento, vel ab intestato, nisi natura intentandæ actionis hoc exigat, *d. l. si defensor, §. illud quæritur.*

Quintò limita, vt si petatur declaratio, si qs sit hæres teneat & possideat, qui tenetur declarare infra tẽpus cõficiendi inuentarium, qui eo tempore non tenetur declarare, si est hæres, secus autem esset, si petatur declarare si tenet, & possidet, quia etiam pendẽte tempore inuentarij tenetur declarare, vt probat ex *Caranit. in rit.* 300. *nu.* 15. *Muscatell. in praxi, par.* 3. *glos. hæreditaria, in addit.*

21 Prædictæ verò interrogationes per partes, iuxta stylum Sacri Cõsilij, fieri possunt vsque ad litis contestationem, lite postmodum contestata debet facere positiones, de hac *practica* meminit *Capyc. decis.* 97. sed ordine Iudicis fieri possunt tam ante, quàm post, *l. vbicumque, ff. eodem, glos. in cap.* 2. *de offic. Iudicis, & in clementina sæpè, de verborum significat. verb. item interrogare debet*, & supra diximus.

22 Et etiam mortuo conuento post litẽ contestatam, quia ipso iure non transfertur iudicium in hæredes, & propterea actor citari faciat filios ad declarãdum, si sunt filij & hæredes, & ex quota parte, & ad videndum translationẽ iudicij in ipsos faciendã, qua citatione facta, Iudex postmodũ interponit decretũ, quod trãsferatur iudiciũ, & cum ipsis procedatur vsque ad sententiam, *Carauit. rit.* 234. *num.* 6. & ità seruatur.

23 Verùm si actio sit in rem, si antè litis contestationem fundi possessor dolo malo fundum possidere desijt, hæredes eius in rem quidem actionem susci pere cogendi non sunt, sed in factum actio aduersus eos reddi debebit, per quam restituere cogentur quanto locupletiores ex ea re facti fuerunt, *l. cum autem fundi possessor* 73. *ff. de rei vendicatione*, & culpa, & dolus malus hæredis in hoc iudicio venit, *l. si in rem actum sit* 52. *ff. de rei vendicat.*

Per quæ iura, & per *tex. in l de eo, §. fin. ff. ad exhibendum*, dicit *Petr. Iacobus in practica, rubr.* 3. *de rei vendicatione libelli consuetudo approbatus, num.* 48. quod si ante litem contestatam moriatur reus, iteratò erit formandus libellus contra possessorem, etiam si hæres illius rei illum fundum possideat, quia actio in rem non datur contra hæredem, sed contra possessorem.

Digitized by Google

DE DILATIONIBVS in cauſis dandis.

POST prædictas reſponſiones realitèr, vel per contumaciam, vt ſuprà, ſine aliquo Iudicis miniſterio terminus ad probandum ipſo iure partibus intelligatur ſtatutus modo infra ſcripto, v3. quod partes ipſæ reſponſione manifeſtare debeant, vel ſaltem vna ex partibus manifeſtare debet, in quibus locis teſtes examinare intendunt, & ſi infra viginti milliaria, quindecim dies continui ſtatuti intelligantur, abindè ſuprà multiplicetur numerus per terminum quinque dierum, pro qualibet dieta, attribuendo cuilibet dietæ paſſuũ viginti millia, ità tamen, quod excedere non poſſit terminum trium mẽſium, etiam ſi in remotioribus Regni partibus probationes fieri deberẽt, niſi Iudici de cauſa cognoſcenti ex iuſta cauſa eius animum mouente, maiorem dilationem ſtatuendam videretur, quo caſu pro eius arbitrio illam augere poſſit; dùm tamèn intra Regnum, terminum trium mẽſium, vt ſuprà, non excedat, quod ſi partes ipſæ, vel ſaltem vna ex eis in ipſa reſponſione non manifeſtauerint loca, in quibus examinare intendunt, terminus ipſo iure viginti dierum ad probandum ſtatutus intelligatur, nec poſſunt dicti termini ſine iuſta cauſa, vel ſine expreſſa ambarum partium voluntate prorogari, ad pœnam duarum vntiarum à Iudice auferendam, qui talem prorogationem fecerit.

Quod ſi fortè ad obtinendam calumniosè maiorem dilationem, aliqua partium, loca diſtantiora nominauerit, in quibus teſtes examinare non fecerit, ſimili pœnæ duarum vnciarum ſubiaceat, ſine vllo proceſſu ab eis auferendę, decernimus nominationem dictorum locorum fieri poſſe, ẽt in reſponſionibus faciẽdis per partes ipſas poſitionibus, ſiuè capitulis.

SVMMARIVM.

1 *Terminus in cauſa principali ad probandum incumbentia, quantum eſſe debet, actenta etiã locorum diſtantia.*
2 *Et de practica, & num. 4.*
3 *Quando terminus poſſit per Iudicem arctari, vel elongari.*
5 *Termini datio habet vim litis conteſtationis in Regno.*
6 *Probationes abſque termino probant, & quare.*
7 *Si pars petierit terminum, & per Iudicem fuerit denegatus, ſententia an ſit nulla.*
8 *Quando ſine termino, & probationibus ſit diffinitiuè pronũciandum, vel abſolui cõuentus debeat ab obſeruatione iudicij.*
9 *Sententia diffinitiua an ſit nulla, ſi lata ſit ſine probationibus.*
10 *Et quid ſi eſſet punctus iuris.*
11 *Dato termino ſi litigantes extra locum iudicij teſtes habuerint, quid obſeruandum.*
12 *Et quid ſi teſtes eſſent ſenes valetudinarij, honeſtę mulieres, & ſimiles, vel partes ità voluerint.*
13 *Et an ſtetur fidei à partibus electorum, non approbatorum per Curiam.*
14 *Et an poſſit probari contrarium.*
15 *Quid ſi ſint nominati teſtes extra*

Re-

Digitized by Google

Regnum, & quomodo obseruatur.

16 *Tàm quòad testes nominatos extra Regnum, quàm infra Regnum.*

17 *Cautela ad euitandum depositum pro nominatione facta extra Regnum.*

18 *Casus, in quibus Audientia testium non committitur, recensentur.*

19 *Audientia testium in causa ardua, quãdo potest committi.*

20 *Et quæ dicatur causa ardua.*

21 *Et quid de stilo Sacri Consilij.*

22 *Quid si testes essent Iudici suspecti.*

23 *Quid in causis feudalibus.*

24 *Quid in causa repulsæ.*

25 *Audientiam testium an sit arbitrariũ Iudici, vel cogatur de necessitate committere.*

26 *Et quomodo obseruandum sit, quando coram Iudice testes sunt examinandi.*

ARGVMENTVM.

Terminus quãdo possit arctari, vel elongari, & habeat vim litis contestationis, probationesquè absq; termino probent, vel secùs; & quando sine termino, & probationibus possit diffinitiuè causa determinari, quidquè obseruandũ sit, quòad receptionem testium absentium, vel impeditorum.

SECTIO XXXXVI.

1 PER hanc pragmaticam statuitur terminus viginti dierum ad probandum incumbentia data dilatione iuxta distantiam locorum, vbi testes examinare intendunt, & pro qualibet dieta quinque statuti sũt dies, attribuẽdo cuilibet dietæ passuum viginti millia, iuxta *tex. in l. 1. ff. si quis cautionibus, & l. 3. ff. de verborum significat.* ità tamen quod excedere non possit terminum trium mensium, infra quem datur arbitrio Iudicis prorogatio.

2 Cuius rei praxis est, vt Iudex det terminum in causa, parte instante, & petente, iuxta *ritum Magnæ Curiæ 69. & constitutionem Regni causas alias*, qui aliàs non intelligitur datus; & regularitèr viginti dierum est, & ex aliqua causa maior datur, Iudicis arbitrio, nam quamuis sit legalis, ta-

3 men conceditur cum ministerio Iudicis, & hoc casu Iudex potest diminuere, *Afflict. in const. exceptiones dilatorias, num. 11.* de qua praxi latè habes per *Carauit. rit. 69.* & latiùs tra-

4 dit *Marant. in 6. p. in 3. actu.*

5 Qui terminus hodiè in Regno habet vim litis contestationis, vt per *Carauit. rit. 288.* refert *Mastrill. decis. 101. num. 18. Reg. Rouit. ad pragmat. 7. de ord. Iud. num. 10.*

6 Aduertas tamen, terminum non esse de substantia probationis, siquidem probationes receptæ absque termino probant ex dictis per *Capyc. decis. 1. Carthar. decis. Gen. 22. n. 2.*

7 *& per tot.* verùm si fuerit petitus, & denegatus, sententia erit nulla, *Affl. in constit. si quis in posterum, Reg. de Ponte cons. 59. num. 2. lib. 1.* refert *Rouit. in d. prag. 7. de ordine Iudiciorum, num. 9. Franch. decis. 221. num. 12. in fine.*

8 Et intentato iudicio quando fue-

Digitized by Google

rit proceſſum in cauſa ſine termino, & probationibus, an ſit diffinitiuè pronunciandũ, vel abſolui conuẽtus debeat ab obſeruatione iudicij, vide latè apud *Iaſ. in l. admonẽdi à num. 70. ff. de iur. iurando.*

9 Et an ſententia diffinitiua ſit nulla lata ſine probationibus. latè ſuo more diſcutit *Anton. Gabriel. in recoll. communium opinionum concl. 9. de ſententijs*, & tractat *Add. ad ſingular. Io: Vinc. de Ann. 470.*

10 Pro conſtanti autem admictas, qđ vbi diſceptandus eſſet punctus iuris, proceditur ſine termino, & valeret ſententia, *Franch. deciſ. 221. n. 12. Ann. ſingul. 470. Reg. Rouit. in d. prag. 7. de ordine Iudiciorum, num. 12.* qui dicit id eſſe declarandum, *Maſtrill. deciſ. 217. num. 4. cum ſeqq.*

11 Termino autem dato, ſi litigantes extra locũ iudicij teſtes habuerint, infra quinque dies, à die, quo terminus fuit impartitus, nominare debẽt teſtes abſentes.

12 Et ſi infra dietam legalem reperiuntur, non committitur ipſorum Audientia, niſi teſtes eſſent ſenes valetudinarij, honeſtę mulieres, & ſimiles, vel partes, ità voluerint vt eſt *ritus Magnæ Curiæ* 141. & ibi *Carauit.* declarat habere locum in ciuilibus.

13 Et in hoc ſtatur fidei à partibus electorum, non approbatorum per Curiam.

14 Nec poteſt probari contrarium, *Iſern. in cap. 1. col. 3 ſi de inueſtit. inter Dominum, & Vaſallum quæſtio oriatur.*

15 At ſi extra Regnum ſint nominati teſtes cum nominibus, & cognominibus, & loca vbi degunt, prorogatur Iudicis arbitrio terminus, & ipſorum Audientia committitur, facto depoſito pro pœna ducatorum quindecim pro qualibet dieta applicanda pro parte, ſi nominans non fuerit vſus nominatione cõmodis Tribunalis, & pro altera aduerſæ parti, iuxta *pragmaticam incipientem Raymundus, &c. Vniuerſis, & ſingulis*, de qua meminit *Præſid. de Franch. deciſ. 57.* qui ponit practicam nominationis teſtium abſentium tàm infrà, quàm extra Regnum.

16 Si verò in Regno ſunt nominati teſtes, non fit depoſitum, ſed præuia liſta ſuſpectorum committitur Officialibus locorum, vel vicinorum, & q̃ ea non fuerit vſus, punitur pœna ducatorum duodecim, vt per *pragm. 31. de Officio Sacri Conſilij, cum §§. ſequentibus.*

17 Ad euitandum tamen depoſitum, nominatis teſtibus extra Regnum degentibus, cauti procuratores apponunt clauſulam, *velle ea gaudere, ac ſi eſſet facta in vltimis Regni partibus*, & in hoc ſeruatur *Regia prag. in tit. de dilat. 4. num. 9.* edita ſub die 11. menſis Maij 1612. & terminus non excedit ſpatium trium menſium ſtatutum per hanc *pragmaticam*, de qua practica vltrà *Præſid. de Franch. præalleg. deciſ. 57.* habes per *Carauit. rit. 140. 141. 158. & 304.* & per *And. & Afflict. in conſtit. Regni in pecuniarijs.*

18 Quę verò tradidimus in materia nominationis limita in multis caſibus, in quibus teſtium Audientia

19 non committitur, vt in cauſa ardua, in qua ad inſtar criminalis teſtes debent ad Curiam accedere, *Capyc. deciſ. 90. num. 5. Carau. rit. 142. Afflict. in conſtit. in pecuniarijs num. 1.*

20 Verùm quæ dicatur cauſa ardua, ponit *Theſ. deciſ. 61.* eſt verùm, quod practicamus de ſtylo Sacri Conſilij

21 admittere Audientiam teſtium, ſi eſſent duo tantùm, quamuis cauſa eſſet ardua, vt aduertit quoque *Carau. in rit. 158. num. 4.*

22 Eandemque diſpoſitionem limita ſecundò, vbicumque teſtes eſſent Iudici ſuſpecti ex aliqua cauſa, *Afflic. in d. conſt. num. 6. Iſern. in cap. 1. ſi de inueſt. inter Dominum, & vaſallum quæſtio oriatur, num. 6. verſ. quid ſi Iudex.*

Limi-

Digitized by Google

23 Limita tertiò, in causis feudalibus per dictam Regni *constitutionem in pecuniarijs*, & has limitationes ponit *Carauit. in d. rit. 158. Isern. in vsibus feudor. si de inuestitura inter Dominũ, & vasallum, cap. 1. num. 4. vers. sed nũquid Iudex*, post alios ibi citatos.

24 Limita quartò, in causa repulsę, *Carau. loc. cit. & Affl. in d. const. in pecuniarijs num. 7.* & sic seruari in Magna Curia, refert *glos. in d. consti. in verbo quo quidem casu.*

25 Limita quintò, si alitèr Iudici videretur; non enim cogitur de necessitate committere, cùm verba, *constitutionis* dicant *permictimus*, quod verbum non importat necessitatem, *l. nam quicquid, ff. de iudicijs, cap. 1. de ætate, & qualitate*, per quæ iura ità tenet *Afflict. in d. constit.*

26 Immò in casibus, in quibus per Iudicem sunt testes examinandi, sufficit quod Iudex præstet iuramentum, & deindè Actuario committat examen, dummodò in Curia examinentur, sed si extra Curiam, nulla erit commissio, & nullum examen, nisi commissio fiat de consensu partium, *Affl. in d. constit. à n. 8. Andr. in vsibus feudorũ, c. 1. n. 3. vers. sed quid si commisit si de inuest. &c.*

SVMMARIVM.

1 *Terminus in causa semel datur, nec datur ad producẽdũ articulos, verùm in eodem termino præsentantur articuli.*

2 *Articulorum copia non datur ante publicationem de stylo Sacri Consilij, ante publicationem, & vt euitentur impertinentes, apponitur clausula*, saluo iure impertinentium, & non admictendorum.

3 *Articuli facta publicatione reijciuntur vnà cum probationibus, si reperiuntur impertinentes.*

4 *Publicato processu non oppositæ impertinentię articulorum, tacitè videtur quis renunciasse, si procedatur ad ulteriora.*

5 *Terminus, qui datur in causa viginti dierum, peremptorius dicitur.*

6 *Et si esset dilatio vsque ad talem diem, inclusiuè intelligitur, si termini sunt compatibiles.*

7 *Testes elapso termino non admictũtur nec alia datur dilatio, sed in termino omnia sunt producenda.*

8 *Limita in multis casibus enumeratis tresdecim num. sequentibus.*

ARGVMENTVM.

De articulis impertinentibus, an & quando reijciantur; & quando articulorum copia tradi solita sit, aut terminus prorogari debeat; & admicti testium examen, explicato termino perẽptorio quis dicatur.

SECTIO XXXXVII.

1 SEMEL in causa terminus datur, & non seruatur, quod dicunt DD. adducti per *Carau. in ritu 69. num. 5.* vt detur terminus ad producendum articulos; ipsisque productis ad probandum, sed in eodemmet termino præsentantur articuli per *ritum Magnæ Curię 69.*

2 Nec de stylo Sacri Consilij datur copia articulorum ante publicationem in causa, *Afflict. decis. 33. Præses de Franch. decis. 220. nu. 14.* quod per totum Regnum seruatur, vt testatur idem *Carauit. in eodemmet loco*, & vt euitentur impertinentes articuli apponitur clausula, *saluo iure impertinẽtium, & non admictendorũ* iuxta nota-

ta

ta per *Hoſtienſem*, *Io: Andr. Bald. & Abb. poſt gloſ. in cap. cum contingat, de officio Deleg.* & ibi *Anton. de Butrio columna 2. Angel. in l. in ſpeciali, ff. de reiuendicat. Præſes de Franch. in d. dec. 220.* vbi etiam ponit, impertinentes articuli, qui dicantur, vide *Iſern. in cap. 1. de cont. inter Dominum, & fidelē, de inueſtit. feudi, in fin. verſ. benè tamen dixit, quod poſitio contrapoſitionum.*

3 Et facta publicatione, ſi ſunt impertinentes reijciuntur vnà cū probationibus factis, *Bald. in l. ſi duo patroni, §. idem Iulianus, col. 1. in fine, verſ. quid ſi dubitetur, ff. de iure iurando*, & ibi *Bart. idem Bald. in l. final. in fin. C. qui legitim. perſon. cum ſimil. Alex. in d. l. ſi duo patroni, §. idem Iulianus, col. 1. Afflict. in d. deciſ. 33. num. 7.*

4 Qui limitat, ſi publicato proceſſu, pars non oppoſita impertinentia ad vlteriora proceſſit; nàm tunc tacitè videtur renunciaſſe dictæ exceptioni impertinentium, *Bart. in d. §. idem Iulianus*, qui quotidianus vſus cum tanta vetuſtate poteſt pro lege allegari, *Afflict. in conſtitut. lite legitima conteſtata.*

5 Et hic terminus de iure peremptorius dicitur, *l. 1.* & ibi *DD. C. de dilationibus*, cum concordantibus adductis per *Carau. in d. ritu 69. nu. 12.* ibique teſtatur, ſecundam dilationē non dari, niſi in Prouincia Calabriæ,

6 *Capyc. deciſ. 81.* & ſi dilatio eſſet data vſque ad talem diem incluſiuè, intelligitur, ſi termini ſunt compatibiles, ità *Bal. in vſibus feudorum, c. 1. §. & quia diximus, de his, qui feudum dare poſſunt, nu. 17. verſ. extra nota, quod in dilationibus.*

Et in hoc termino omnia producenda ſunt, vt dicit *conſtit. lite legitima*

7 *conteſtata*, per quam conſtitutionem elapſo termino non admictuntur teſtes, nec alia datur dilatio, *Capyc. deciſ. 82. Marant. in d. 6. p. Iudicij, in tertio actu*, qui id in multis caſibus limitat.

8 Idemque limita primò, exiſtente iuſta cauſa prorogationis; poteſt. n. Iudex ex cauſa terminum prorogare, durante primo termino, vt in *conſtitut. Regni, in pecuniarijs, & ibi* notat *Afflic.* in 25. *argum. ff. de præc. l. ſed ſi manente, & l. ſi cum dies, ff. de arb. 1. reſp.*

Secundo limita, ſi durante termino fuit impeditus actuarius, abſentia, ſeù infirmitate, vel alio impedimento, *Carau. ritu 79.* vel alia culpa actuarij in termino non fuerunt teſtes examinati, vt *infrà in pragm. & ſi per examinatorem*, quia tunc non dicitur noua dilatio, ſed ſuppletio prioris, *Bald. in auth. qui ſemel, in fin. in verſ. ſcias, C. de probationibus.*

Limita tertiò, ſi dato termino, ſuperuenerunt feriæ ad honorem Dei, quæ abſorberent maiorem partem termini, & pars fuerit proteſtata, *Afflict. in conſtit. lite legitima conteſtata, num. 15.* quod ſeruatur in dilatione data à Iudice, vel à lege cum miniſterio Iudicis; ſecùs verò in dilatione legali, in qua vtile tēpus intelligitur, *Bal. in l. 2. col. vlt. C. de ædilitio edicto, Afflict. præcit. loco.*

Quartò limita, ſi durante termino aliquod impedimentum ſuperuenerit, per quod terminus non currat, vt ſi pars petat principalem interrogari, niſi per Iudicem interloquatur, quod terminus currat, *Carau. in d. rit. 69. in 11. notabili, in fin.* verùm cautiùs erit ſecundum *Afflict. in conſtit. Iuſtitiarij per Prouinciam num. 7.* Iudicem (his petitis) decernere, quod terminus nō currat, *Bal. in l. ſi cum ipſe, ff. de excuſationibus tutorum, & l. 1. C. de iuramento calumniæ.*

Limita quintò, ſecundum *gloſ. in cōſtitut. in pecuniarijs, in verbo ex iuſta cauſa*, quæ ad partes diſputando quęſtionem, tandem tenet, quod ſi termino elapſo infra modicum tempus pars teſtes in promptu examinandos produxiſſet, (ex ęquitate Iudicis arbitrio) recipiendi ſunt, verùm ante quartam productionem, & ante didicita teſtificata, & *gloſ. iſtā* ſequuntur *And. & Afflict.*

Digitized by Google

flict. ibidem Capyc. decis. 90. num. 3. & Carauit. in rit. 149.

Sextò limita, quando Scriba omisit quærere de aliquo articulo, nam iterum interrogabitur testis, etiam publicato processu, *Andr. in d. constit. in verbo omne dicitur æstimationem, Vinc. de Franch. decis. 371.*

Limita septimò, ex stylo Sacri Cõlij durante termino nominationis, nàm recipiuntur termino elapso, quamuis sint in Ciuitate, *Vincent. de Franch. decis. 57. num. 3.*

Et idem seruamus de stylo Sacri Consilij durante termino consignandi copiam, per *pragmat. statuto*, de quo testatur *Capyc. decis. 90. num. 3.*

Octauò limita in testibus citatis in termino, nàm termino elapso ex æquitate recipiuntur, *Capyc. in d. decis. 90. in princip. Carauit. d. rit. 149.* & arbitrio Iudicis prorogatur terminus, quando nulla adest suspitio falsitatis, vel calũnię, vt obseruatum fuit per Collaterale Consil. per quod facta conclusione post multos dies, mandatũ fuit, quod recipiantur testes, etiam non citati, sed cum clausula, *quod de eis habeatur ea ratio, quæ de iure habenda erit.*

Nonò limita de æquitate, si testes de nouo superuenissent, *Afflict. in cit. constitutione in pecuniarijs, num. 6.* & iuramento asserentis statur, *cap. pastoralis, de exceptionibus*, cùm sit parui præiudicij, iuxta ea, quæ diximus *supra in prag. comparente reo, sect. 30. nu. 10.*

Decimò limita, quòad instrumenta liquida, quæ nõ ægent certificatione, nàm possunt, termino quoque elapso, præsentari, quia hæc instrumenta habent vim notorij, *Bald. cons. 316. incip. præsuppositio statuto, circa fin. 4. vol. Afflict. in d. constit. in pecuniarijs, num. 25 in fin.* quinimò & instantia ista, aliæq; scripturæ possunt præsentari in Sacro Consilio post affixionem listæ in valuis aulæ per 24. horas, vt est statutum per decretum Sacri Consilij, nunc inter *pragm. Regni, in tit. de offic. Sac. Consil. pragm. 53.*

Quid verò sit dicendũ, si istæ scripturæ egerent testium comprobatione, dicam *infra in sequenti statuto.*

Vndecimò limita in probatione per confessionem partis, quæ vsque ad cõclusionem admittitur, per iura, & authoritates traditas per *Carauit. in rit. 149. in fin.* & de ea latè dicemus *infra in prag. quinta die dilationum.*

Duodecimò limita, in priuilegiatis, qui termino elapso restituũtur, & absque causæ cognitione datur primum, & secundum beneficium, *Vincent. de Franch. decis. 421. & Carauit. rit. 71.* & dilatio primi beneficij est medietas primæ dilationis iure ordinario, at Iudex suo arbitrio, locorum distantia attenta, illam potest prorogare, *Afflict. decis. 124.* & beneficia prædicta vsq; ad introductionẽ causæ peti olim poterãt, causa namque introducta beneficia denegantur, *Carau. in d. rit. 71. nu. 5. & in rit. 296.* quæ autem sint hæ personę habes per *Innoc. & DD. in cap. significantibus, de offic. Delegat. Specul. in tit. de Aduoc. §. 1. Bal. in l. cum alienam*, C. *de leg. Ludouic. Roman. in l. si constante, ff. solut. matr. Rebuff. in comment. cõstitut. Regni Franciæ in tract. de sentent. prouision. art. 3. glos. fin. in princip. Bart.* tradit bonam doctrinam *in l. vnica. C. quando Imperator inter viduam, & pupillos*, & copiosè per *Vmbrianum in tract. de primo, & secundo beneficio.*

Decimotertiò limita in secunda instantia, nam in causa appellationis, licet vtrique parti non propositum proponere, & non probatum probare, *l. per hanc*, vbi *Bar. C. de temporibus appellationum.*

Quod sublimita, quando in prima instantia sine termino causa esset decisa, nàm in causa appellationis eodem modo est reuidenda, *Vincent. de Fran. decis. 347.* & alias sublimitationes tradit *Marant. in pract. in verbo & quandoquè appellatur.*

DE

DE POSITIONIBVS, ARTICVLIS, & reſponſionibus ſuper eis.

QVINTA die dilationum prædictarum, vtraque pars poſitiones, ſiuè articulos producere teneatur, quæ poſitiones ſint ſimplices & nõ captiosæ, factum & non ius continentes, quibus infra tres dies ſine preſentia Procuratoris, vel Aduocati debeant partes ipſæ viciſſim, & ſine temporis interuallo reſpondere per verbum, *credit*, vel *non credit*; de quibus poſitionibus, & reſponſionibus infra duos dies continuos à die reſponſionis copia dari debeat, vt cognoſcatur: in quibus partes ipſæ, vel altera ex eis ab onere probãdi fuerunt reuelatæ, poſſint què partes ipſæ, vel altera ex eis infra alios tres dies poſt dictam copiã datam continuò ſequentes, peremptoriè alias poſitiones, vel articulos producere, quibus quarta die ſequenti poſt dictas poſitiones productas, vt ſuprà reſponderi debeat. De quibus ſecundis reſponſionibus, & poſitionibus infra duos dies immediatè ſequentes ſimilitèr copia partibus detur, qui dies ad reſpondendum, & copiam accipiendum partibus cucurriſſe non intelligantur, cùm non conueniat dilationem ante reſponſionem poſitionibus factam currere: decernentes partem negantem calumniosè factum proprium, matrimonium, filiationem, conſanguinitatem, affinitatem, vel notariatum, de quibus veriſimilitèr notitiã habere poſſet, ſi de eis per probationes conſtiterit, condemnari debere pro qualibet poſitione negata, & probata ad pœnam arbitrio Iudicis moderandam, perſonarumque qualitate conſiderata, quam pœnam in ſententia Iudex declarare debeat; Pro quibus pœnis partes habere regreſſum poſſint contra Procuratores, & Aduocatos eorum, ſi probauerint, eorum conſilio talem negationem feciſſe. Et intelligatur eorum conſilio negaſſe, qui præſentes fuerint contra prohibitionem præſentis conſtitutionis reſponſionibus prædictis: & omnis poſitio, cui non fuerit reſponſum ſimplicitèr per verbum, *credit*, vel *non credit*, ipſo iure pro confeſſata habeatur. Pœnam verò ſupradictarũ poſitionum, vt ſupra negatarum euitare poſſint partes, ſi infra tres dies poſt negationẽ eam reuocauerint, & per confeſſionem ſe purgauerint.

SVMMARIVM.

1 *Articuli, poſitiones, & capitula qua ſint, & eorum differentia recenſentur.*

2 *Terminus ad quid detur in Regno, & quid in eo fiat?*

3 *Præſentatis articulis in termino, ſi actor petit depoſitionem, principalis, debet reſpondere per verbum*, credo, & non credo.

4 *Quid ſi pars confiteatur, & ſi neget, quid agendum.*

5 *Et an ſufficienter reſpondere dicatur, ſi dicat*, credo ſi inſtrumentum appareat, *vel ſimplicitèr teneatur reſpondere, vt ſonant verba pragmaticæ, in fine,*

De;

Digitized by Google

6 *Depositio principalis potest peti, etiam post conclusum in causa.*
7 *Principalis statim tenetur respondere, absque consilio Aduocati, & Procuratoris.*
8 *Et an, & quando possit petere, quod detur copia iurium aduersarij, vt consulat Aduocatum.*
9 *Responsio per verbum*, credo, *vel* non credo, *quid operetur, & nu.* 20.
10 *Præsertim si factum esset multum antiquum, vel recens implicitum, & intricatum.*
11 *Principalis si recusat respondere, quid obseruandum sit?*
12 *Appellatio an admittatur prolato decreto in contumaciam, quod habeatur pro confesso.*
13 *Quid si interrogatur de facto antiquo, vel alieno, an valeat responsio per verbum* ignoro.
14 *Et quid in procuratore recusante respondere.*
15 *Pars si petat, quod deponat principalis, an teneatur respondere.*
16 *Principalis interrogatus super articulis impertinentibus, an teneatur respondere.*
17 *Emptor conuentus, an teneatur respondere positionibus aduersarij super dominio rei emptæ euincentis, si ipse sciat rem esse euincentis.*
18 *Absens, & mulier honesta, cuius sumptibus sint examinandi.*
19 *Principalis examinãdus an possit mittere procuratorem, mittendo responsionem super qualibet positione.*

ARGVMENTVM.

Præsentãtur articuli in Regno loco positionis, & articuli, sublata quauis distinctione, & super eis interrogatus principalis, quando & quomodo teneatur respondere, & an per procuratorem admittatur respõsio, quidquè operetur responsio per verbum (credo, vel non credo) & quando admittatur excusatio, quod non teneatur respondere.

SECTIO XXXXVIII.

1 PRO intellectu huius pragmaticæ sciendum est, quod tres termini sunt in iure, v3. articuli, positiones, & capitula, quæ differunt inter se, vt optimè declarat *Marant. in practica, par. 6. in 4. actu*, & propriè dicuntur positiones, vbi aduersarius respondere tenetur, nàm positio est pars intentionis, continens id, super quo quis petit ab aduersario responderi, *Bald. in l. generaliter, §. sed iuramento, C. de rebus creditis*; articulus verò est pars intentionis, continens id, quod quis probare intendit, puta per testes, vel scripturas, *Bal. d. §. sed iuramento, Specul. in tit. de teste, §. nunc videndum, col. 1. vers. sciendum est igitur*: capitulum est nomen magis generale, & potest continere vtrumque, *Bald. in d. §. sed iuramento.*

Vndè attentis his diffinitionibus anteà erat dandus terminus ad positiones ponendas, deindè ad articulandum, & depositio principalis erat facienda in positionibus, sed
2 quia hodie seruatur in Regno ter-

Digitized by Google

minus datus ad probandum, & infrà illum terminum fiunt poſitiones, & articuli ſine diſtinctione, vt probat Regia pragmatica hæc.

Et hinc inoleuit communis practica Aduocatorum, vt dicant in articulis, *item ponit, & probare intendit*, & preſentatis, vt ſupra in termino,
3 articulis, ſi actor petit depoſitionem principalis, debet reſpondere per verbum, *credo, & non credo.*

Quæ autem requirantur, vt poſitiones habeantur pro confeſſis, declarat *Curt. in tract. poſitionum, col. 3. circà fin. & col. 5. in princip.* vbi ponit fallentias, quarum vna notabilior videtur, quod non procedit regula in interrogationibus, ſed in poſitionibus tantùm, quia interrogans nihil ponit, intellige quando quis interrogatur ad præparatoria iudicij, quia tunc nihil ponit, ſed ab aduerſario certificari petit, ſecùs eſſet ſi fierent interrogatoria, & poſitiones ſuper aliquo emergenti, probando ante litem cõteſtatam, vel in medio cauſæ, quia tunc non reſpondens habetur pro confeſſo, vel negante, prout vtilius fuerit interroganti, *l. de ætate, §. qui tacuit, ff. de interrogationibus*, latiùs per *Curtium d. tract. col. 1.*

4 Et ſi pars confitetur id, quod articulatum eſt, tales articuli ſuccedunt loco poſitionum; ſi verò negat ſuccedunt loco articuli, vt ſuper eis poſſint examinari teſtes, notat *Speculat. in tit. de teſtibus, §. nunc videndũ poſt partem, Marant. in d. par. 6. 4. actu, num. 5.*

5 Nec videtur reſpondere ſufficienter, *credo, ſi inſtrumentum appareat, nõ credo, niſi inſtrumentum appareat*, per illud verbum.

6 Notandum tamen erit, vt explicata maneat hæc materia, quod depoſitio principalis peti poteſt, etiam poſt concluſum in cauſa tàm ad inſtantiam actoris, quàm rei, quia in Regno omnes cauſæ ſunt ſummariæ, *Carauit. rit. 93. num. 2.* & non ſeruatur terminus huius pragmaticę, nec ſeruatur, quod detur copia partibus, vt ſupra in *prag.* præcedenti diximus per ea, quæ dicit *Carauit. in rit. 79. num. 12.*

7 Et erit aduertendum, quod principalis tenetur ſtatim reſpondere abſque conſilio Aduocati, & procuratoris, nàm ad poſitiones debet reſpondere pars, non aduocatus, vt dixit *gloſ. magna de confeſſis, in 6. & gloſ. in cap. quosdam, de præſumptionibus*, quàm Canoniſtæ cõmunitèr ſequuntur ſecundum *Ludouic. Roman. in ſingul. 696.* & eſt diſpoſitum per hanc pragmaticam, & per dictum *ritum Magnę Curiæ 79.* & notat *Bart. in l. ſi poſtulauerit, §. quæſtioni, ff. ad l. Iuliam, de adult.* & ſic ſeruatur hodiè in practica, vt per *Carau. in d. rit. nu. 4.* imò Aduocatus eſt arcendus à conſpectu reſpondentis, nè ipſum in reſpondẽdo inſtruat, ſaltim nutu, vt notat *Speculat. in tit. de poſit. §. 3. antè finem*, ſequitur *Lucas de Penn. l. in ſacris, la grande*, C. *de proxim. Sacrorum ſcrin. lib. 12. Iſern. in ſuo repertorio, ſuper cõſtitutione Regni, in verſ. Aduocatus poteſt petere aduerſarium in iudicio in-*
8 *terrogari*, dicit, quod poteſt petere, vt detur ſibi copia iurium aduerſarij, ſuper quibus debet interrogari, vt conſulat Aduocatos, quod cogitandum reliquit, quæ *Iſerniæ* doctrina poteſt intelligi ſecundum *Romanum in d. ſingular. 696.* quando velit reſpondere per verbum *aſſertiuũ*, & tunc dandus eſt terminus ad deliberatè reſpondendum, iuxtà *text. in l. qui interrogatus, ff. de interrogatoryis action. & l. ius iurandum, & l. ad pecunias, ff. de iure iurando*, ſecùs ſi per verbum *credo, vel non credo*, iuxtà hanc *pragmaticam*, quia tunc ſta-
9 tim tenetur reſpondere, vt ſupra dictum eſt, & quid operetur talis reſpõſio dicam *infrà in fine huius pragmaticæ.*

10 Limitatur quando factum eſſet multùm antiquum, vel recens, ſed im-

implicitum, & valdè intricatum, qđ dependeat ex calculo, quia tunc non cogitur respondere statim, & incontinenti, sed debet ei dari terminus ad deliberandum, vt possit respondere, ità limitatur *Bald. in l. 11. §. quod obseruari in 3. & vers. sed pro eius declaratione, C. de iurament. calu.* multiq; alij DD. quos refert, & sequitur *Gabriel Saraij addens ad singul. Rom. 696.* & testatur *Afflict. in d. constit. partes in iudicio*, fuisse datum terminum ex iusta causa mouente animum Iudicis.

11 Et si principalis recusat deponere præuia trina monitione, quando est absens, inserto tamen tenore articulorum in vltima, personalitèr citatus habetur pro confesso, prout deteriùs *cap. si post, de confessione, in 6.* quãuis dicat, & iuret nescire veritatem positionis, & ideò nolit respondere, *Ludouic. Rom. in singul. 695.* si verò sit præsens principalis, vel procurator non fiunt tres citationes, sed vnà tantùm, & declaratur pro confesso.

12 Nec à prædictis decretis appellatio admittitur *Carauit. rit. 120. Affl. in constit. partes in iudicio.*

13 Quod intellige quando interrogatur de facto proprio, & recenti.

Secùs si de facto antiquo, vel alieno, quia tunc valet responsio per verbum, *Ignoro, Ludouic. Roman. sing. 995* & ibi *Gabr. Saray addens*, sed iuxtà praxim suppletur per verbum *non credo.*

14 Potest etiam responderi per procuratorem, pro quo vide *Afflict. in constit. partes in iudicio, num. 5. & 6. & Gabriel Saray in sing. 696. Ludouici Roman.* & si procurator nolit respondere positionibus, Domino ignorante, si lis non erat contestata, Dominus non habetur pro confesso, secùs si lis esset cõtestata *Dominic. in c. 2. & 3. de confessis, in 6.* ità intelligit *text.* post alios, & hoc, quando procurator fuit cõtumax interrogatus à Iudice; antequam jussus sit respondere, se absentat, tunc Dominus non habetur pro confesso, *d. cap. 2. in fin. Felyn. in cap. ad hoc Deus, num. 17. vt lite non contestata*, de qua dicemus etiam in probatione confessionis.

15 Verum, si pars petat, quod deponat, ipse principalis tenetur respondere, *Carau. in ritu 93.*

16 Limita principalem conclusionẽ, qꝑ principalis nõ teneatur respondere, quando principalis ésset interrogatus super articulis impertinentibus, nam tunc non tenetur respõdere, *Capyc. dec. 15.*

17 Limita quoque in emptore conuento, nam non tenetur respondere positionibus aduersarij super dominio rei emptæ euincentis, si ipse sciat, rem euincentis esse, *Affl. in d. constitutione partes in iudicio, 5. quæstione, nu. 6 in fine, vers. quinto quæro, quidã agit, & Gabr. Saray addens ad sing. Ludouici Romani 696. vers. adde tamen hic vnum valdè singulare, & notabile verbum.*

18 Et sumptibus principalis examinandi absentis, siuè præsentis commissarius accedere debet, *Affic. in d. constit. partes in iudicio, nu. 5. vers. item scias quod eggregia persona, ritu 153.* & ibi *Carau.* vel vti remedio principalis, qui petit interrogari, de quo per eumdem *Carau, in d. ritu 153. in fine.*

Et idem obseruãdum erit, si principalis esset mulier honesta, *Carauit. ritu 304. in fine.*

19 Potest autem examinandus constituere procuratorem ad respondẽdum positionibus, mictendo responsionem super qualibet positione, *Affl. præcit. loco.*

Et nõ est silentio prætermittendũ eum, quod responsiones per verbum *credo*, & *non credo*, releuant aduersarium ab onere probandi, vt obseruat quoq; *Prosper Carau. rit. 70. n. 4. & Affl. in const. lite legitimè cõtestata*, habetur per *DD. in cap. 1. de confessis*, qui tenẽt ità præiudicare, sicut de veritate, *Roman. in d. sing. 195.* & ibi *Gabr. Saray.*

Digitized by Google

DE EXAMINATIONIBVS TESTIVM, eorum examinatoribus.

REſponſionibus viciſſim factis ad examinationem teſtium procedatur infra dilationem, eligaturquè examinator poſt reſponſionem poſitionibus incontinenti extra ſuſpectos per partes; tunc in promptu nominandos, quos ſi nominare neglexerint, Iudex illum ex officio eligat, & pro mercede examinatoris, & Magiſtri Actorum in loco, vbi cauſa agitur, decem grana pro quolibet teſte recipiantur, ſoluendæ pro duabus partibus examinatori, pro tertia Magiſtro Actorum, niſi alitèr inter examinatorem, & Magiſtrum Actorum concordatum fuerit; extra verò Ciuitatem vbi litigatur, & ſi partes non fuerint in concordia, quod ſolus Magiſter Actorum examinet, ſimilitèr examinator cum Magiſtro Actorum teſtes recipiat; & pro examinatore intelligatur ordinarius loci, & in eius abſentiam, vel ſi præſens fuerit, & ſuſpectus, Epiſcopus, vel eius Vicarius. Item Rector Mayoris Eccleſiæ, vbi Vicarius non eſſet, niſi prædicti ſimilitèr ſuſpecti eſſent; quo caſu prædicti ſine vlla dilatione in promptu alium eligant, partibus non ſuſpectum cum ſimili mercede, niſi ex eo, quia Magiſter Actorum tunc accedat ad aliena loca extra Ciuitatem mayori ſumptu duæ partes mercedis ſint Magiſtri Actorum, & tertia examinatoris ad rationem decem granorum, vt ſupra, pro quolibet teſte, vel eius mercedis, pro qua cùm partibus ſe compoſuerint; ità tamen quod compoſitio excedere non poſſit carolenos octo pro ſingulo die, vltra expenſas victus, quarum expenſarum onus, vltra dictos octo carolenos ad partes pertineant.

SVMMARIVM.

1 *Quæ contineant tres pragmaticæ, vz. vna incipiens, reſponſionibus viciſſim, altera & ſi per examinatorem, tertia ſtatuimus, recenſentur.*
2 *Examinatores eliguntur prauia liſta.*
3 *Nominatio teſtium, ſi eſt calumnioſa, veluti ſi eſt generalis, non admittitur:*
4 *Si verò ſpecialitèr ſunt nominati ſuſpecti, committitur non ſuſpecto.*
5 *Si electus parti ſuſpectus fuerit, quando admiſſa ſuſpitione remoueri poteſt, & qua probatio ſufficiat.*
6 *Quomodo procedatur in remouendo actuarios in capite, & Scribas à mandatis, & Cancellarios Collateralis Conſilij vti ſuſpectos.*

ARGVMENTVM.

Liſta ſuſpectorũ actuariorũ, & Scribarũ, an dãda ſit, & quomodo remoueri debeant.

SECTIO XXXXIX.

1 EX his tribus ſanctionibus habentur requiſita probationũ in iudicio per teſtes.
2 Dilatione. n. data recipiũtur teſtes, cuius praxis hæc eſt.

Iudex

Iudex decernit dandam esse listã suspectorum examinatorum, vt per *Annam singul.* 147.

3 Si verò nominatio esset calumniosa, veluti si est generalis, non admittitur idem *singul.* 278.

4 Si verò specialitèr sint nominati suspecti, non suspecto committitur, parti denunciando, *Caran. rit.* 158. *in fine*.

5 Quod si electus parti suspectus fuerit, iusta suspitionis causa proponenda erit, ipsoque remoto alter eligitur, dummodò eam litigans nõ acceptauerit, sed si electioni consẽsijt, non remouetur, nisi ex post facto recusationis causa orta fuerit, *Carauit. rit.* 157. *in fin.* & suspictio solo iuramento probatur, *Ann. sing.* 489.

6 Verùm quòad Actuarios in capite proponitur causa suspitionis absque deposito, quod obseruatur etiam in recusatione Scribæ à mandatis, & Cancellarij in Collaterali Consilio, vt dixi in *dec. mea* 287.

SVMMARIVM:

1 *Examinatore electo, citato principali ad videndum iuramenta testium, & citatis testibus proceditur ad receptionem testium existentium infra dietam.*

2 *Iuramentum testium potest recipi die iuridica, & examinari die feriata.*

3 *Audientia testium existentium vltrà dietam committitur.*

4 *Testes omissa citatione probant, si sequatur eorum repetitio.*

5 *Et quid si ante repetitionem moriantur.*

6 *Et quid si fuerint examinati in mortis articulo per Notarium non precedẽte Iudicis mandato.*
Et quã faciant probationem, præsertim in possessorio.

7 *Et an, & quando possit deueniri ad iuramentum suppletorium.*

8 *Sed quid si possent recepti testes, qui viuerent, & non fuerunt repetiti.*

9 *Testis examinatus in mortis articulo non precedente Iudicis mandato per angustiam, vel breuitatem temporis, quam faciat probationem.*

10 *Testes examinati vltima die termini non citati, an probent.*

11 *Et quid si recipiantur, ne probationes tempore pereant.*

12 *Vel si essent recepti citata vna ex partibus.*

13 *Testes examinati in alia causa, an probent in possessorio.*

14 *Vel si sint recepti ad Iudicis instructionem.*

15 *Testes quando probent examinati parte non citata.*

16 *Testes in causa ciuili, an possint compelli ad deponendum, & quomodo cogendi sint.*

17 *Aliqua in materia testium notabilia remissiuè, & nu.* 20.

18 *Testi vnico, an, & quando adhibeatur fides, & num.* 19.

ARGVMENTVM.

Testes sunt recipiendi parte citata; & an, et quãdo probent recepti parte non citata; et quando, et quomodo compellẽdi sint, etiam in causa ciuili, aut vnico testi credatur.

SECTIO L.

1 EXaminatore electo citantur principalis, & testes; principalis ad videndum testium iuramenta, *cap. in nomine Domini, de testibus, cum concordantibus*; & testes

ſtes ad dicendum veritatis teſtimonia, ipſiſquè citatis, ad teſtium exiſtẽtium infra dietam legalem receptionem deuenitur, vt *in conſtit. Regni in pecuniarijs.*

2 Et erit aduertendum, quod teſtiũ iuramenta poſſunt recipi die iuridica, & examinari die feriata, nàm dictum teſtis refertur ad iuramentũ, & ſat eſt, quod in termino teſtis iurauerit, *Guid. Pap. deciſ.* 125.

3 Eorum verò audientia, ſi exiſtant vltrà legalem dietam, committitur iuxta tradita *ſuprà proxima præcedenti ſectione.*

4 Sed ſi citatio eſſet omiſſa, eorum dictum non probaret, *l. ſi quando, & anth ſi quis aliquid*, C. *de teſt.* niſi opportunè repetiti eſſent citata parte, *Capyc. deciſ.* 35. *in fin.* & facit *tex. in l. qui per ſalutem, ff. de iure iurando.*

5 At ſi præmoriantur, ſemiplenè probant *Bart. in l. admonendi, ff. de iur. iurand.* & ibi etiam *Ias. col.* 23. *not.* 75.

6 ità quod in poſſeſſorio faciunt quale quale præiudicium, *l. ſi duo patroni, ff. de iur. iur and.* & ibi *gloſ. in verb. habiturum.*

7 Et poteſt deueniri ad iuramentũ in defectum plenę probationis, *Hyppol. ſingul.* 779.

8 Sed ſi poſſent repeti teſtes, quia viuerent, & non ſunt repetiti, tunc nihil probarent, *Hyppol. ſingul.* 435.

9 At in teſte examinato in mortis articulo per Notarium non præcedente Iudicis mandato per anguſtiã, vel bræuitatẽ temporis, quod faciat in hoc caſu aliqualem præſumptionem, *Trigon. ſingul.* 13.

Sunt tamen caſus, in quibus non citata parte, non probant plenè.

10 Et primus in teſtibus examinatis in vltima die termini, *Afflict. deciſ.* 46. *in fin.* quod intelligẽdũ eſt ſecundũ *Caranit. in rit.* 143. dummodò accuſetur contra eum contumacia, ſeruata forma dicti *ritus, Marant. in* 6. *par. in* 1. *memb. num.* 18.

11 Secundò, in caſu *conſtit. Regni pro-bationum in curſibus*, vbi habes praxim recipiendi probationes tempore perituras.

12 Tertius caſus eſt in teſte citato ab vna parte, nam poteſt aduerſarius eum non citatum examinari facere, *Anna* multas cumulans authoritates *in ſingul.* 510. *Carau. rit.* 155.

13 Quartus eſt in poſſeſſorio, ſi ſunt ex alia cauſa, *gloſ. in l. ſi duo patroni, ff. de iur. iurand.* & dixi *in mea dec.* 316. *in fin.*

14 Quintus eſt, quando teſtes ſunt examinandi ad Iudicis inſtructionẽ; tunc enim parte non citata probant *Bald. in l. certum, col.* 2. *verſ. item opponit*, C. *vnde legit. Marant. in d.* 1. *memb. num.* 20.

15 Alios caſus habes per *Marant. precit. loco per Hyppolit. in ſingul.* 24. *incip. clarum eſt in iure, & in ſingul.* 30. *incipienti, tu ſcis etiam, & in repetitione l. final. C. de probat. & in l. de vnoquoque, ff. de teſtibus, Rom. ſingul.* 369. *Socc. in tract. fallentiarum, regul.* 406.

Et idem iuris erit in omnibus caſibus, in quibus ſententia præiudicat non citato, nec exiſtenti in iudicio, de quibus per *tex. & Scribentes in l. ſæpè conſtitutum, ff. de re iudic.* nàm vbicumque præiudicat ſententia, præiudicat probatio, *Bart. in d. l. ſæpè in fin.*

16 Et ſi teſtes in cauſa ciuili recuſant deponere, compellendi ſunt, quia dicere teſtimonia eſt publicum munus, ideòquè poteſt quis inuitus cogi ad teſtificandum, *l. inuiti, ff. de teſtibus, §.* 1. *& toto tit. extrà de teſtibus*, & ità per iſtum *text.* notat *gloſ. in l. ſi filium*, C. *de liberali cauſa, Albericus, Salicet. & Ias. in l.* 2. *§. ſi quis municipalis, ff. ſi quis caution.* immò ſi aliquis iuraſſet numquam teſtificari, non obſtante iuramento poſſet cogi inuitus ad teſtificandum, *Ias. in l. fin. ff. qui ſatisdare cogantur, & in d. l.* 2. *§. ſi quis municipalis in fin. ff. ſi quis cautionibus*; qui enim veritatẽ dicere non vult, nocere deſiderat, *quiſquis* 11. *q.* 3.

Iux-

Iuxtà quam praxim citati in vltimo peremptorio, cùm non veniunt, quia dicitur in calce citationis, *compellantur captis pignoribus*, huius decreti virtute literæ exequutoriales expediuntur etiam pro mulcta cominata in citatione, quarum vigore fit exequutio solùm, vt accedere cogatur, sed non adijcitur pro pœna ratione spreti mandati immò examinato restituitur, sed si pertinax adhùc fuerit, & exequutione non obstante venire contemnat, exequutio pro pœna contemptus, venditur, & Fisco applicatur, *Carauit. rit.* 206. *num.* 3.

Quę autem præ oculis habere debent Iudices in materia testium habes per *Couarr. practicar. quæstionum, cap.* 18.

18 Et est notandum, quod aliquando etiam vnico testi plena fides adhibetur, vt in casu *l. Teopompus, ff. de dote prælegata*, quod declaratio moribundi, scripturam esse simulatam pro exoneratione conscientiæ, in casu, in quo nullum interesse habebat, sed tantùm, scripturam confecisse probat, *Surd. decis.* 55. *num.* 11. latè *Reg. Valenzuela conf.* 3. 2. *vol.*

20 Materiamquè probationum, & signantèr per testes, copiosè habemus in tractatibus *Mascard. Pacian. & Farinac.* ad quos recurrendum est.

SVMMARIVM.

1 *Probatio in iudicijs fit non solùm testibus, sed scripturis, confessione, iureiurando, & euidentia rei.*

2 *Scriptura, in quibus requiratur ad probationem?*

3 *In rescripto quando est probanda certa scientia, an probatio requiratur per scripturam.*
Principis mandatum non probatur, nisi per scripturam, ibid.

4 *Casus, in quibus publica scriptura semiplenam probationem facit, recensentur.*

5 *Scripturarum alia est authentica, alia exemplaria, seu exemplum, alia priuata.*

6 *Quæ dicatur authentica.*

7 *Et quando probet.*

8 *Casus, in quibus requiritur probatio per scripturas, recensentur.*

9 *Scriptura exemplaria, siuè exemplum, quando probet.*

10 *Priuata scriptura quę dicatur, & quãdo probet.*

11 *Et quid accedente partium voluntate.*

12 *Et in scriptura priuata antiqua.*

13 *Scriptura antiqua quæ dicatur.*

14 *Casus, in quibus priuata scriptura probet, recensentur.*

15 *Pœna, qua puniantur negantes subscriptionem.*

16 *Scriptura priuata quibus modis, & adminiculis verificari possit.*

17 *Scripturæ priuatæ triplex est genus, apocæ, liber, & apostillę, seù literæ.*

18 *Apoca, à quibus requiritur, quod sit scripta, & subscripta.*

19 *Apoca confessione, & testibus coadiuuatur, & contra quem probet.*

20 *Et quid si est scripta, & subscripta ab alio, voluntate confitentis.*

21 *Apocæ si sit trium testium subscriptione probata, an creditor virtute illius præferatur creditoribus hypothecarijs posterioribus, dummodò testes sint integri, & probatæ opinionis.*

22 *Et an sufficiat præsumptio, quia quilibet præsumitur bonus.*

23 *Apoca si careat subscriptione contrahentium, quamuis sit probata tribus testibus, an requiratur etiam comparatio.*

24 *Tunc an probet semiplenè.*

25 *Et quid si non esset tribus testibus notata.*

26 *Et quid si non negatur.*

27 *Apocam, cùm testes deponant vidisse scribere, an requiratur etiam comparatio,*

28 *Et quid si subscribens, dixerit testes ea m subscripsisse.*

29 *Vel si dicant habere notam manum, & quid si non habeant testium subscrip-*

Digitized by Google

ſcriptionem, ſed per Notarium apud acta.

30 *Scriptura, quæ non eſt tribus teſtibus ſubſcripta, ſed eſt probata per teſtes deponentes vidiſſe eam ſcribi tàm in actione perſonali, quàm reali, an probet, & præferatur inſtrumento poſteriori.*

31 *Literarum cambij ſubſcriptio, probatur per teſtes habentes notam manum, & de earum exequutione, & an admittatur ad impediendam exequutionem exceptio non numeratæ pecuniæ.*

32 *Scriptura priuata, an probet in præiudicium Scribentis, & ad commodum ipſius.*

32 *Scriptura an, & quando ſigillo comprobetur.*

ARGVMENTVM.

Probatio per apocas, quando ſit ſufficiens, et an, et quando creditor virtute apocæ anterioris præferatur creditori inſtrumẽtario poſteriori.

SECTIO LI.

1 IN iudicijs non ſolùm teſtibus, ſed ſcripturis, confeſſione, iure iurando, & rei euidentia fiunt probationes.

2 Sunt tamen caſus, in quibus non admittitur probatio per teſtes, ſed requiritur ſcriptura, de quibus per *gloſ. in cap. 1. §. poſtquam autem, in verbo in ſcriptis, de cenſibus, in 6.* & per *Præſidentem de Franch. deciſ. 728.* & per *Carau. rit. 175.* per *Roman. ſing. 6.* per reliquos adductos per *addentem in d. ſingul. Romani.*

3 Eſtquè notabilis caſus, in quo nõ fit probatio per teſtes, quando nimirùm in reſcripto eſt probanda ſcientia *Bald. in cap. 1. in fin. per quos fiat inueſtitura, num. 3. verſ. & accidit in facto talis quæſtio, & ibi additio,* quæ refert *deciſ. Rotæ* in contrarium.

Item mandatum Principis non poteſt probari, niſi per ſcripturam, *l. 1. C. de mandat. Princip. §. ſi quis autẽ, auth. de mandat. Princip.*

4 Sed in aliquibus caſibus ſcriptura publica ſemiplenam tantùm probationem facit, de quibus per *Bar. in l. admonendi, ff. de iur. iurand. num. 42.* in enunciatiuis ſcilicèt inter diuerſas perſonas in publico inſtrumento, *Iaſ. in l. admonendi in repetitione, à n. 1. vſq; ad n. 56. de iur. iurand. verſ. ex qua habes duo principaliter notare, & in lectura num. 85. verſ. nonus caſus eſt.*

5 Eſtquè notandum, qđ ſcripturarũ alia authentica dicitur, alia exemplaria, ſeù exemplum, alia ſcriptura priuata.

6 Quæ autẽ ſcripturæ dicãtur authẽticæ de iure communi, habes per *gl. in cap. 1. de fide inſtrumentorum*, & latiùs de eius authoritate, & ſollemnibus *Couarr. lib. practicar. cap. 19. & 20.* hodie *conſtitutio Regni inſtrumentorũ robur* dat formam, dicitur quandoq; ſcriptura authentica, quæ fit Iudicis authoritate, vt ſunt acta iudiciorum, *Bald. in authent. quæ ſupplicatio, C. de precibus Imperatori offerend. Innoc. in cap. 1. de fide inſtrument.* & notant *DD. in cap. quoniam contra, de probat.*

7 Et talis ſcriptura authentica probat *l. 2. ff. de fide inſtr. cap. 1. de fide inſtrument. Couar. lib. pract. quaſt. cap. 19. in princ.* & teſtibus æquipollet, *l. in exercendis, C. de fide inſtr. l. hęredes palam,* vbi *gloſ. & Bart. ff. de teſt. & in l. 2. de ſecund. tab. & in l. fin. C. de fideicom.* præter caſus, de quibus per *gloſ. in cap. de cenſibus, in 6. in verbo in ſcriptis*, & per *Franch.* remiſſiuè *deciſ. 778.* per *Carauit. rit. 175.* & per *Roman. ſingul. 6. & ibi addens.*

Exem-

Digitized by Google

9 Exemplaria, siuè exemplum, quæ duo dictiones eamdem habent significationem, vt per *Couarr. lib. practic. cap.* 19. *num.* 4. & plenius de eius plena fide *in cap.* 21. quãdo probent, habes latè per *Paris. in d.* §. 5. *num.* 33. & per *Bart. & DD. in l. admonendi, ff. de iure iurand.* vide *Detium cons.* 36. *& Anilem in expositionibus Capit. Prætoris Hispani cap. . . . in glos. in verbo translatum.*

Et in materia hac exempli, seù exemplarię scripturæ notandum est, quid obseruetur in Regno ad eius probationẽ, habes per *Hyppol. singul.* 49. cuius verba sunt:

Tu regnicola feciſti per notarium exemplari inſtrumentum alterius Notarij, ſi in huiuſmodi exemplatione non feciſti partem citari, quaro abs te numquid hoc exemplum probet, communis eſt concluſio omnium ferè Doctorum, quod non, in auth. ſi quis in aliquo documento, C. de eden. ſed contrarium eſt verùm in Regno: dictum eſt Dom. Anton. de Alex. in d. auth. ſi quis in aliquo, in 4. *col. in fin. vbi dicit, nota: Tu regnicola, quia hæc eſt conſuetudo antiqua in* M. C. *V. quod inſtrumenta exẽplantur, & authenticantur abſque partis citatione, & faciunt fidem, quod nota, & tene menti, quia aliàs fuit dubitatum de hoc.*

10 Priuatæ verò scripturæ sunt, quæ non à Tabellione, sed à conficiente, vel ab alio scriptæ sunt, *glos.* 1. *in l. inſtrumenta, C. de probationibus*, quamuis testium subscriptionibus fulcitæ essent, *d. l. inſtrumenta, ibi, priuata teſtatio*, quæ priuata scriptura est, nõ probat, *d. l. inſtrumenta. l. exemplo, & l. rationes, C. de probationibus, auth. ſi quis vult, in fin. C. qui potiores in pignore habeantur, §. ſi tamen quisquam, auth. de inſtrum. caut. & fide, col.* 6. *c.* 2. *de fide inſtrument.* aliqui *DD.* dixerunt, aliquam facere præsumptionẽ, & aliquem modicum probationis gradum, relati per *Auth. damn. mem. in conſuet. Pariſ. in §. 5. num.* 11. & per *Couarr. lib. practicar. quæſt. c.* 22. *n.* 6. ipse autẽ, & benè, nullum probationis gradum facere talẽ scripturã tenet, ponderando verba *dicti §. ſi tamen quisquam*, ibi, *vt ſciat, quod in fidem aduerſarij totum ipſe ſuſpendit, & d. cap.* 2. *de fide inſtrumentorum*, ibi, in fine, *non videtur nobis alicuius firmitatis*, quod verbum, *alicuius*, etiam minimam excludit, vt *ibi* declarat *Detius col.* 1. *num.* 4. *& col.* 3. *verſ. & vlteriùs.*

11 Quod amplia etiam partium voluntate accedente; non enim partes possunt conuenire, quod scripturæ minùs sollemnitèr confectæ fides tribuatur, *Innocent. in c. cum P. Tabellio, de fide inſtrumẽtorum*, quem refert *Bald. in l. de quibus, ff. de legibus, & in auth. ſi quis in aliquo, C. de edendo.*

12 Limita tamen prędicta in scriptura priuata antiqua, quæ semiplenè probat *Anton. in d. cap.* 2. *de fide inſtrumentorum, in* 4. *col. verſ. tertius caſus eſt*, Io: *Andr. poſt Nicoſ. de Matina in tit. de inſtrument. edit. §. nunc dicendum, ſuper verſ. quid ſi producens, Iaſ. in l. cum aliquis, §. col. num.* 9. *C. de iure deliberandi.*

13 At quæ dicatur scriptura antiqua, tradit *Iaſ. præalleg. loco, in fin. Vincent. de Franch. deciſ.* 357.

14 Limitat etiam in nouem casibus, in quibus priuata scriptura probet, *Iaſ. in l. admonendi, col.* 16. *ff. de iure iurando, à num.* 77. *verſ. vltra tres limitationes Bart. & in repetit. num.* 88. plenè, & quando semiplenè probet, de cuius fide, & authoritate habetur per *Couar. præcit. c.* 33. *practicar. quæſt.*

15 Ex quibus habetur, quod præfatæ scripturę priuatę non omninò inutiles dici possunt, *glos. Pariſ. in d. §.* 5. *num.* 11.

Limita tertiò in literis cambij, pro quarum exequutione absque termino proceditur ad exequutionem realem, & personalem, seruata forma *Regiæ Pragmaticæ*, verùm contra negantes subscriptionem, conuincti si fuerint, tenentur ad pœnam con-

tentam *in Regia Pragmat. 2. de negant. mutuum*, de quibus dicetur *infra num. 29.*

16 Et vt coadiuuandi modus innoteſcat ſciendum eſt; triplex dari genus priuatæ ſcripturę, ſecundum *Bart. in auth. at ſi contractus*, C. *de fide inſtrument. & in l. admonendi, num. 25. ff. de iure iurando, & in l. nuda ratio, ff. de donationibus*, Apoca v3. liber, & Apoſtilla, ſeù literæ.

17 Apoca ſolet ſcribi à principali contra quem producitur, & ſubſcribitur à teſtibus, & ſolet ſcribi ab alio, & ſubſcribi ab eo, contra quem producitur, quod idem erit, *Couarr. lib. practicarum, cap. 23. num. 4. verſ. quia conſtat idem eſſe.*

18 Apoca, confeſſione, & teſtibus coadiuuatur, ſi confeſſione probat contra tertium, *l. cum indebito, in fine, ff. de probationibus. auth. de inſtrument. caut. & fide, §. ſi quis igitur, & §. ſequenti. col. 6. in auth. de triente, & ſemiſſe, §. hæc autem diximus, col. 3. c. ſi quorumdam, de ſolutionibus*, *Author damnatæ memoriæ in conſuet. Pariſ.* latè *in §. 5. num. 16. Couarr. lib. practic. cap. 22. in princ. ſupra num. 2. verſ. probatur verò priuatum ſcriptum.*

19 Idem ſi eſſet ab alio ſcripta conſitentis voluntatè, *Author gloſæ Pariſ. præallegat. loco*, & per *Couarr. practicarum quæſtionum, cap. 22. in princip.* ſed creditur ſcribenti, ſcripſiſſe de voluntate debitoris, *Ann. ſingul. 41.* & teſtibus roboratur, cùm negatur, & in hoc caſu dicit *Bart. in d. auth. at ſi contractus, & in dicta l. admonendi, num. 30.*

20 Quod ſi Apoca trium teſtium ſubſcriptionem habeat, & contrahentiũ teſtium dictis corroborata, plenè probat *Menoch. de arbitrarijs Iudicũ, lib. 2. caſ. 114. Couarr. practicar. quæſt. cap. 22. num. 4.* dummodò ſint teſtes integræ, & probatæ opinionis ſubſcripti in apoca, & tunc præfertur creditor creditoribus hypothecarijs poſterioribus, per verba, *l. ſcripturas, C. qui potiores in pignore habeantur.*

21 Et non ſufficit præſumptio, quod quilibet præſumitur bonus, ſed tenetur probare, quod ſint integræ, & probatæ opinionis, ſecundum opinionem *Soccini*, quam ſequutum fuit Sacrum Conſilium, vt fundat, & deciſum refert *Vincent. de Franch. deciſ. 644.* & ità fuit obſeruatum in cauſa D. Antonij del Rio cum creditoribus Andreæ Paulelli per Sacr. Cõſilium.

22 Si verò apoca contrahentiũ ſubſcriptione careat quãuis tribus teſtibus probata eſſet, comparatio quoq; requireretur, vt probat *Couarr. prędicto loco, d. num. 4. verſ. 4. comprobatur*, ex mente *Bartoli*, eam intelligens, quando teſtes non eſſent ſubſcripti, quoniã per tot ſubſcrip-
23 tiones non poteſt de facili qs errare, ſed ſemiplenè pbare iuxtà veriorem ſententiam, & refert communem *Couarr. in citato loco, n. 6.* quãuis alij arbitrio Iudicis remicti, & quãdoque plenè probare tenuerũt, quos congerit *idem Couarr. loco, quo ſupra, & Menoch. d. caſ. 144. num. 6. 8. & 20.*

24 Si verò non ſit tribus teſtibus notata ad hoc, vt fidem habeat, comparatione, & teſtium depoſitionibus eſt coadiuuanda.

25 Quod ſi alterum ex his tantùm aderit, non plenè probabit iuxtà *authent. at ſi contractus*, C. *de fid. inſtr.*

Et hoc limita, ſi non negetur, nam tunc comparatio tãtùm requiritur, vt plenam fidem faciat *Bald. in d. l. ſcripturas, n. 13. verſ. nota quaſi publicæ, & Angel. in d verſ. ibi quaſi publicę.*

26 Limita ſecundò, ex communi Doctorum ſententia, ſi tres teſtes eam ſcribere vidiſſe deponant, *Iaſ. in d. l. admonendi, num. 88. verſ. ſic attende diligentèr in quantum Bart. ff. de iure iurando.*

Alij comparationem quoque neceſſariam eſſe exiſtimauerunt, quos congerit *Anton. Gabriel in libro communium*

Digitized by Google

muniam opinionum, lib. 8. in tit. de probationibus, concluſ. 9. verſ. ſecundo amplia idem ſi ſubſcripſiſſe.

Item ſi literarum comparatione facta, & earum ſimilitudine reperta, teſtes alij eam ſcribere vidiſſe deponant, *Menoch. de arbitrarijs, lib. 2. caſ. 114. num. 19.* qui ſufficit, quod ſint duo, ſecundum opinionem *Alexandri*, in contractu non excedente libram auri, quam veriorem refert, & tenet *Couarr. lib. practicarū, d. quæſtione 22. num. 3.* quamuis communē referat eſſe, quod tres teſtes requirātur, & vide *Ann. alleg. 85. in fin.* qui tenuit apocam cōparatione, & vnico teſte fulcitam, qui vidit ipſam ſcribere, plenam fidem facere.

27 Idem ſi ſubſcribens dixerit teſtibus ſe ſubſcripſiſſe, & id teſtes deponant, *Afflict. deciſ. 104.* ſecùs ſi teſtes
28 deponant eſſe ſcripturam Caij, forſan quia eius manum notam haberent, quia iſti nihil probant, vt per *Menoch. præcit. loc. caſ. 114. nu. 22. Anna d. alleg. 25. nu. 2. & d. alleg. 85. n. 5.* ſicut ſcriptura priuata, quæ non habet teſtium ſubſcriptionem, vel ſi non eſt ſcripta per Notarium Curiæ apud acta, & conſuetudo approbet, quæ non probat.

Quò verò ad literas cambij, ſi negatur acceptatio, ſufficit contra acceptantem trium teſtium depoſitio, qui dicant habere notam manum, iuxtà diſpoſitionem *pragmatica 5. §. 4. de literis cambij* latam ſub die 9. Iunij 1617. qua probatione ſequuta, & acceptatione, nulla admittitur exceptio ad impediendam exequutionem, & ſolutionem literarum cambij, quamuis allegaretur non eſſe ſecutam ſolutionem ſaluis iuribus cōtra ſcribentes, & alios obligatos, nō impedita ſolutione, vt diſponitur per *pragm. 3. num. 12. de literis cambij*, cuius verba ſunt:

Volemo, che non ſi poſſa allegare eccettione alcuna per impedire l' eſecutione, & pagamenti delle lettere de cambio accettate, etiam ſotto preteſto, che non ſia corſa la valuta, ma quelle ſi debbiano pagare ſubito, reſtando à quelli, che ne faranno detti pagamenti, ſalue le loro raggioni contro quelli, che haueranno ſcritte le lettere, ò altri obligati, come sarà di giuſtitia, non impedendoſi però il pagamento di eſſe lettere. Datum ſub die 8. Nouembr. 1607.

29 Scribentes verò negantes eſſe ſubſcriptas manu propria, vel de eorum ordine, conuicti deindè parte citata puniuntur pœna ducatorum decem pro quolibet centenario, vt diſponitur per *prag. 2. de negantibus mutuum, ſub die 5. Septembr. 1598.* promulgatam.

Corollarium,

Sed fuit dubitatum, an exceptio non numeratæ pecuniæ impediat exequutionem literarum cambij, ſtante ſtatuto, quod literæ cambij promptam, & paratam exequutionē habeant.

Et quò ad acceptantem prouiſum eſt per prefatam pragmaticam non impedire.

Quò ad ſcribētem impediri exequutionem non dubitatur, ex dictis per *Affl. in conſt. cauſa*, per *Fab. de Anna conſ. 82. 1. vol. Conſil. Paſqual. in tract. de patria poteſt. p. 1. cap. 8. nu. 65. Guid. Pap. dec. 175. & ibi Addentes.*

30 Et non recedendo à probationibus ſcripturæ priuatæ, & eius efficacia; ſcriptura priuata, quæ non eſt tribus teſtibus ſubſcripta, ſed coadiuuata per teſtes deponentes vidiſſe ſcribere in actione perſonali robur obtinet firmitatis, *d. §. ſed & ſi quis, gloſ. in d. cap. 2. de fide inſtrumentorum, in verbo authentica.*

31 Priuata verò ab aduerſario ſcripta, ità quod conſtet, vel à quocumq; dummodò partium, vel teſtium ſubſcriptione fulcita ſit in actione perſonali robur obtinet firmitatis, in *auth. de inſtr. cauſ. §. ſed & ſi quis, coll. 6.* & talis ſcriptura dicitur authētica *vt ibi patet*; in reali verò actione in-

Digitized by Google

ſtrumentum manu publica confectũ præponitur tali inſtrumento priuato, niſi priuatum inſtrumentum habeat trium, vel plurium teſtiũ ſubſcriptionem, C. *qui potiores in pignore habeãtur l. ſcriptura*, priuata verò inſtrumenta valent in preiudicium illorum, qui eã ſcribunt, C. *de non numerata pecunia, l. generaliter, ff. depoſ. l. publia*, §. *vlt.* ad cõmodum verò eorum minimè, C. *de probat. l. inſtrumenta*,

De ſigillo, quando ſigillum impleat probationem prædictę ſcripturę, dicemus infrà in literis.

SVMMARIVM.

2 *Librorum quot ſint genera, & quando probent.*
3 *Confeſſio contenta in libris an probet.*
Si contineat capita ſeparata, an poſſit pro ſe fateri, & aliud negare, ibidem.
3 *Et an parte abſente, confeſſio contenta in libris Monaſterij probet, & nu.* 4.
5 *Confeſſio hæc an ſufficiat ad probandum ſcientiam alicuius.*
6 *Literę miſſiuæ ſiuè æpiſtolę, quę ad abſentem mittuntur, quomodo probari poſſint.*
7 *Comparatio manus an ſit ſufficiens ad plenè probandum.*
8 *De effectu comparationis literarum in ſcripturis apocæ, libri rationum, epiſtolæ, & inſtrumenti, & de requiſitis ad comparationem faciendam.*
9 *Literæ miſſiuæ authenticatæ, an probent plenè in fauorem abſentis, & pro ſcribente.*
10 *Et ſi contineant plura capitula ſeparata, an poſſit capitulum pro ſe fateri aliud negari.*

ARGVMENTVM.

De probatione per libros, & an & quando libri probent confeſſionem in libris cõtentam.

SECTIO LII.

1 QVòad libros, horum librorũ plura ſunt genera, de quibus per *Ioſephum Ludouic. in tit. de libris mercatorum, concluſ. vnica, in lib. 3. commun. opinion.* vbi latè de libri comprobatione, & fide, & per *Menoch. lib. 2. caſu* 91. 92. & 93. & *caſu* 114. *num.* 23. per *Couarr. d. cap.* 114. & per *Gabriel. Saray in additionibus ad ſingulare Mattheſil.* 78. & in caſibus, in quibus confeſſio
2 in libris contenta probat plenè, prodeſt abſenti quoque.
3 Nam cõfeſſio ẽt parte abſẽte facta in libris probat plenè, *Ant. Gabriel* multas tradit authoritates *in recollectione commun. opinion. concluſ. 1. in tit. de confeſſis, à num.* 57. in caſibus tamen, in quibus ſola plenè probat.
4 Libri verò Monaſterij, in quibus ſcribuntur, & annotantur fructus, in poſſeſſorio probãt, quis in petitorio non ſufficiant ſoli libri, *Ann. allegat.* 94. *num.* 7. *verſ. & fuit dubitatum, ſi libri Monaſterij.*
5 Probãt etiam plenè ad probandã ſcientiam alicuius, vt conſuluit *Panormitanus conſ.* 81. *videtur primo circa medium*, 2. *vol.* quod refert *Curt. iunior in repetit. l. admonendi, ff. de iure iurando.*

Sed ſi in libris rationum adſunt plura capitula ſeparata, quæ contineant accepta à me, & data à te mihi, iſta data, & accepta dicuntur, ità annexa, quod ſi ego probo intentionem meam ex libro tuo, quòad centum, teneor ſtare, quò ad accepta, & data à te mihi, vt probatur in *l. quadam, §. fin. ff. de edendo*, & ibi *Bar.* hoc tenet, facit *l. ſi quis ex argentarijs, §. ſi quis rationum, ff. de edendo, Matth. Mattheſil. d. ſingul.* 78. *incip. nota doctri-*

ctrinam mirabilem, etiam parte absente.

6 Quò verò ad literas, seù epistolã ea dicitur, quę ad absẽtem mittitur, qui certior fit de rebus, quas ignorat ità *Marc. Tull. epistol. 1. ad Secundum fratrem*, cuius probatio impleri potest confessione, vt si subscribens eã scripsisse confitetur, probet contra scribentem, & in *l. nuda ratio, ff. de donat.* & ibi *Alber.* & si adsit sigillum, (de quo dicam in *sequenti sect.*) comprobatur sigillo, si negatur, & absit sigillum comparatione facta plenam fidem facit, *Bart. in l. cum epistolis, C. de probationibus, l. comparatione, C. de fide instrumentorum*, idem *Bart. in d. l. admonendi, num. 30. ff. de iure iurando*, quam *Bart.* opinionem ab *Abb.* im-
7 pugnatam communem esse testatur *Felyn. in cap. 2. de fide instrumentorum, & Marant. in 6. par. numer. 56. 6. actu, vers. & hic prope est, & Ias. in repetit. legis admonendi, numer. 175. Paris. cons. 19. nu. 100. lib. 2. Boer. q. 282. num. 6.* quod intellige, si non excedit valorẽ vnius libræ auri, & si excedit, comparationi literarum nõ est locus, *auth. at si contractus, C. de fide instrum.* ponderauit *Nicolaus de Passeribus in d. tract. de scriptura priuata, lib. 2. tit. de apoc. manu debitor. num. 98.* & per totum titulum illum dilucidatur materia comparationis.

Cęterũ quicquid sit in apodissis, de quibus supra diximus, in alijs cõparatio, plenè probat *Bar. in l. nuda ratio, in fin. ff. de donationib. Gram. dec. 35. n. 69.* quã *Bar.* opinionẽ communem testatur *Det. in cap. 2. nu. 16. de fide instrumentorum*, & alios congerit *Menoch. casu 114.* & *Couarr. lib. practicar. cap. 22. nu. 7.* quã opinionẽ communẽ ipse non approbat, & Iudices admonet hac in re non ità liberum eis superesse arbitrium, sed debere omninò cautè circumstantias perpendere, vt communẽ opinionẽ sequantur in praxi *vsque ad fin.* & remissiuè per eumdem *Couarr. loco quo supra.*

8 De vi autẽ, & effectu cõparationis literarum in scripturis, apocis, libris rationum, epistolis, & instrumentis, & de requisitis ad comparationem faciendam, habemus luculentam, dilucidam, & subtilem explanationem per *Menoch. dicto casu 114. lib. 2. centur. 2.*

9 Erit tamen notandum, quod literę missiuæ authenticatę, vt supra, in fauorem absentis plenè probant confessiones in ea contectas, *Ant. Gabriel in commun. opinion. in tit. de confessis, num. 54. col. 1.* sed non pro scribente.

10 Ità quod si continerẽt plura capitula separata recipiens potest capitulum pro sè fateri, aliud negare, *l. publia, §. fin. ff. depositi, Matth. Matthes. sil. singul. 78.* & *ibi addens*, non sic in connexis, de quo diximus *suprà n. 2.*

SVMMARIVM:

1 *Sigillo an, & quando comprobetur scriptura, & num. 2.*
3 *Præsertim literæ Regiæ.*
4 *Scriptura priuata an impleatur sigillo.*
5 *Quid in sigillo priuato magnorum Dominorum.*
6 *Aut in sigillo Iudicis.*
7 *Vel Episcopi.*
8 *Et in actis Iudiciorum, ac Tabellionis.*
9 *Sigilli priuati impressio ad quid prosit.*
10 *Sufficit probare sigillum sua voluntate appositum, quamuis non sit suum.*
11 *De comprobatione scripturarum per sigillum qui tractent.*
12 *Scripturæ in marmore, vel columnis incisæ quando probent.*
13 *Quid in cronicis.*
14 *Antiquum tempus quod intelligatur, & quæ probationes ad id sufficiant.*

ARGVMENTVM.

Scriptura, an & quando probetur ex sigilli im-

Digitized by Google

impoſitione, ſiuè publici, ſiuè priuati.

SECTIO LIII.

1 COmprobatur quoque ſcriptura ſigillo, *Bart. in auth. at ſi contractus*, C. *de fide inſtrumẽtorum.*

2 Si tamen ſigillum conſeruetur ſub fida cuſtodia, & literę ſint Regiæ,

3 quarum robur conſiſtit in ſigillo, vt concludit *Andr. in cap.* 1. *de vaſallis, qui contra, &c.* refert *Afflict. deciſ.* 26. *num.* 9. *verſ. quia robur literarũ Regis.*

4 Priuata verò ſcriptura impletur ſigillo, dummodò ſit authentica, qđ authoritatem iuſtam, & certam habeat, ſicut inſtrumentum authenticum, *cap.* 2. *de fide inſtrumẽtorum, Menoch. de arbitrarÿs lib.* 2. *caſu* 113.

5 Aduerto tamen, quod ſigilla ſub fida cuſtodia conſeruantur, ſecundũ *Couarr. practicar. quæſt. d. cap.* 22. *n.* 9. & quod in hæredibus ſat eſt ſua ſolita probare ſigilla; præſumuntur .n. ſua voluntate appoſita, & quòad qualitatem, vt dicatur authentica in ſigillo priuato Magnòrum Dominorum, *Author damnatæ memoriæ loco cit. ſect. præced. d.* §. 5. vt alicuius Principis ſecularis, cui de conſuetudine creditur, *gloſ. in d. cap.* 2. *de fide inſtrumentorum, per tex. in cap. dilectus, eodẽ titulo.*

6 Item in ſigillo alicuius Iudicis, 98. *diſtinct. cap.* 1. *&* 2. *q.* 3. *cap. ſtatuimus, ff. de cuſtodia, & exhibitione rerũ, l. diuus*, ibi, *& interrogationes literis incluſas, atque obſignatas ad cognitionẽ Magiſtratus mittant.*

7 Tertiò, in ſigillo Epiſcopi, cui creditur quamdiù contrarium non oſtendatur, *cap. poſt ceſſionem, de probationibus* 2. *q.* 3. *cap. cura.*

Quartò, in ſigillo capituli, *cap.* 3. *de procur.* 73. *diſtinct. cap. in nomine patris, in fin.* & hęc ponit *gloſ. in d. cap.* 2. *in verbo ſigillus.*

8 In actis iudiciorum non creditur tabellioni abſque teſtium ſubſcriptione, vt aduertit, & fundat *Ioan. Andr. in addit. ad dictam deciſ.* 175. *Guid. Pap.*

9 Non idem erit in ſigillo priuato, ſi ſcriptura eſſet ſigillata abſque ſollẽnitatibus ſupra relatis; non enim probaret, prodeſſe autem ad duo priuatam ſigilli impreſſionẽ, habes per *Authorem damnatæ memoriæ in d.* §. 5. *num.* 12. & per *Menoch. in tit. de arbitrarÿs Iudicum, lib.* 2. *d. caſu* 113.

Primò, vt promptiùs, & faciliùs priuata ſcriptura verificari poſſit; quãto .n. plura ſigna, & ſollẽnia adhibentur, tanto maior, & plenior habetur ratio certitudinis, & veritatis detegendæ, & minor occaſio falſitatis, & erroris.

Secundò, vt verificato ſigillo appareat intentius de cõplemẽto actus, & ſollẽni conſenſu, & approbatione ſigillantis, contra quem plenè probat, & præiudicat, cuius gratia ſigillum eſt appoſitum.

Si enim ad finem teſtimonij non probat contrà ſigillantem, niſi eum teſtem fuiſſe, nec quantum ad vim, & effectum actus præiudicat, *l. Caius, ff. de pignoratitia actione, l. Titia,* §. *Lucianus, ff. de legatis* 2. ſecùs ſi ad diſpoſitionem, & ſubſtantiam actus apponatur, *l. ſi fideiuſſor,* § *pater, ff. de pignoribus, & ibi Scribentes, Bart. & DD. in l. ſicut,* § *non videtur, ff. quibus modis pignus, vel hypotheca ſoluitur.*

Prodeſt quoque ſigilli priuati impreſſio, vt indè præſumptio quædam Iudicis arbitrio vrgens adſumatur, quamuis nõ verificati iuxta opinionem *Abbat. in cap.* 2. *de fide inſtrum. Couarr. practicar. quæſtion. cap.* 22. *num.* 9.

10 Verificatur autem ſcriptura ſigillata, ſi ſua voluntate appoſitum probetur, nec ſuum eſſe probari neceſſe erit ſecundum *Authorem dam-*

Digitized by Google

damnatæ mem. in d. §. 5. & Couarr. practic. quæst. d. cap. 22. n. 9.

11 Et de comprobatione scripturæ per sigillum, egregiè habes apud *Menoch. in tract. de arbitr. Iudic. lib. 2. centur. 2. cas. 113.* per *Iosephum Mascard. conclus. 1308. vol. 1.* & per *Guid. Pap. q. 175. de sigill.* vbi *addentes, Couarr. pract. quæst. in d. cap. 22. à n. 3.* per *Bertachin. de Firmian. in tract. Episcop. lib. 3.*

Reliqua concernentia probationes per scripturas, & de verbis enũciatiuis, ponit *Nicol. Genua in tract. de scriptura priuata, cum addit. Ioannes Dominic. Gait. in tract. de credito, c. 2.* q per nouẽ titulos, scripturã priuatã, & eius probationem enucleat, & per quatuor titulos in *cap. 3.* latissimè explicat materiam scripturæ publicæ, ad quos me remitto.

12 Et demum, quod scripto in colũna, vel saxo creditur, *glos. in cap. cum causam, in verbo per libros antiquos,*

13 *extra de probat.* & similitèr in Cronicis, *Aloysius de Alber. singul. 152. si reperitur aliquid, Guid. Pap. q 58. n. 4.* dixit plenam fidem non facere, sed facere notoriam rem, *Bart. in l. 1. in princip. numer. 3. de bon. poss. secundum tab.* tenet ex conuentione partium scripturam in muris, vel lapidibus probare, dummodò sit antiqua *in tract. de probat. concl. 111. num. 19. vers. pro hoc facit Bart. & Ias. in §. pœnales, num. 16. vers. secundò nota, instit. de act.*

14 Et varijs in rebus, quod tempus dicatur antiquum, & quæ probationes ad id satis sint, *Mascard. in d. tract. de probat. conclus. cap. 3. in verbo antiquum, vol. 1.*

SVMMARIVM.

1 *Confessionibus fiunt probationes, quæ aliæ iudiciales sunt, aliæ extraiudiciales.*

2 *Confessio iudicialis alia ad litem ordinandam est, alia ad litem decidendã, alia ficta, n. 3.*

4 *Confessio ficta quæ sit, & quid operetur.*

5 *Confessio vera quæ sit, & an confessus habeatur pro iudicato.*

6 *Confessis non est danda alia dilatio, nisi ad soluendum, & an requiratur, quod præstetur fideiussoria cautio, & num. 8.*

7 *Quid in confessione facta in instrumento parte absente.*

9 *Confessio in instrumento de matrimonio an probet matrimonium.*

10 *Confessio facta super inepto libello an probet.*

11 *Et quid si ex inordinato processu.*

12 *Vel si confessio est sine causa.*

13 *Aut in confessione, dato libello, præcedente præcepto, & vel non dato libello, sed ad simplicem requisitionem creditoris.*

14 *Confessio facta in vno iudicio an probet in alio iudicio; & quid si fuerit facta à procuratore.*

15 *Et quid si facta fuerit in libello, in articulis, aut in omni alia scriptura.*

16 *Confessio coram arbitro, an probet quoad Magistratus.*

17 *Et an probet instantia perempta.*

18 *Confessio procuratoris cum speciali mandato an probet in foro contentioso, & quid per modum voluntariæ iurisdictionis.*

19 *Et quando dicatur per modum contentiosæ iurisdictionis.*

20 *Quid si procurator falsum responderit.*

21 *Et an prætextu erroris possit reuocari.*

22 *Confessio principalis impedit appellationem, & an idem sit in confessione procuratoris.*

23 *Confessio procuratoris an noceat in alia causa, prout confessio Domini.*

24 *Confessio Prælati an noceat Ecclesiæ.*

25 *Confessio Domini in vno iudicio emissa quando probet in alio.*

26 *Confessio extraiudicialis parte præsẽte an probet.*

27 *Et an præiudicet heredi.*

28 *Et quid si sine causa quis confiteatur debitum.*

29 *Vel cum causa indiscreta.*

30 *In confeſſione ad liberandum an requiratur cauſa.*
31 *Confeſſio an admittatur in iudicijs, etiam poſt ſententiam, non emanata ſuper poſitionibus.*
32 *Confeſſio extraiudicialis parte abſente emanata, an & quando operetur in vim pacti liberatorij, aut obligatorij.*
33 *Et quid ſi ſit iuncta cum ſemiplena probatione.*
34 *Quod ſi alius deponeret de confeſſione parte preſente an coniungatur ad plenè probandum.*
35 *Confeſſio ex errore in facto emanata an præiudicet, & probet.*
36 *Et quando reuocari poſſit, & ſi fuerit reuocata poſt litis conteſtationem, an ſit reuocandus error.*
37 *Et quid ſi erraſſet in iure.*
38 *Vel in minore, & fœminis.*
39 *Et an poſt factum preceptum guarentigiæ poſſit reuocari tanquam erronea. Tunc an ſint reficiendæ expenſe. n.* 40.
41 *Confeſſio ſi fuerit geminata, & iurata, an poſſit reuocari.*
42 *Præſertim ſi fuerit acceptata per partem.*
43 *Et an poſſit in partem acceptari, & in partem non.*
44 *Et quid ſi erraſſet in facto proprio.*
45 *Confeſſio reuocari an poſſit cauſa deciſa, vel facta concluſione.*
46 *Et quid ſi adſunt reſcripta Principis, quod reſpondeatur impetrata antè ſententiam, & præſentata poſt exequutionem.*
47 *Et quid ſi maiores non poſſunt reſtitui ex illis cauſis ſtante læſione ex clauſula generali.*
48 *Reſtitutio in integrum an competat aduerſus confeſſionem per ignorantiam fuerit læſus, qui confitetur.*
49 *Et quid ſi eſſet error in calculo.*
50 *Vel ſi ſemel ſuper eam fuerit tranſactum.*
51 *Et quid ſi in confeſſione incerta, quæ non præiudicat.*
52 *Et in confeſſione tutoris, curatoris, procuratoris, & aliorum adminiſtratorum, numeratione non apparente,*
53 *Confeſſio vnius ex litigantibus an noceat tertio.*
54 *Et an in materia confeſſionis, remiſſiuè.*
55 *Et an quis poſſit reuocare confeſſionem falſam in iudicio emiſſam.*

ARGVMENTVM.

De confeſſionibus iudicialibus, & extraiudicialibus, an, & quando noceant, & probent etiã contra tertios.

SECTIO LIV.

1 COnfeſſionibus quoque probationes fiũt in iudicijs, quarum alia iudicialis, alia extraiudicialis dicitur.

2 Iudicialis alia fit ad litem ordinãdam, & de hac diximus *ſupra in prag. ſi reus.*

Alia ad litem decidendam, & de hac agitur *tit. ff. & C. de confeſſis*, vbi *Cynus in l.* 1. 3. *colum. verſ. primò quæritur.*

3 Item alia ficta eſt, alia vera.

4 Ficta, ſi per contumaciã quis habebitur pro confeſſo, *gl. in verb, confitetur*, ſubdens, quod triplicitèr dicitur quis confiteri ore, *q.* 6. *c.* 1. *&* 2. rei euidentia, 28. *diſtinct. & 3. q.* 9. *cap. decernimus*; vera, quę fit voce, vel in ſcriptis.

5 Probat enim iudicialis confeſſio, & pro iudicato, habetur qui cõfeſſus eſt, *l. prima, ff. de cõfeſſis*, cætera cumulat *Vin. lib. comm. opin. in tit. de confeſſis, num.* 1.

6 Nec eſt danda alia dilatio, niſi ad ſoluendum quanta Iudici videbitur, *l. ſi debitoris, ff. de iudicij*, & à debitore petatur, *tex. eſt in l. debitoribus*

ribus, ff. de re iudic. ibi *petentibus*, per quem *tex.* ità dicit *ibi Angelus, & Alexander*, sequitur *Ias. in l. admonendi, col. 6. num. 12. ff. de iure iurando.*

7 Quæ dilatio datur præstita cautione fideiussoria, vel pignora capiendo, vt exemplificat *glos. in d. l. si debitori, in verbo competenti*, & est *tex.* à *glos.* adductus *in l. si mandato Tityi, ff. mandati.*

8 Vt si deposuisti pœnès Titium aliquam rem, & dicitur in instrumẽto, quod illam rem habuisti à me depositum, istud instrumentum, licèt sit factum inter te, & Titium, probat tamen intentionem meã contra te, & si non possum aliter probare, quod deposuerim, sufficit hoc instrumentum ad probandum, dictum est singulare *Baldi* per illum *tex. in l. si desiderium*, C. *depositi*, quod est perpetuò memoriæ commendandũ, secundum *Paul. de Castr.* propter authoritatem *Baldi*, hæc *Petrus de Rauenna sing.* 885. & ità fuit per Magnam Curiam iudicatum nõ semel.

9 Amplia primò, in confessione, qđ adest matrimonium, quæ inducit præsumptionem in instrumẽtis, *cap. illud quoque, de præsumptionibus*, quod intellige iuxtà *glos. in d. cap. illud, in verbo nominat.*

10 Amplia secundò, in confessione facta super inepto libello, *Bald. in l. 2. ad fin.* C. *de reiudic.* & quamuis processus sit nullus, ex confessione potest sequi condemnatio, *Afflict. decis. 372. in fin.* & hoc seruari asserit, *Guidon Pap. decis. 120.* ad quod facit, quia ex sola confessione potest quis condemnari, nec libellus, nec litis contestatio requiritur, *Afflict. decis. 191. num. 9.*

11 Idque etiam in confessione ex inordinato processu, tenet *Anna alleg. 82. num. 4. vers. quod potest sequi condemnatio ex inordinato processu.*

12 Amplia tertiò etiam in confessione sine causa, *Guid. Pap. dec. 176. nn. 2. vers. secus tamen est in confessione iudicialiter facta.*

13 Amplia quartò, in præcepto de soluendo facto à Iudice in confessione, dato libello; secus verò non dato libello, sed ad simplicem requisitionem creditoris, nàm tunc interlocutoria dicitur, nõ diffinitiua, *Balb. dec. 72.* positus *in 2. vol. commun. opin. lib. 7. de confessis, num. 276.*

14 Amplia quintò, in confessione facta in vno iudicio, nàm nocet in alio, quod non procedit in confessione procuratoris, nàm non nocet in alio iudicio, *Ann. d. alleg. 82. num. 2. & 3.*

15 Amplia sextò in confessione tàm in libello, & in articulis, quàm in omni alia scriptura in iudicio producta, & in exceptionibus datis per reum idem erit, quia confessio in eis contenta operatur etiam parte absente; *Anton. Gabriel in recollectione commun. conclus. lib. 1. de confessis, conclus. 1. cum sequentibus, Donat. Afina in syntagmat. commun. opinion. tom. 2. lib. 7. in tit. de confessis, num. 43.* quæ intelligenda sunt iuxta declarationes *Bart. in l. certum, § si quis absentem, ff. de confessis, cum addentibus*, & per *Capyc. decis. 71.*

16 Amplia septimò, in confessione coràm arbitro, quæ probat coram Magistratu, *l. penult. in fin.* C. *de arbir.* & decisum fuisse per S. Consilium testatur *Affl. decis. 178. vers. 7. fuit dubitatum*, verùm an hæc confessio sit iudicialis est inter DD. controuersia, & *Imol. Abb. Butr. & Io: Andr. in cap. præsentata, de testibus*, tenent probare, vt extraiudicialem, & sic decisũ fuisse per Sacrum Consilium refert *Afflict. d. decis. Imola in d. cap. præsentata*, quod vt iudicialem probare asserit, quando processit, vt arbiter, & non vt arbitrator, vbi addit, quæ sint inter eas differentiæ, pro qua opinione facit, quod compromissa ad similitudinem Iudiciorum redacta sunt, *l. prima, ff. de receptis arbitris*, & *ibi glos.* dicit, præter casus à iure expressos, in reliquis iuxta id, quo d'in iudicijs, iudicandum est, cùm ergò

in probationibus non ſit alitèr prouiſum, remanet in prouiſione *dictæ l. primę*, & ſic vt iudicialis probet in caſu, in quo arbiter procesſit iuris ordine ſeruato ad ſtylum Iudicis, cui opinioni adhęret *Marant. in 6. p. 5. actu, num. 31. verſ. & hanc Bart. opinionem puto veriorem etiam compromiſſo perempto, Afflict. deciſ. 148. ad ſecundum dubium.*

17 Amplia ſeptimò, confeſsionem probare, etiam inſtantia perempta, nam ſicut perempta inſtantia non pereunt acta probatoria, ſic nec cõfeſsiones, *Bald. in l. cum anteà*, C. *de arbitris, DD. in l. 2. C. de edendo.*

18 Amplia octauò, in confeſsione procuratoris cum ſpeciali mandato, & etiam cum generali confitentis per modum cõtentioſæ iuriſdictionis; ſecùs reſpondentis per modum voluntariæ iuriſdictionis, hæc eſt diſtinctio *Bart. in l. certum*, §. *ſed & an ipſos ff. de confeſsis, num. 262.*

19 Et per modum contentioſæ iuriſdictionis, confeſſus dicitur, quando de ſtylo iudiciorum compelli poterat, quamuis coactus non fuerit, *Felyn. in d. cap. ad hoc Deus, num. 15. vt lite non conteſtata.*

Idem *Bart. præcit. loco* obſeruandũ eſſe refert in adminiſtratore, qui æquiparatur habenti generale mandatum.

20 Quid autem ſi falſum procurator reſponderit; vide tradita *ſupra in prag. ſi reus exceptiones litis ingreſſum.*

21 Hanc autem procuratoris confeſsionem, ſimplicitèr dicit *Felyn. in d. cap. ad hoc Deus, nu. 18.* differre ab ipſius litigantis confeſsione, primò, quia prętextu erroris iuris Dominus non reuocat confeſsionem propriam, *l. 2. ff. de confeſsis*, vt *infrà* dicemus; ſecùs in confeſsione procuratoris; *Gynus in l. 1. C. de confeſsis.*

22 Secundò, quia propria confeſsio impedit appellationem, *ſecunda quæſtion. 6. cap. biduum*, non ſic procuratoris confeſsio.

23 Tertiò, quia confeſsio procuratoris non nocet Domino in alia cauſa, ſecùs in confeſsione Domini, *Specul. de confeſsis*, §. *videndum, verſ. ſed numquid, & in 6. ampliat.* latiùs, vt eſt dictum *ſuprà in 6. ampliat.*

24 Amplia nonò, non ſolùm probare confeſsionem in iudicio, in quo fuerũt emiſſę, ſed in alio iudicio, verùm non inter alias perſonas, ſed ſolùm præiudicat ſibi reſpectu interrogantis, *l. fin. ff. de interrogatorijs actionibus, Panormit. in cap. quamuis, num. 4. de re iudic.* cum reliquis adductis per *Bellacomb. in ſyntagm. commun. opin. tom. 2. in tit. de confeſsis, lib. 7. num. 110. l. penult. C. de receptis arbitris, & de teſtibus, cap. præſentata, Bald. in l. 2. C. de edendo, num. 12. verſ. ſi verò loquimur, de actis probatorijs.*

25 Amplia decimò, in confeſsione extraiudiciali parte præſente probata per duos teſtes, quæ plenè probat *l. Publia in fin. ff. depoſiti, Afflict. deciſ. 105. in princ.*

26 Et facta confeſsio per defunctum, hæredi præiudicat, *Bal. in l. 1. col. fin. verſ. de vna quæro, C. de delictis defunctorum*, quamuis non fuerit acceptata, iuxtà communem, & veriorem ſententiam *Socc. conſ. 228. in cauſa Gabriel. col. 3. lib. 2. Alciat. in tract. de præſumptionibus, in 3. neg. præſumpt. 21. Marant.* communem teſtatur *in pract. p. 6. in 5. actu*, licèt multi acceptationẽ requiri tenuerint, quam opinionem ſimilitèr communem refert *Iaſ. in d. l. error*, C. *de iur. & facti ignorantia*, reducuntur tamen opiniones ad concordiam per *Anton. Gabrielem in recollectionibus commun. opin. in tit. de confeſsis, concluſ. 2. num. 2.*

28 A decreto tamen, quod ſi ſine cauſa hęc extraiudicialis confeſsio ſit facta, non valet, caſus eſt *in l. cum de indebito*, §. *fin.* ibi, *ſin autem cautio, ff. de probat.* tenet *gloſ. fin. in l. 1. in verbo apud Iudices, ff. de interrogatorijs actionibus, Gyn. in l. generaliter, in 3. q. C. de non numerata pecun. Bart. in d. l. cum*

Idem

de indebito, Guid. Pap. q. 196. n. 2.

29 Idem si cum causa sit indiscreta, *l. Iouem de indebito, Bellacomb. in syntag. commun. opin. tom. 2. tit. 19. de confessis, lib. 7. num. 265. Rochem. addens annot. ad d. quæst. Guid. Pad. 176.* & ad liberādum requiritur causam, *l. tale pactū, ff. de pactis, Bellacomb. loc. cit.*

30 Amplia vndecimò, vt admittatur confessio in iudicijs, etiam post sententiam non emanata super positionibus, non tamen super positionibus, vsque ad conclusionem in causa, *Caran. in rit. 169. in fin.* rationem assignans, quia confessio aduersarij non est probatio, sed relaxatio.

31 Si autem confessio extrajudicialis in parte absentis emanata, probat semiplenè tantùm, *Anton. Gabriel* in commun. opinion. communem asserit in *tit. de confessis, num. 53. in fine.* limitans in nonnullis casibus, *Bonacos. in commun. opin. in tit. de confessis, nu. 30. Marant. in d. 6 p. in 5. actu,* limitans in aliis casibus, & *Afflict.* communem refert esse opinionem, & eam sequitur Sacr. Consilium in iudicando, vt dicit in *decis. 375. num. 3.* & si sit duobus testibus cōtestibus probata, probationem semiplenam inducit, quæ cum alia semiplena probatione iungi potest, secundum magis communem per *Bursat. conf. 2. num. 1. & 12.* post *Gabriel. commun. opin. in tit. de confessis, conclus. 1. num. 52.* refert *Bonac. in syntagm. commun. opin. lib. 7. tit. 19. de confessis, num. 3.* vt si est iuncta cum teste de visu, *Afflict. decis. 12. n. 1. & dec. 337. num. 6.* vel si alius deponeret de confessione parte præsente coniunguntur ad plenè probandum *Aym. in tract. de antiquit. tempor. 4. p. fol. 154. num. 25.* & communem refert *Vrsill. ad decis. Afflict. 364.*

Quod est intelligendum, quando fuisset facta ad liberandum debitorem, non autem quando ageretur de principali obligando, *Vrsill. ad decis. Afflict. 364. num. 7. vers. occurrit dicere esse intelligendum, Bald.* dicit valere in vim probationis secundum communem opinionem, sed non in vim pacti liberatorij, *Bellacōb. in syntag. comm. opin. tom. 2. in tit. de confessis, num. 264. Ant. Gabriel in recoll. commun. opin. in tit. de confessis, num. 91.*

Et pro reliquis de probatione confessionis, & eius viribus, recurrendum est ad *Anton. Gabr. in recollec. commun. opin. lib. 1. de confessis, conclus. 11.* vbi copiosè declarat materiam.

35 Limita primò, non probare confessionem iudicialem, si confitens erraſſet in facto, *l. error, ff. de iuris, & facti ignorantia, & l. cum falsa, C. eodem;* non enim fit eius qui erat, *l. 2. ff. de confessis,* eamque reuocare fas est, non dum lite contestata; post litis enim contestationem error probandus est, per iura tradita per *Bonacos. in syntagm. comm. opin. tom. 1. de iuris, & facti ignorantia, num. 6. & tom. 2. in tit. de confessis, n. 22.* secùs si erraſſet in iure, *l. ult. ff. de confessis,* exceptis minoribus, & fœminis, qui iuris ignorantia non restituūtur in quibusdam casibus, ex *l. regulà 9. & ibi glos. in verbo quibusdam, ff. de iuris & facti ignorantia;* & post factū præceptum guarentigiæ potest reuocari tanquam nimia, nisi fuerit primo acceptata per partem aduersam; nam tunc non potuisset reuocari, quando ex tali acceptatione esset acquisitum ius parti, *Hyppol. in singul. 452. versus quis subdit num. 3.* quod confessio potest reuocari prætextu erroris, dummodò expensa diligenter prius reficiantur parti aduersæ, allegat *Bart. in l. rura, ad fin. C. de omni agro deserto.*

41 Quamuis fuerit geminata, & iurata, *Ias. in d. l. error, C. de iuris, & facti ignorantia, num. 29. & 30. Soccin. cons. 95. num. 16. in 4. vol. Bellacōb. in syntagm. commun. opin. 2. tom. in tit. de confessis, num. 22. in fin.* & etiam per hæredem posse reuocari dixit *Afflict. decis. 233.*

42 Sublimita primò, in confessione acceptata per aduersarium, *Hyppol. in singul. 472. Ant. Gabriel in comm. opin. conclus. 2. num. 2.*

43 Et quando poſſit in partem confeſſio acceptari, & in partem non, vide per *Marant. in 6. p. in 5. actu, num. 27.* & in hoc attende cautelam *Bart. in l. publia, §. Titius Sempronio, in fine, ff. depoſiti*, vt dicatur in acceptatione, *quatenus pro me facit.*

44 Sublimita ſecundò, in facti proprij errore, niſi talis ſit, qui cadit in latam culpam, & ſic non excuſatur, *l. de ætate, §. penult. ff. de interrogat. act.*

Quod intellige iuxta declarationẽ *Iaſ. in d. l. error, C. de iuris, & facti ignorantia, num. 21. verſ. in vlt. par.* & diximus *ſupra in prag. ſi reus excipiat.*

45 Sublimita in cauſa deciſa, *d. l. error, C. de iuris, & facti ignor.* vbi *Iaſ. n. 11.* aſſignat rationem, & quid ſi non eſſet lata ſentẽtia, ſed facta concluſio, vt dicit *idem Iaſ.*

Et ẽt ſi adeſſet reſcriptum Principis, quod ſuperſedeatur in exequendo, quamuis eſſet impetratum antè ſentẽtiam, ſed preſentatum poſt exequutionem, nam non reuocatur exequutio, ſed fuit prouiſum, quod rata manente exequutione iam facta conſulatur Sacrá Maieſtas, vt refert *Ann. alleg. 37.*

46 Et inſtaurari poteſt poſt ſententiã per reſtitutionem in integrum ex clauſula generali, *ſi qua mihi iuſta cauſa*, per *text. in l. 1. ff. ex quibus cauſis maior. & ibi DD. Paul. de Caſtr. in l. non fatetur, quæ eſt 2. de confeſſ. num. 2. verſ. ſi autem non appellaueris*, de qua per *Sforz. Odd. de reſtit. in integrum, q. 8. num. 1. cum ſeqq. Mart. de clauſul. p. 1. clauſul. 248. aliàs 366. in vlt. impreſſ.* & diffuſiùs per *Auguſt. Barb. in tract. de clauſulis, clauſ. 168.* cuius verba ſunt:

47 *Quando maiores non poſſunt reſtitui ex illis cauſis, ex quibus minores reſtituuntur, tunc ſtante laſione reſtituuntur ex hac clauſula generali*, vide *Alciat. de præſumpt. 42. num. 2. cum ſeq. Menoch. conſ. 932. num. 1. Mart. d. clauſul. 366. num. 2.*

48 Et ignorans reſtituitur ex hac clauſula, ad tradita per *Hyppolit. in l. qui ignorans, num. 13. ff. ad l. Cornelium, de falſis, & in l. 2. §. ſi quis vltrò, nu. 3. ff. de quæſtionibus, Ant. Gomez variar. tom. 2. cap. 2. num. 27.* nam vbi tractatur de damno vitando, toleratur ignorantia, *Alexand. conſ. 164. vol. 5.* cum alijs adductis per *Donat. Aſſina in ſyntagm. commun. opin. rom. 1. lib. 1. de iuris, & facti ignorantia, tit. 18. num. 21. verſ. ſi verò in facto proprio*; niſi ſumma negligentia obijciatur, vt ſi omnes in Ciuitate ſciant, quod ille ſolus ignorat, nàm ignorantia negligentiſſimi hominis accipienda non eſt, neque curioſiſſimi, ſed eius, qui eam rem diligentèr inquirendo, notam rem habere poſſit, *l. regula, ff. de iuris, & facti ignorantia.*

49 Sublimita ſextò, quando eſſet error in calculo, iuxta declarationem, de qua per *Iaſ. in l. error, C. de iuris, & facti ignorantia à num. 28. verſ. in 2. parte, gloſ. in l. errore, C. de errore calcul.*

50 Et quando ſuper eo ſemel fuit tranſactum, & ſcientèr, non auditur, reuiſionem petens, ignoranti autem infra triginta annos ſuccurritur, *Io: Baptiſta Coſta in tract. de facti ſcient. & ignorãt. centur. 1. diſtinct. 94.*

51 Limita ſecundò, in confeſſione incerta; certum .n. qs eſt cõfeſſus proiudicato eſt, *l. certum, ff. de confeſſis*, nam ſicut ſententia certa eſſe debet, ſic cõfeſſio, quæ ſententiam generat, *l. in ſumma, ff. de re iudic.* & facit *l. ſicut, in fine, C. de repudianda hæredit.* & ideò coget Iudex interrogatum ad certè reſpondendum, *d. l. certum*, iuxtà praxim traditam in *pragm. relatione citationis, num. 89.*

52 Limita tertiò, in confeſſione tutoris, curatoris, procuratoris, & aliorum adminiſtratorum de recepta pecunia, numeratione non apparente, quę principaiibus non obeſt, iuxtà communem opinionem, de qua per *Viuium in recollect. commun. opin. in tit. de confeſſis, num. 263.* & per *Donat. Aſſina in eodem tit. num. 78.*

53 Quartò limita, quòad tertium; non enim nocet tertio confeſſio vnius ex liti-

Digitized by Google

litigantibus per iura allegata per *Paul. in conf.* 186. & alia per *Afflict. dec.* 150. *num.* 26.

Limita quintò, in minoribus absque curatoris, seù tutoris authoritate *d. l. certum, §. in pupillo, ff. de confessis.*

54 Reliqua verò in materia confessionis, & de eius viribus habemus declarationes, *Anton. Gabriel. in recollect. commun. opin. in tit. de confessis, per tot.* & plenissimè per *Hectorem de Guido in tract. de viribus confessionis iudicialis, & extraiudicialis.*

55 Et casus, in quibus quis non potest reuocare falsam confessionem in iudicio emissam, ponit *Paul. de Castr. l. 2. ff. de confessis*, & quando facto proprio cõtraueniri potest, *Io. Bapt. Costa in tract. de facti scientia, & ignorantia, inspect. 9. de probat. per iuramẽtum.*

SVMMARIVM.

1 *De forma præstandi iuramentum.*
2 *Iuramentum sufficit præstari super quacumque scriptura, licèt non sacra, habito respectu ad sacra Dei Euangelia.*
3 *Iurans an sufficiat, quod in genere dicat:* Iuro ad sancta Dei Euangelia.
4 *Quod quando, & quomodo obseruetur in Regno Neapolitano.*
5 *Tactus sacrorum Euangeliorum non habet locum in casibus à iure expressis.*
6 *Et an sufficiat alias scripturas loco Euangeliorum tangere.*
7 *Excellentissimus Prorex in ingressu qua forma, & quando iuret.*
8 *Et quid in actu possessionis Regentis Magnæ Curiæ, ac Dominorum Electorum.*
9 *Consiliarij Collateralis Consilij, & cæteri Ministri perpetui, quomodo iurent, & quomodo Iudices temporales Magnæ Curiæ.*
10 *Forma præstandi iuramentũ per Consiliarios Collaterdlis Consilij, aliosq; Ministros perpetuos, Iudices temporales Magnæ Curiæ, & per Auditores Prouinciarum, & nn. 11.*
12 *Episcopus an compellatur testimonium dicere, & num. 15.*
Et an teneatur accedere ad domum Iudicis, num. 16.
13 *Testes omnes possunt ad testificandum cogi, nisi expresè priuilegiati reperiantur.*
14 *Priuilegiati an & quando possunt cõpelli.*
17 *Episcopus, & Sacerdos in testes recepti an iurare debeant, & aliter non probare.*
18 *Cardinalis, si recipiatur in testem an iurare debeat.*
19 *Et de forma iuramenti talium personarum.*
20 *Iuramenti materiam, qui tractent, referuntur.*

ARGVMENTVM.

De forma præstãdi iuramentum, & an sufficiat, quod præstetur super quacũque scriptura, licèt non sacra, vel requiratur tactus ad Sacra Dei Euangelia.

SECTIO LV.

1 SVpereſt hoc loco, vt agamus de materia iuramenti, quæ quia ampliſſima eſt, tangam hic ſolummodò de forma illud præſtandi, preſertim circa contingentia in Ciuitate, & Regno Neapolis.

2 Et in primis aduerto, quod iuramen-

mentum ſufficit præſtari ſuper quacumque ſcriptura, licèt non Sacra, de conſuetudine, quoniam iam diù communis inoleuit ſtylus, & cõſuetudo, quod iurare ſufficiat ſuper quacumque ſcriptura, habito reſpecta ad ſacra Dei Euãgelia, ſolet quippè dici per Notarium, *Titius iurauit ad Sacra Dei Euangelia, manu tactis ſcripturis*; opinio enim iurantis, & relatio iſta, quam habet ad ſcripturã, faciunt quod illa ſcriptura habeatur loco Euangeliorum, quãtum ad firmandum iuramentum.

3 Nec iurans dicit, *Iuro ſuper hæc Euangelia*, ſed in genere dicit, *Iuro ad Sancta Dei Euangelia*, & huiuſmodi conſuetudo ſeruanda eſt, vt voluit elegantèr *Bald. Salycet. Corn. & Curt. in auth. ſacramenta puberum*, C. *ſi aduerſus venditionem*, *Abb. & Felyn. nu. 12. in cap. fraternitatis*, *extra de teſtibus*, *Imola in cap. cum contingat, de iure iurand. Bald. & Afflict. in cap. 1. §. item Sacramenta, num. 20. de pace iuramento firmanda, gloſ. notabilis in clement. 1. §. porrò, in verſ. tacta, ad finem de hæreticis*, & poſt eam *Imola*, *Cardin. Bonifacius de Vitalinis*, & ceteri communitèr, *Corſet.* latè *in addit. ad Abbat. in rubr. de iure iurand. in 1. p. q. 4. circa fin. Ruin. conſ. 102. n. 12. vol. 4. Paul. de Caſtr. & Alexand. in l. iurari, de iure iurand.* cum alijs concordantibus, de quibus *ibi per eum*, *Caſſan. conſ. 34. nu. 15. & conſ. 39. ſub num. 93. & ſeq.* cum aliqua declaratione *ibi*, quæ vera nõ eſt, & *Alciat. in d. rubr. de iure iurand. num. 29.* vbi dicit iſtam eſſe communem opinionem, & ità iſte mos de-

4 ferendi iuramentum ſuper quacumque ſcriptura obſeruatur in Regno Neapolitano, & alibi, *Viuius in ſylua commun. opin. lib. 1. opin. 423. poſita in 1. tom. ſyntagmatum commun. opin. lib. 4. tit. 1. de rebus creditis, & iure iurando, num. 8.* alios congerit *Farinac. de teſtibus, q. 74. num. 22. Reg. Rouit. in prag. 4. de Officialibus, & quæ ijs prohibeantur*, vbi remiſſiuè de forma præſtandi iuramentum à promotis ad officia requiſitis per dictam pragmaticam, quod remitti nõ poteſt, *Myſinger. obſeruat. 76. cent. 2.*

5 Aduerto tamen, quod hoc non habet locũ in caſibus à iure expreſſis, qui tactum ſacrorum Euangeliorum requirunt, vt latè declarat *Ruin. in d. conſ. 103. num. 12. Marquar. de Suſannis in tract. de iudæis, & infidelibus, in 2. p. cap. 8. num. 15. Hyppol. de Marſilijs ſingul. 415. iuramentum eſt magnæ importãtiæ, & Caſſan. in d. conſ. 34. num. 16.*

6 Nam ſufficit alias loco Euangeliorum ſcripturas tangere, ſecundum præcitatos DD. licèt cautela ſit, & rationabilis quippe, vt inquit *Bal. & Salicet. in d. auth. Sacramenta puberum*, in loco contractus adeſſe librum Euangeliorum, vel aliquam ſcripturam de verbo Euangelij tractantem, ſuper quo, vel qua iuretur, meritò ſtandum eſt, ergò inueteratę conſuetudini, de qua dicti DD. paſſim atteſtantur, quod quamlibet ſcripturam tangere ſufficiat, verba ſunt *Viuij in præcit. opin. 432.*

Et caſus nonullos enumerat *Borrell. in d. ſumma deciſionum uniuerſ. tit. 60.* in quibus tactus Euangeliorũ requiritur.

7 Secundò, non habet locum, vbi de conſuetudine in Regno per tactum euãgeliorum iuratur, prout in ingreſſu Proregis Regni, qui magno equitũ comitatu ad maiorem Eccleſiam accedit, ibique poſt hymnum, *Te Deum laudamus*, Electi Ciuitatis, qui adſiſtunt, ſedendo in ſcamno ad Cornum Euangelij ſurgunt, & ad ſubſellium Proregis ſe conferunt cũ libro aperto Euangeliorum, tactis ſcripturis iurant de ſeruando gratias & capitula Regni.

8 Et idem obſeruatur in actu poſſeſſionis Regentis Magnæ Curiæ in Eccleſia Diui Laurentij, ibiquè per Dominos Electos Ciuitatis præſtatur iuramentum pro obſeruantia Capitu-

Digitized by Google

pitulorum Ciuitatis, quo præstito accedit ad Tribunal Magnæ Curiæ, ibique iterùm tactis euangelijs iurat coram Regio Consiliario Sacri Consilij decano, assistentibus duobus Consiliarijs, qui præsunt Tribunali Magnæ Curiæ in criminalibus cum cęteris Iudicibus ciuilium causarũ, antiquiorq; ex his duobus Cõsiliarijs sedet in solio cũ virga, & post præstitum iuramentum, Consiliarius descendit à Solio, & Virgam in signũ iurisdictionis Regenti assignat, qua accepta, ipso in eodem Solio sedente, regitur Curia.

9 Eodem modo Consiliarij Collateralis Consilij iurant tactis scripturis Euangeliorum apud Dominum Proregem; cœteri verò perpetui Ministri eorum Præsidibus iuramẽtum præstant ad sancta Dei Euangelia tactis scripturis.

10 Iudicibus verò temporalibus Magnæ Curiæ datur iuramentum per Electos Ciuitatis in Tribunali sedente. tactis scripturis Euangeliorum.

11 Et Auditores Prouinciarum flexis genibus super scriptura commissionis iurant in manibus vnius ex Regentibus.

12 Quę autem diximus de testibus compellendis, limitantur in Episcopo, qui non compellitur testimonium dicere, *l. nec bonore 7. C. de Episcopis, & Clericis.*

13 Nam quamuis omnes testes possint ad testificandum cogi, nisi expressè priuilegiati reperiantur, *Grat. de testibus p. 5. num. 198. vers. omnes illi, Farinac. in praxi criminali, p. 2. q. 73. n. 57. cum seqq.* nihilominùs tamen Episcopi non possunt cogi ad testificandum, vt per hunc *tex.* resoluunt *Speculat. in tit. de teste, §. de testium compulsione, nu. 2. vers. item Episcopus 11. q. 1. nec bonore, Campeggius de testibus regula 154. in princ. Boccac. de literis remissa, cap. 2. num. 27. Farinac. in praxi crimin. p. 2. q. 78. num. 79.* imò & clerici vti hac in re priuilegiati, non possunt etiam ad testificandum compelli, *cap. statuẽdum secunda, q. 6. Gayll lib. 1. obseruat. 100. num. 16. Clarus in §. fin. q. 74. vers. scias tamen, Farinac. d. q. 73. n. 74* nisi alitèr veritas haberi non possit, vt ex *Carau super rit. 87. num. 3. Felyn. in cap 1. num. 8. de testibus cogendis, Gayll obseru. 100. post num. 16. Farinac. d. p. 2. q. 61. num. 93. cum seqq. & d. q. 78. num. 77.*

14 Quia tunc testes etiam priuilegiati compelluntur ad testificãdum ex eodem *Farin. d. q. 78. num. 108.* vbi citat *Campeg. de testibus regul. 154. vers. fallit,* loquentem de Episcopo.

15 Aduertendũ tñest, quod *Rebuff. ad leges Galliæ in proœmio glos. 8. nu. 27.* attestatur, se non vidisse seruari hanc legem, nec *auth. si Iudex*, quæ immediatè sequitur, sed hodiè tàm Episcopos, quàm clericos veritatem dicere, & testimonium ferre, sicut laicos cogi.

Sed non tenentur, nec volentes accedere ad domum Iudicis, & Notarij ad se examinandum, vt per *Ludou. Gomes. in cap. mulieres, num. 46. de iudicijs, Carau. super ritu 142. num. 10.* quicquid dicat *Farin. in d. q. 78. n. 241.*

16 Verùm, quod mictendus sit per Iudicem Notarius ad Episcoporum domos, si eos examinari contingeret, docet *Imperator in auth. si Iudex, C. de Episcop. & cleric. per Speculat. in tit. de teste, § qualiter autem, vers. vel Episcopus, Carauit. super rit. Magnæ Curiæ 142. num. 7.* vbi de Episcopo, & Cardinale *Mastard. de probation. in præfato nu. 12. ad fin. Virgil. Boccac. in tract. de literis remissu, cap. 2. nu. 27. Farinac. in praxi crimin. p. 2. de testib. q. 77. n. 201.* vbi *num. 213.* ad Sacerdotes, & diaconos hanc eandem extendit resolutionem, ità vt ad eos examinandos Iudex ad eorum domos mittere debeat notarium.

17 Quamuis regula sit, vt Episcopus, vel etiam alius Sacerdos in testem receptus iurare debeat, & aliter non probet, vt per *Ripam in l. admonendi secundò 194. vers. ampliatur etiam si testis*

ſtis eſſet Epiſcopus, Veſtr. in pract. lib. 6. cap. 2. num. 7. Viuius opin. 931. num. 4. ad mediũ, verſ. etiàm ſi eſſet Epiſcopus.

18 Quamuis Cardinalitia ſit dignitate decoratus, ſecundum *Viuium d. nu. 4. verſ. imò ſi Cardinalis, Burſat. conſ. 192 num. 27. lib. 2. Maſcard. de probationib. lib. 1. q. 5. nu. 78. verſ. nec Cardinalis, & concluſ. 270. nu. 4.*

19 Non tamen tactis ſcripturis, ſed tãtùmmodo præpoſitis, & inſpectis ſacroſanctis Euangelijs, ſeù tacto pectore, tùm de iure, tùm de generali conſuetudine, iurant, ità reſoluunt *Campeg. de teſtibus, reg. 167. poſt verſ. teſtis ſi nõ fuerit iuratus in ſecunda, & in 8. fallẽt. Gaill lib 1. obſeru. 101. n. 2. verſ. quomodo Epiſcopus, Veſtr. d. cap. 2. num. 7.* & ibi *Crauett. num. 41. Viuius d. opin. 931. num. 14. Anton. Theſaur. Pedemõtana deciſ. 47. num. 11. & 12. Rebuff. ad l. Galliæ, in proœmio. gloſ. 5. nu. 26.* vbi ait, quod in Curijs Franciæ non tactis Euangelijs, ſed poſita manu ad pectus iurant, additquè quod ſi veritatem nõ dicant, ſunt ita periuri, ac ſi tetegiſſent Euangelia, vel aliam rem ſacram, *Farinac. d. p. 2. q. 73. num. 82.* vbi teſtatur ſe vidiſſe ſemper in Curia Romana Epiſcopos, & Clericos tacto pectore iurare.

20 Authores in materia iuramenti.

De priuilegijs iuramenti ampliſsimus tractatus *Seraſini de Seraſinis.*

Quò iuramento teſtium *Farinac.* copiosè *in tract. de teſtibus.*

Ex ſyntagmata *com. opin. in 1. tom. de rebus credit. & iur. iurando. collecti ſunt DD.*

De iur. surand.

De iur. iurand voluntario.

De iure iurand. iudiciali.

De iur. iurand. neceſſario.

De iuramento confirmatorio, Guttier. diffusè *in tract. de iuram. confirmatorio, & quis dicatur.*

Ex ſumma deciſionum *Camilli Borrelli*

De iuramento in litem tit. 52.

De iuramento purgationis, & purgatione Canonica. tit. 53.

Et quando ſit deferendũ *Fulu. Pacian. de probation. ib. 1. cap. 71.*

De iuramento ſuppletorio neceſſario. tit. 54.

De iuram. deciſorio, ſiuè iudiciali tit. 55.

Et per Rouit. in prag. de inſtrumentorum liquidatione nu. 36. & 37.

De iuramento per horreſcentiæ, quando Imperator, &c. tit. 56.

De iuramento fidelitatis tit. 57.

De iuramento præſtando in principio cuiuslibet officij per officiales, de ſilentio tenendo, & ſecreto ſeruando, Rouit. in prag. 1. de cauſis decidendis, num. 4. & 5.

De iuramento aſſecurationis tit. 58.

De iuramento Omagij Ligij tit. 59.

De iur. iurand. & iuramento in genere; tit. 60.

De iuramenti abſolutione tit. 61. & latiſſimè per *Antonium Corn. in tract. de abſolutione iuramenti promiſſor. for.*

De periurijs tit. 62.

SVMMARIVM.

1 *Probatio per euidentiam rei eſt efficax probatio.*

2 *De Iudicis ſalario, & expenſis.*

3 *Literæ Regiæ Maieſtatis prohibẽtes acceſſum omnium iudicum, recenſentur.*

ARGVMENTVM.

Quod ſalariũ debeatur Iudici, ac de expenſis, & prohibitione omnium iudicum ad acceſſum.

SECTIO LVI.

POST alias probationis ſpecies tandem de probatione per euidentiam rei dicam aliqua hic, quæ in praxi verſantur.

1 Et erit ſciendum, quod in quæſtione finiũ regundorũ, vel concernẽtium poſſeſſionem, aut dominium territorij, de

Digitized by Google

de qua per aspectum terminari potest, quãdo Iudex videt factum nimis intricatum, antequam pronuntiet, ad differentię locum accedere debet, & eũ suis oculis inspicere, habitoque consilio cum peritis, postmodum iudicare, quia in his casibus probatio per visum multum iuuat, *l. si irruptione, S. ad officium, ff. finium regund.* & ità obseruari refert *Affl. decis. 23. nu. 6.* & potest Iudex, vt de facto vidit, & scit, ferre sententiã *glos. in l. eadem 11. ff. de fer.* nulla enim melior probatio est, quam euidentia loci, quæ nulla legis virtute excludi potest, estquè oculorum inspectio, probatio, quæ derogat omni generi, vel speciei probationum, *Bal. in l. contra legatum, C. ad l. aquil.* & ideò dicitur, quod multum operatur oculorum inspectio, per *l. satis, ff. de in ius vocãdo*, fũdat, & practicam refert *Hyeron. de Monte in tract. de finib. regend. cap. 30.*

2 Et per *prag. 64. de offic. Sacr. Consil.* datur forma obseruanda per officiales in accessu per eos faciendo in partibus in rem præsentem cum certo salario, & expensis, & ibi videndus est *Reg. Rouit.*

Et per literas Captolicæ Maiestatis sub die 18. Maij 1625. fuit mandatum, quod sequitur:

Lo quinto, y vltimo se hà conocido, que con con ocasion de vista de oficios suelen andar vna, y dos salas enteras à esto con grandissimo daño delas partes, sin necessidad, pues con vn solo Consejero se pueden suplir; y para euitar estos enconuenientes, hà parecido conueniente, que de aquì adelante vaya solo vn Consejero à dicha vista de ojos con el Fiscal, si fuere necessario por el interes de mi Regio Fisco, y que el Consejero, que huuiere de salir sea vno delos Iuezes originarios dela Rota, donde passa la causa, el que vos, ò mis Virreyes, que delante fueren, nombraredes con consulta del Presidente del mi Consejo de Capuana, y en caso, que las partes quieran, que sea mayor el numero, puedan los dichos mis Virreyes dispensar con acuerdo de mi Consejo Colateral, que bayan dos, y en esta conformedad hareys, que se execute, y cumpla de aquì adelante los demas capitulos desta mi orden, dãdo la orden à quien toca, paraque se obserue, y guarde lo contenido.

En ello deuajo delas penas impuestas, declaradas, para los que lo contrario hizieren, y paraque en todo tiempo se tenga noticia desta mi orden, e por vuestros successores, y sea notoria à todos mis Ministros, dareys orden paraque se registre en los Tribunales desse Reyno, y dõde mas vieredes, que sea necessario, que yo sere muy seruido, que èn esto haya la puntualidad, que conbiene, paraque se euiten los enconbenientes, que de lo contrario han resultado, y mis Ministros viuan con la decencia, y rectitud, que es justo. De Madrid 18. de Mayo 1625. El Rey. señalada y firmada del Presidente, y Regentes del Supremo Consejo de Italia. Matienzo Secret.

Concuerda con su original, salua mejor comprobacion fecha en Nap. à 18. de Iulio 1625.

Vt hinc dignoscatur, quod contra præfatum ordinem Suę Maiestatis in causa Reuerendissimi Episcopi Puteolorum cũ Venerabili Monasterio S. Claræ sub die 21. Ianuarij 1635. fuit per S. C. decretum, qd accedat S. C. cum adiunctis, vt dictũ est *supra in sect. 29. in fine Corollarij.*

Digitized by Google

DE ORDINE IVDICIORVM.

CVRSV dilationum, vt ſuprà, finito, ſiuè teſtes fuerint examinati, ſiuè non, ipſo iure in ea publicatum intelligatur, niſi partes ipſæ, vel aliqua ipſarum infrà quatuor dies poſt dictas dilationes decurſas, continuò coram Iudice cauſas allegauerint, quarè dicta publicatio pro facta haberi non debet, & maximè ſi allegauerit Magiſtrũ Actorum, qui ad teſtes examinandos acceſſiſſet, adhùc non fuiſſe reuerſum, quo caſu Iudex pro eius arbitrio iuſta cauſa præcedente, ipſam publicationem retardare poſſit; publicatione autem facta infra dies octo proceſſus copia partibus detur, vt amodò infra octo dies immediatè ſequentes Aduocatus, & Procurator proceſſum videre poſſint, & debeãt, quibus vltimis octo diebus elapſis, ſi aliquà partium die ſequenti repulſam petierit, ipſo iure conceſſa intelligatur, & pro dilatione habeat medietatem primę dilationis, qua dilatione decurſa, ſi facte fuerint probationes, intelligatur in cauſa repulſæ publicatum, & pro termino recipiendi copiam probatorum, & percunctandi probata per Aduocatum, & Procuratorem intelligatur ſtatutus terminus octo dierum, poſt quorum decurſum, ſi ſequenti die fuerit petita repulſa repulſę, intelligatur ipſo iure conceſſa cum dilatione medietatis termini dati ad probandum in repulſa, quibus terminis elapſis, ſi in dicto termino aliquæ probationes factæ fuerint, incontinenti intelligatur publicatum, poſtquam publicationem partes producere debeant omnia inſtrumenta, cautelas, ſiuè ſcripturas infra quatuor dies vtiles, contra quas ſi aliquid probandum contigerit, illud fieri debeat infrà terminum arbitrio Iudicis ſtatuendum, & ordinandum; ſi autèm poſt publicationem prædictam in terminis præfatis non fuerit petita repulſa, vel repulſa repulſæ, terminus ad producendum ſcripturas curret à die publicationis, quibus terminis finitis cauſa pro concluſa habeatur.

In cauſis autèm pupillorum, minorum, Eccleſiarum, viduarum, & aliarum miſerabilium perſonarum, vltrà terminos prædictos ſalua ſint beneficia de iure, vel ſecundùm formam Conſtitutionum, & Capitulorum eis cõceſſa.

SVMMARIVM.

1 *Publicatio ſit per interlocutoriam Iudicis.*
2 *Publicatio non eſt de ſubſtantia, ità quod non annullatur ſententia lata abſquè publicatione.*
3 *Publicatio non fit, quando in aliqua cauſa ſummatim examinatur.*
4 *Ea, quando fieri ſolet, poteſt fieri ad inſtantiam vnius partis, quæ præſentat examen, ſi examè alterius partis non venerit.*
5 *Publicatio per Magnam Curiam ſolet fieri cum reſeruatione.*
6 *Publicato proceſſu ſi pars petit repulsã infrà quod tempus concedi debeat.*
7 *Teſtes examinari poſſunt in cauſa principali ſuper repulſa, ſi renuncietur futuræ repulſę.*

Ter-

Digitized by Google

8 *Terminus super repulsa est communis & datur arbitrio Iudicis, & in eodē termino possunt testes approbari.*

9 *Testes durante termino super repulsa examinandi sunt, quo elapso non recipiuntur.*

10 *Et quomodo, & quando per viam restitutionis in integrum.*

11 *Et an commictatur audientia testium, quoad impeditos.*

12 *Repulsa an detur, quando ante publicationem non fuerit protestatum.*

13 *An detur in causis summarijs, quando petitur cum suspitione calumniæ.*

14 *Reprobatio testium an admittatur in iudicio possessorij, & in quibus plena, vel semiplena probatio requiratur.*

15 *Repulsa, seù impugnatio scripturarum, an detur in iudicio summario manutentionis possessionis.*

16 *Repulsa an Fisco concedenda sit.*

17 *Testibus examinatis pro vna parte, an possint repulsari, examinati ad instantiam partis aduersæ.*

18 *Repulsari an possint testes citati pro me, & an ad hoc requiratur protestatio.*

19 *Repulsa repulsæ an concedatur elapso termino.*

20 *Terminus præsentandi scripturas est ante litem contestatam.*

21 *Quando præsentantur ante litis contestationem, & in termino sunt reproducendę, an & quomodo possint in partem, acceptari vel negari.*

25 *Præsentari an possint post conclusum in causa, virtute clausulæ conclusionis cū reseruatione producendi scripturas.*

23 *Scripturarum in præstatione requiratur partis citatio.*

24 *Aduersus scripturas præsentatas in termino, an sit dandus terminus facta publicatione, ad eas repulsandum, & an possit eas quis redarguere de falso, & de practica redarguendi de falso, remissiuè.*

ARGVMENTVM.

Publicatio examnis quando, & quomodo fiat, & an omissa vitiet processum, explicata materia repulsæ, & repulsæ repulsæ, ac casibus, & personis, quibus aut concedatur, aut denegetur; & quando possint præsentari scripturæ, vel secùs, data repulsa.

SECTIO LVII.

ELapso termino, & factis probationibus, vel secus, fit publicatio per interlocutoriā Iudicis, & non secundum formam *huius pragmaticę*, quæ hodie non seruatur, nàm elapso termino, petitur publicatio, & intimatur parti aduersę, si pars nihil replicat, vel
1 in contumaciam, fit publicatio cum termino tot dierum ad accipiendū copiam processus, si partes voluerint, si verò pars aliquid replicat, Iudex, si sibi iustum videbitur, supersedeat in publicatione, & super petitis prouideat vt iuris, si non militat, prouidet procedendum esse ad vlteriora, hanc practicam refert *Carauit. in rit. 72.*

2 Hæc verò publicatio non est de substantia, ità quod sit nulla senten-

Digitized by Google

tia lata I.& A. abſq; publicatione, vt eſt *tex.* ſingularis *in c. cum de re iudic. Bar. in l. prolatã*, C. *de ſentent. & interloc. & c. 1. q. & in extrauagãti ad reprim. in verb. figura*, etſi peteret pars, omiſſio ipſius ſaperet iniuſtitiam, & poterit appellari, *Maran. in 4. p. n. 22 rauit. rit. 72.* referens eſſe communem opinionem.

Quod verũ eſt in ordinarijs cauſis, & magis in ſummarijs, ſicut hodie ſunt in Regno per *cap. Regni*, qđ operatur *d. cap.* quamuis alitèr eſſe de iure communi, *Marant. praallegato loco.*

3 Hoc tamen limita, quando eſſent in aliqua cauſa ſummatim examinati teſtes, nam in hoc caſu non eſt facienda publicatio, *Carau. d. rit. 72.*

4 Publicatio autem fieri poteſt ad inſtantiam vnius partis, quæ præſentauit examen, quamuis examen alterius partis non venerit, iuxta *rit. M. Cur. 190.* incipient. *item ſeruat ipſa*

5 *M. Curia*, & fit publicatio cum reſeruatione, quod quandocumque eius atteſtationes venerint, recipiãtur etiam in calculo ferendæ ſentẽtiæ ipſius, habeatur ea ratio, quæ de iure habenda erit, *Carauit. in rit. 86.*

6 Publicatoq; proceſſu pars petit repulſam, & non obſeruatur terminus iſtius *prag.* (ad cuius explicationem videndus eſt *Menoch. in tract. de arbit. lib. 2. cent. 3. caſ. 239.* ad explicatiõnẽ *conſtit. Pedemont. ſimil. noſtræ prag.*) videlicet 8. dierum, nàm poſt hos, & multos dies petitur, & conceditur, & ità ſeruatur.

Et multotiès cauſa finiendarum litium infra terminum datum ad probandum in cauſa principali exa-

7 minantur teſtes ſuper repulſa, verũ qui hoc agunt, renunciant futuræ repulſæ, & in vnico termino faciunt vtrumque, & hoc quotidiè practicatur in ciuilibus, & criminalibus, aliàs ſi talis renunciatio non fieret, non admitteretur examen, tanquam impertinens, *Carauit. rit. 74. & 282. & Afflict. in conſtit. lite legitimè contẽ-*

8 *ſtata*, qui terminus ſuper repulſa eſt communis, *l. petente*, C. *de temp. in integr. reſtit.* & in eodem termino poſſunt teſtes approbari, & datur arbitrio Iudicis ſecundum diſtantiam locorum, & nõ obſeruatur *hæc prag.* in eo, quod dicit, quod eſt medietas primi termini, *Caranit. rit. 74.*

9 Eſt tamen ſemper verum, quod in hoc termino nõ alitèr recipiũtur, quia repulſa eſt odioſa, *Caranit. praalleg. rit.*

10 Nec quis eo elapſo admittitur ẽt per viam reſtitutionis in integrum, iuxta diſtinctionem traditam per *Andr. in conſt. obſcuritatem*, qui diſtinguit, aut tractatur de lucro captando ex delicto alterius, & in hoc caſu non reſtituitur priuilegiatus, *ff. de minoribus*, *l. auxilium*, *de ſepul. viol.* aut ex re familiari, & hoc caſu reſtituitur, & hãc opinionem ſequuti ſunt multi Scribentes, & S. C. prout refert *D. de Franch. dec. 421.* & *Capyc.* monet q̃ſtionẽ. *in deciſ. 62. in 2. p.* quam non decidit, & idem *Oddus in tract. de reſtit. in integr. q. 65. art. 13.* ponit in principio regulam, quod nõ reſtituatur minor aduerſus omiſſas exceptiones contra teſtes; deindè limitat primò non procedere, quando minor non hac intentione faceret, vt vindictam, vel iniuriam cõtra teſtes proſequeretur, ſed vt indemnitati eius conſuleret, puta, quia ex depoſitione teſtium, & reprobatione illorum penderet victoria cauſæ.

Et confirmantur prædicta per verba iſtius *prag. in fin.* dum dicit: *In cauſis autem pupillorum, minorum, Eccleſiarum, viduarum, & aliarum miſerabilium perſonarum, vltra terminos prædictos ſalua ſint beneficia de iure, vel ſecũdum formam conſtitutionũ, & capitulorum ei. conceſſa*, ex quibus colligitur, in causa repulſæ beneficia competere, ex quo de termino re-

pulſæ

pulsæ suprà loquutus fuit.

11 Nec in causa repulsę committitur audientia testium, etiam quo ad impeditos, vt in *rit. Mag. Cur.* 146. & ibi *Carauit.* & ità seruatur in M. C. *Afflict. in const. in pecuniarijs, num.* 70. *& ibi glos. in verb. quo quidem casu*, nisi pro duobus testibus, prout obseruari vidisse refert *Vrsill. ad decis. Afflict.* 351.

Sunt tamen multi casus, in quibus non admittuntur testes super repulsa.

12 Primus casus est, quando ante publicationem nõ fuerit protestatum, adducta per *Affl. decis.* 351. *num.* 8. cũ declarationevt, ibi per eum, quod limitat *Gramm. ibi in addit.* in tribus casibus, de quibus per *eum.*

13 Nõ datur secũdò repulsa in causis sũmarijs, quando Iudici videtur, q calumniæ causa petatur, vt decisum refert per S. C. *Afflict. decis.* 351. secùs verò quãdo Iudex videret verè pro tuitione causæ peti, & calumniam cessare, vt idem aliàs in causa Comitissæ..... cum Ducissa Amalfiæ est decisum, in qua fuit datus terminus ad repulsam, & hanc opinionem obseruari vidisse refert *Vrsill. in addit. ad d. decis.*

14 Et non esse concedendam repulsam in causa possessorij, est decisio S. C. apud *Capyc. decis.* 55. de qua meminit, & eam sequitur in iudicio summariæ cognitionis, maximè vbi agitur de præiudicio, quod possit per sententiam diffinitiuam tolli, nàm tunc non admittitur reprobatio testium, nec est admittendus quis ad probandum defectus contra testes ab eodem obiectos, vt fundat *Couar. pract. quæst. cap.* 17. *vers. septimo est in eadem quæst. Menoch. de arbitr. lib.* 1. *q.* 32. sequendo decis. S. C. *num.* 6. subdens *num.* 8. in iudicio possessorio admitti reprobationem testium, & in omnibus casibus, in quibus plena, vel semiplena probatio requiritur, fundat, remittendum esse arbitrio Iudicis, consideratis supra positis, declarando dictam Doctorum negantium repulsam concedendam in iudicio summario.

15 Et quando non datur repulsa, nec datur impugnatio scripturarum in iudicio summario manutentionis possessionis, *Menoch. de retinend. possess. remed. vlt. n.* 41. *Ann. alleg.* 84. *in fin.* & *ibi addens* adducit *Virgin. Boccat. in tract. de interd. vti possidetis, cap.* 14. *num.* 43.

16 Limita tertiò in Fisco, qui non habet repulsam, sed loco repulsæ habet interrogatoria, *Carauit. rit.* 258.

17 Limita quartò in testibus examinatis per me, nam illos non potero repulsare, si fuerunt examinati ad instantiam partis aduersæ, *glos. in cap. constitutus, in fin. de testibus*, benè verùm potero repulsare quòad dicta testium, secundum *Salycet. per tex. ibi in l. si quis testibus*, 2. *col.* C. *eod. tit.* *Capyc. dec.* 62. *num.* 5. nàm repulsa datur ad personas, & dicta, vt notat *Afflict. decis.* 351. *in princ.*

18 Limita quintò, etiam si testes essẽt citati pro me, nam non potero repulsare, si fuerint examinati pro altera parte, *Alex. cons.* 191. *nu.* 3. *vol.* 7. testem enim, quem quis semel approbauit, ampliùs repulsare non potest, *l. si quis testib.* C. *de testib. Rom. cons.* 204. *num.* 7. *Menoch. cons.* 31. *num.* 14. *& in cons.* 60. *num.* 17. quod procedit etiam, si in ipsorum productione declarauerit vti nolle, vt per *Salycet. in d. l. si quis, num.* 6. & per *Aym. cons.* 188. *num.* 5.

19 Elapso verò termino repulsæ, si pars petit repulsam repulsæ, conceditur, & terminus istius *pragm.* non seruatur, & publicatio fit semper mediantibus interloquutionibus Iudicum, seù decretis, & non alitèr, & procuratores semper per eorum cõparitiones protestantur, quod terminus non currat circa repulsam, & habita copia repulsæ, proreſtantur de repulsa repulsę, adeò quod omnes ter-

Digitized by Google

termini sunt longiores, quàm ab hac *prag.* statuuntur, & ità seruari refert *Carauit. in rit.* 74.

Cætera de repulsa, & repulsa repulsæ si quis satagat, copiosè habemus in *tract. Iulij Cæsaris Vmbriani, de repulsa, & repulsa repulsæ.*

Et quia post repulsam solent præsentari scripturæ, & indè oriuntur iurgia, congruũ dixi hoc loco aliqua tangere ad prædicta pertinentia.

Et primò erit aduertendum, quod
20 terminus præsentandi scripturas *istius prag.* non seruatur; possunt enim præsentari ante litem contestatam, & post, in qua præsentatione, quia contẽta in scripturis partim possunt acceptari, & partim negari, ideò in productione ipsarũ poterit vti cautela, tradita per *Bar. in l. Publia, §. Titius Sempronio, in fin. ff. de posit.* dicendo, *in quantum pro me facit.*

21 Quando tñ præsentãtur ante litis contestationem sunt in termino reproducendæ, aliàs non probant, *Carauit. rit.* 242. *in fin.*

22 Possunt quoquè præsentari post conclusum in causa virtute clausulæ conclusionis, cum reseruatione producendi scripturas, ad quarum corroborationem possũt examinari testes, etiam post conclusum in causa, *Rot. decis.* 6. secundum quam *Rotæ* decisionem, fuit decisum per Sac. C. *Affl. decis.* 771. dummodò sit scriptura publica, nàm si scriptura sit priuata, quæ de per se fidem non faceret, non posset examinari post conclusum, sic decisum refert *Afflict. decis.* 272. & *Carauit. rit.* 238. vbi refert aliam practicam de stylo S. C. quando scripturæ essent sine testibus, dicens, quod S. C. solitũ, est admittere eas, & dare breuem terminum ad ipsas comprobandum, non tamen rescissa cõclusione, sed quod ponatur extra processum pro veritate inquirenda, & habeatur ea ratio, quæ de iure habenda erit.

23 At in scripturarum præsentatione partis citatio requiritur, exceptio, quando præsentantur in termino, vel in vltima die termini, aut ad instructionem Iudicis has tres limitationes refert *Carau. in rit.* 241.

24 Quod si fuerint scripturæ præsentatę in termino, aduersus scripturas præsentatas in termino, non est dandus terminus facta publicatione ad eas repulsandum, sed potest quis illas redarguere de falso, vt in *Rit.* 281. iuxtà *practicam*, de qua dicam *infrà in prag. testem falsum.*

DE ORDINE IVDICIORVM.

COntingit sæpè post processus publicationem sub nomine repulsæ articulos, siuè positiones impertinentes poni idem, vel de directo contrarium cum primis capitulis continentes, vndè nascitur subornationis, & falsitatis materia, vndè opportunè prouidere volentes inhibendo, mandamus, vt nullus in causa appellationis, vel in repulsis ponere habeat articulum, vel positionem impertinentem, cùm antè publicationem in principali causa posita forent, nisi in casibus, in quibus beneficia, vt suprà, cõcessa forent, & pars, quæ cõtrafecerit, pro quolibet articulo impertinente posito in eadem sententia in quinque tarenis cõdemnetur, procurator, verò duplicatam pœnam soluere teneatur.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 Facta publicatione an possint partes sub nomine repulsæ articulos, seù positiones impertinentes ponere.
2 Et quid quando articuli continentur sub necessitate facti, vel sub antiquis de necessitate iuris, & facti.
3 Mutuum an possit probari absque termino.
4 Mulier, minor, & Ecclesia an possint ponere idem, & de directo contraria.
5 Et quid in priuato aduersario.
6 Vel cùm minor petit beneficium limitatè, vel ad producendum de nouo.
7 Beneficia an competant in iudicio sũmario manutentionis in possessione, vel in iudicio reassumptionis instrumenti.
8 Peremptа instantia, si alia inchoatur, an in alia possint poni idem, & de directo contraria articulis partis aduersæ.
9 Præsertim in probatione facienda per euidentiam rei.
10 Quid quando testes sunt examinati super articulis in termino, qui non plenè probant.
11 Et quando pars probauit articulum suum per duos testes, & altera pars contrarium.
12 Vel quando vult probare ad concomitantiam alicuius instrumenti, etiam post publicationem causæ.
13 Testes examinati super articulo partis aduersæ, si sunt falsi vtrùm liceat ponere articulum de directo contrarium.
14 An tunc requiratur probatio, quod falsum deposuerunt, & corrupti fuerint.
15 Testes contrarios quando quis vult reprobare, & confirmare suos, an possit in repulsa repulsæ ponere idem, & de directo contraria.
16 Reus si non fuisset admissus ad probãdum, an post didicita testificata possit probare de directo contraria.
17 Testis interrogatio in prima depositione si fuit omissa, vtrùm post didicita testificata possit examinari.
18 Pars si non poterit cogitare in primo termino de positis à parte contraria, an possit ponere contraria.
19 Testes cùm nullitèr fuerunt recepti vtrùm post publicationem possit fieri repetitio.
20 Articulo non benè specificato, an possit quis ponere illud idem, vel contrarium.
21 Articuli admittendi an sint, quando declarant primos, & specificant secundos.
22 Testes an possint examinari publicatione non obstante, si publicatio facta esset nulla.
23 Pars quando produxit articulos contra formam Regiæ pragmaticæ, & super eis testes examinasset, & altera pars post notitiam processisset ad vlteriora, vtrùm videatur renunciasse exceptioni pragmaticæ.
24 Articuli an sint admittendi, & quando in eis additur locus, tempus, vel aliud.
25 In articulis quando fiat variatio in tempore, vt possit poni illud idem, & contrarium.
26 Tertius ignorans litem, si comparet vtrum possit ponere illud idem, & de directo contraria.
27 Testes quando superuenerunt ad notitiam post publicationem, an possint examinari.
28 Conclusio in causa quando fiat concessa repulsa.
29 Præsentatio scripturarum, & receptio testium pro earum comprobatione; quando admitti debeat.
30 Audientia testium quando esset commissa extra locũ iudicij, & attestationes vnius partis nõ præsentantur in termino, vtrùm postea recipiantur.
31 Iuramentum suppletorium an possit deferri in probatione facienda per declarationem iuramenti suppletorij.
32 Causæ cùm sunt summariæ vtrum deferendum sit iuramentum suppletorium.

In

33 *In probatione facienda per interrogationem partis, vtrùm poſſit Iudex in cauſis ſummarijs ex officio examinare:*

34 *Et quid in probatione facienda per euidentiam loci.*

ARGVMENTVM.

De articulis impertinentibus,& quando, ac quibus competant beneficia, liceatquè publicato proceſſu producere teſtes, ac ponere idē, & de directo contraria poſitis ab aduerſario,explicata materia concluſionis in cauſa, quomodo fiat, an ſit de ſubſtātia, & poſt illam poſſit aliquid produci.

SECTIO LVIII.

1 VErùm quia facta publicatione ſolent partes ſub nomine repulſę articulos, ſeù poſitiones impertinentes ponere,continentes idem,vel de directo contraria cum primis capitulis, qui non ſunt alitèr admittendi, nec in cauſa appellationis, *Clem.2. de teſtibus,& cap.fraternitatis,eodem tit.* viſum eſt hic aliqua de hoc ſub-
2 nectere,& his poſitis pro regula. Prædicta limita primò, quando articuli cōtinētur ſub neceſſitate facti, nā tūc nō dicuntur impertinētes; ſecùs ſi articuli continerentur ſub antiquis de neceſſitate iuris,& facti,nàm tunc ſunt veteres,& non noui,& hāc regulā tradūt ſcribētes inter cętera ad noſcēdum,q ſint articuli noui,qui veteres,& qui cōtrarij,adducūt exēplum; continet ſex articulos, quod mutuaui tibi centum, de neceſſitate facti ineſt tempus, cùm mutuum factum præſupponat tempus, quo fuit factum,non tamen illud ineſt de ne-
3 ceſſitate probationis, cùm mutuum poſſit probari abſque tempore, & propterea in cauſa appellationis poteſt fieri articulus de tempore, & erit articulus nouus, prout concludunt *Io: Andr. Anton.de Butrio. Socc.* latiſsimè *in d.cap.fraternitatis,nu.66.* & per *Bart.& alios omnes in l. per hanc C.de temp. appell.* nàm admittitur articulus continens illud idem, vel de directo contrarium per modū probationis nouæ qualitatis adductæ in prima probatione, vt inquit *Decius conſ.517.*

Hęc verò limitantur in multis caſibus,quos ponit *Afflict. deciſ.216.* & remiſsiuè per *Theſ. deciſ.28.* & per *Ann.patrem, & filium in addit. in ſingul.423.*

4 Et primò,in muliere,minore, & Eccleſia; poſſunt enim ponere idem & de directo contraria alterius partis,quam practicam fuiſſe ſumptam; refert ex theorica *Innoc.in cap. auditis,de reſtit.in integr.* quam ſequuntur *Ant.de Butr.Abbas,& Io: de Imola,* firmat *Bald. & Salicet. in auth.qui ſemel, de teſtament.*

5 Quam limitationem, amplia etiā in priuato aduerſario, ità vt ipſemet poſſit ponere idem, & de directo contraria,quod non procedit, quando minor peteret beneficium limitatè,vel ad producendum de nouo.

Tunc namquè priuatus non poterit addere probatis per eum,vel ponere idem,aut de directo contraria, par-

Digitized by Google

particularis est decisio *Bald. in l. per hanc, col. penult. vers. pone minor*, C. de temp. in integr. restit. de quo meminit *Afflict. decis. 89. Capyc. decis. 170. & Franch. decis. 269. in fin.*

6 Aduerto tamen, quod beneficia hęc non competunt in iudicio summario manutentionis in possessionē, *Ann. alleg. 84. in fin.* & an in iudicio reassumptionis instrumenti, & quando agitur remedio capitulorum Regni *idem loco cit.*

7 Secundò, quando perempta est instantia, & alia inchoatur, nàm in alia instantia potest poni idem & de directo contrarium articulis partis aduersę, ità voluit *Ang. in l. si quis in seruitute, ff. de furt. & Abb. in d. cap. fraternitatis, in 4. fallent.*

8 Tertiò, quando probatio esset facienda per euidentiam rei, per id, quod dicit *Bald. in l. si quis testibus, in fin.* C. *de testibus*, cum alijs allegatis per *Afflict.* de qua dicemus *infrà.*

9 Quartò, quando testes sunt examinati super articulis in termino probatorio, & non plenè probant, nam altera pars in causa appellationis potest facere articulos de directo contrarios, illis articulis partis aduersæ, & adducere testes super eis, secundum *Ant. de But. in c. at si clerici de iudic.*

10 Quinto, quando pars probauit articulum suum per duos testes, & altera pars probauit contrarium, nam ego qui probaui per duos testes facta publicatione in termino repulsæ, vel in causa appellationis, potero facere articulum illum eundem, & adducere alios testes ad probandum illud idem, *Innoc. in c. cùm clamor, de testibus, Abb. in d. c. fraternitatis, in 7. col. Bald. in l. 1. in fine, ff. de leg. 2.*

11 Sextò, cùm quis vult probare ad concomitantiam alicuius instrumēti; nam potest probare, etiam post publicationem causæ, *Anton. de But. in cap. series, de testibus*, & *ibidem* per *Abbat.* pro qua limitatione vide, quę dixi supra in *proxima precedenti pragmatica.*

12 Septimò, si articuletur, quod testes examinati super articulo partis aduersæ sint falsi, qui deposuerunt corrupti, vel subornati; nam tunc licet ponere articulum de directo contrarium articulo partis aduersæ, *DD. in cap. licèt, de probat. & Abb. in d. cap. series, in 3. col. in fine.*

Et has limitationes refert practicari in Sacr. Consil. *Afflict. in d. decis. 216.* verùm ad hanc vltimam limitationem requiruntur duo scilicet

13 quod falsum deposuerint & corrupti, *Vrsill. in d. decis. Afflict. 216.*

14 Octauò limita, quando quis vult reprobare testes reprobatorios partis aduersę, & confirmare suos, nàm potest in repulsa repulsæ ponere idem, & de directo contrarii, *Capyc. dec. 62. in princip.* qui sic decisum fuisse refert in S.C. & multa iura allegat.

15 Nonò, quando reus non fuisset admissus ad probandum, nam tunc etiam post didicita testificata potest probare de directo contraria, *Bald. in cap. 1. §. item vasallus, de controuers. inuestit. alleg. l. officium, ff. de rei vend. Affl. dec. 266. in fine.*

16 Decimò limita, quando in prima depositione fuit omissum interrogare testem per errorem, vel per negligentiam, & malitiam, nam tūc post didicita testificata potest examinare, *Guid. Pap. decis. 124. & Vinc. de Franch. decis. 371.*

17 Vndecimò, quando pars non potuit cogitare in primo termino de eo, quod pars in ipso termino articulauit, & pars posuit articulos impertinentes; Nam tunc potest pars aduersa ponere contraria per authoritates adductas per *Vrsill. ad decis. Afflict. & 216. in princ.*

Quod declara, vt per *Afflict. decis. 33. in princ.* nàm in S. C. non datur

Ec copia

Digitized by Google

copia articulorum.

18 Duodecimò, quando teſtes nullitèr fuerunt recepti, nàm poſt publicationem poteſt fieri repetitio, *clem. teſtium, de teſtibus, Afflict. in conſtit. iuriſperitorum, num. 4. & 6. Vinc. de Frãch. deciſ. 668. Theſaur. in d. deciſ. 78.* vbi etiam an alij teſtes vltrà iam examinatos produci poſſint.

19 Decimotertiò, quando articulus non fuit benè ſpecificatus, nàm poteſt poni illud idem, vel contrarium, *gloſ. in cap. iurabit, extra de probat.* per *Innoc. in cap. ex tenore, extr. de teſtibus*, comprobat, & ſequitur *Marian. Socc. in d. cap. fraternitatis, num.* 168. vbi quamplures DD. ad hanc ſentẽtiam adducunt.

20 Et tunc articuli ſunt admittendi quando declarant primos, & ſpecificant poſita in genere: *Dec. conſ.* 517. vel quando de probatione contraria pars non potuit inſtrui ante publicationem, vt in *cap. ex tenore, de teſtibus.*

Has tres limitationes nouiſſimas refert *Afflict. in deciſ.* 335. *vſque ad num.* 6.

Faciunt quæ dicta ſunt *ſuprà ad prag. poſt prædictas reſponſiones*, in eò, quod poſt publicationem recipiuntur probationes.

21 Decimòquartò, quando publicatio eſſet nullitèr facta, veluti ſi eſſet facta parte non citata, vel die feriata, nàm tunc non obſtante publicatione, poſſunt teſtes examinari, niſi pars didiciſſet teſtificata, *Carauit. in rit.* 72. *in fin.*

22 Decimòquintò, quando pars produxiſſet articulos contra formam *huius prag.* & ſuper eis teſtes examinaſſet, & altera pars poſtquam de eis notitiam habuiſſet, proceſſit ad vlteriora, nàm videtur tacitè renunciaſſe dictæ exptioni impertinentiũ *Bar. in l. ſi duo patroni, §. idem Iulianus, ff. de iurè iurand.*

23 Decimòſextò limita, quando in articulis additur locus, tempus, vel aliud, licèt fuerit illud idem, vel de directo cõtrarium, nouã admittendi ſunt, *Abbas in cap. ex tenore, extr. de teſt.* quem ſequitur *Afflict. in d. conſt. Iurisperitorum, num.* 5. *& num.* 17. *& in d. deciſ.* 33. *num.* 3.

24 Decimòſeptimò limita, quando in articulis eſt poſitum, & variatum ex tempore, nàm tunc illud idem, & contrarium poni poteſt, ità concludit *Abb. in d. cap. fraternitatis, col.* 6. *verſ. & multum moueor, & ibid. Socc.* vbi firmat, quodcum aliquod tale variatur ex tempore non procedit regula *d. cap. fraternitatis*, & ibidem *idem Socc. num.* 81. concludit *d. c. fraternitatis*, non procedere in probatione alicuius incidentis, ſeù emergentis poſt publicationem, vel poſt primam inſtantiam, adducit *ibi* exẽplum.

Petebam decimas, produxi teſtes, poſt publicationem, vel poſt primã inſtantiam producis priuilegium, contra quod replico, quod ſit præſcriptum, ſi in ſecunda inſtantia videtur facere articulum ſuper præſcriptione, talis articulus eſſet admittendus, ac teſtes paritèr recipiũtur, cùm hic articulus, quò ad primũ iudicium, nõ includatur ſimplicitèr, ſed incidentèr, & emergentèr ad ſubleuandum, & coadiuuandum tantùm intentionem principalem, & adducit rationem; quæ enim de nouo emergunt, nouo indigent auxilio.

25 Decimòoctauò limita, quando tertius ignorans litem compareret pro ſuo intereſſe, nàm tunc poteſt ponere idem, & de directo contraria; ſecùs verò, quando ſciuiſſet litem motam, *Afflict. deciſ.* 235.

26 Decimònonò limita, quando teſtes ſuperuenerunt ad notitiam poſt publicationem, nàm poteſt eos examinare, nam quemadmodum inſtrumenta nouitèr reperta recipiuntur, licèt tẽdant ad idẽ, vel contrariũ, ità debẽt recipi & teſtes, *l. in exercẽdis*,

C. de

Digitized by Google

C. *de fide instrum.* prout in his terminis latè firmat, & concludit *Sebast. Sapia in addit. ad Abbat. in d. cap. fraternitatis, ver. frater, num.* 7. vbi asserit hanc opinionem firmasse *Ang. & Ias. in d. l. admonendi, ff. de iur. iurand.* ac *Paul. de Castr. in l. oratione, ff. de fer.* ac latissimè *Marsil. in leg.* 1. *§. si quis vltrò, colum.* 5. *vers. item, de quæstion.* vbi per multa disputando articulum, sic ipse concludit plures DD. referendo, *& in sing.* 298. & DD. omnes *in cap. præsentiũ, de testib. in cap. vt circa, §. aliquando, de elect. in 6. & cap. nulli, circa fin. eod. tit.* & si quid de nouo superuenisset, statur suo iuramento, *cap. præsentium, extr. de testib. & cap. pastoralis, de exception.* nam hoc difficile est probare, at hoc non procedit hodie per *Regiam prag. quandocumque solent.*

Verũ facta conclusione cessant p̃dicta p̃ disposita per *prag. solent autẽ,*

27 *post conclusionem*, elapsisquè prædictis terminis procedi ad conclusionem in causa, quæ similitèr fit per interloquutoriam Iudicis, & terminus istius *pragm.* non seruatur *Caranit. in rit.* 75.

At conclusio non est de substantia, *Capyc. decis.* 1. *& Marant. in* 4. *par.* 9. *distinct. de iudicijs, num.* 23. sed quamuis non sit de substantia, tamen hodie ex communi stylo Curiarum fit, benè verùm est, quod si omitteretur, non esset nullus processus, *Caranit. in d. rit.* 75.

28 Factaquè conclusione partibus os clauditur, ita quod nihil amplius p̃bari possit, *cap. cum Ioannes, de fide instrum. & cap. auditis, de procur. at prag. incip. post conclusionem*, expressè prohibet nè dum ad examinandum de nouo, verùm etiam ad repetendum alias examinatos, *Capyc. decis.* 35. *in fin.* nec cum clausula, *quod ponatur extra processum.*

Hoc tamen intellige, & declara iuxta dicta per *Bellacomb. in syntagm. commun. opin. lib.* 3. *tit.* 1. *de Iudic. tom.* 1. *num.* 136. *Caranit. in rit.* 239.

29 Quod limita primò in præsentatione scripturarum, & receptione testium pro earum comprobatione cum distinctione, de qua *suprà in proxima præcedenti* diximus, virtute reseruationis factæ in conclusione de producendis scripturis, *Affl. decis.* 271. & practicã tradit *Carau. in rit.* 238. *num.* 3.

30 Limita secũdò, quando audientia testiũ esset cõmissa, extra locũ iudicij & attestationes vnius partis, antequã fieret cõclusionõ p̃sẽtantur, & ad instantiã alterius facta est conclusio, q̃ fieri potest, nàm cũ veniunt attestationes, ẽt post cõclusionem recipiũtur, verùm cum illa clausula, *quod de eis habeatur ea ratio, &c. Carau. in rit.* 88 vbi de hac practica testatur.

31 Limita tertiò, in probatione faciẽda per delationẽ iuramẽti suppletorij, quod intellige secundum *Ias. in d. l. admonendi*, si fuerit petitum ante conclusionem, nàm si post, non est deferendum, iuxta communem opinionem, de qua diximus *suprà in prag. responsionibus vicissim, in fin.* sed *Foller. in addit. ad Marant. in par.* 6. *in*

9. *actu, num.* 12. dicit, quod hodie in

32 Regno, ex quo causæ sũt summariæ, test deferri iuramentum suppletorium, etiam post conclusum in causa, vsque ad calculum ferendæ sententiæ, *Lanfranch. in l. admonendi, ff. de iur. iurand. in* 19. *col.* etiam ad petitionem partis, alias cumulat authoritates idem *Marant. in* 4. *par. in* 9. *princip. distinct. Iudic. nu.* 29. & obseruatũ fuit per Coll. Consil. sub die 5. Septem. 1644. in causa inter Porterios Vscerio, de qua probatione per iuramentum dictum est *suprà sect.* 55.

33 Quartò, in probatione faciendæ per interrogationem partis, nam potest Iudex post cõclusionẽ in causis sũmarijs, interrogare partes, nõ solũ

ficio, verùm etiam ad partis inſtantiam, per *gloſ. in clem. ſæpè in verbo interrogabit.* ità tenent multi DD. quos cõgerit *Marant. in d. par. 4. in 9. princip. diſtinct. Iudic. num. 29.* de qua dictum eſt *ſuprà.*

34. Quintò, in probatione faciendâ per euidentiam loci, & in his caſibus poſſunt fieri probationes poſt concluſum in cauſa, de qua aliqua dicta ſunt ſupra *in pragmat. Reſponſionibus viciſſim, in fine.*

DE PROCESSIBVS ORDINANDIS per Magiſtros Actorum, & Iudici præſentandis.

CConcluſione facta teneatur Magiſter Actorum proceſſum in cauſa, factũ Iudici de cauſa cognoſcenti preſentare infra octo dies à die concluſionis, ordinatum in quinterno ſignato per numerum chartarum, in quo dictus proceſſus à reſcripti præſentatione, vel à citatione vſque ad concluſionem incluſiuè appareat deſcriptus; ità quod vnus actus ad alterum ſine præpoſteratione ſequatur, cum apparitione milleſimi indictionis, menſis, diei, & loci, cum deſcriptione perſonarum, ſcripturas præſentantium, regiſtratione fideli dictarum ſcripturarum productarum, cum extractione in margine ſummarij cuiuslibet actus; alium verò proceſſum originalem, cum ſcripturis, & actibus productis, & factis per partes, vndè ſit extractus proceſſus, vt ſupra, Iudici præſẽtandus dicti Magiſtri Actorum, perpetuò pœnes ſe retinere debeant, nec illum partibus, vel Iudici dare debeant, & hoc ad pœnam falſi, ſed illum pœnes ſe retineant, tanquam matricem Notarij mandantes proceſſum, vt ſupra Iudici preſentandum ſcribi deberi per ipſos Magiſtros Actorum, ſi boni, & aperti fuerint ſcriptores, aliàs per eorum ſubſtitutũ, bonis, & apertis literis ſcribentem, & fidelem copiam ex originali in publica forma reaſſumentem ſine vlla caſſatione, vel interlineatura, quæ ſi quandoquè fieri contingerit Magiſter Actorum in publicatione de eã mentionem facere debeat, quem proceſſum ſic reaſſumptum fidelitèr, & auſcultatum cũ originali concordet. Item Magiſter Actorum ſua manu ſubſcribere debeat, cum appoſitione ſigni conſueti, atteſtando manu ſua ſcriptum, & cum originali concordant repertum, nec poſſit ipſe Magiſter Actorum, vel ſubſtitutus pro dicto proceſſu Iudici præſentando mercedem aliquam recipere, Iudex verò cauſæ proceſſum ſibi præſentatum referre, & expedire debeat, iuxtà pragmaticam ſuper expeditione cauſarum ordinatam, eoquè per vltimam ſententiam finito ipſum transmittat perpetuò conſeruandum in Archiuio Ciuitatis, vbi iura publica ſeruari conſueuerunt, ad pœnã priuationis officij Magiſtro Actorum, qui in prædictis, vel aliquo ex eis contrafecerit, prohibentes neminem præter Magiſtrum Actorum, vel eius ſubſtitutum ſcribere debere citationes, vel alios actus ad pœnam vnius vnciæ pro quolibet actu exigendum ab eo, qui contra præſentem prohibition tales actus ſcripſerit.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Facta conclusione expeditur monitio ad dicendum, & allegandum, &c. & hæc successit loco citationis ad sententiam.*

2 *Quæ monitio est de substantia, & ipsa omissa redditur nulla sententia.*
Quod etiam obseruatur in S.C. n. 3.

4 *Comminatio Iudicis, quod procedatur vsque ad sententiam diffinitiuam, habet vim peremptorij, & sufficit pro monitione.*

5 *Secus si non fuerit dictum vsque ad interpositionem decreti.*

6 *Coram nouo Commissario requiritur noua citatio ad dicendum.*

ARGVMENTVM.

Conclusione facta in causa an expedienda sit monitio ad dicendum, & allegãdum, eaquè an sit de substãtia, & Vtrùm coram nouo Commissario requiraturn ouacitatio.

SECTIO LIX.

1 COmpilato processu antequã per Actuarium Iudici præsentẽtur pro expeditione, expeditur monitio ad dicẽdum, & allegandum oretenus, & in scriptis, &c. & hęc succesſu loco citationis ad sententiam, quæ nunc necessaria non est propter hanc monitionem, *Affl. decis. 333. num. 6. & in eadem decis.* latiùs *Vrsill. num. 12. Frãch. decis. 261. num. 11.*

2 Est tũ hæc monitio de substãtia, & ipsa omissa redditur nulla sententia, *Capyc. decis. 1. in fin.* quia subrogata est loco citationis ad sententiã, quæ de substantia erat, & sententiæ, quę ferebatur absque dicta citatione, ipso iure nulla erat, ex *tex. in l. 1. §. item eũ ex edicto, ff. quæ fient. sine appellat. rescinden. l. 1. §. item tertiò, & §. stichus, & ibi Bar. ff. de statu liberorum, cap. 2. de dolo, & contumacia, in 6.* cum concordantibus adductis per *Afflict. decis. 283. num. 5. & decis. 346. nu. 17.* quod si Iudici noua superueniunt, an sit necessaria noua citatio, vide *apostill. ad Bart. in l. 2. §. stichus, ff. de stat. liber.*

3 Immò etiam in Sacro Consilio nomine Regio fit post conclusum ante sententiam hęc monitio, & sine ista citatione nulla esset sententia, quia sic est longeuus vsus Sac. Cons. qui pro lege potest allegari, *Afflict. in proœmio constit. q. 9. col. 3.* & hæc citatio facienda est cũ peremptorio, aliàs nulla esset sententia, & eius executio, *Afflict. decis. 346.*

Verùm si Iudex in citatione cõminatur se processurũ, nisi veniat vsque ad sententiam diffinitiuam, illa comminatio habet vim peremptorij, puta quando Iudex dicit infra tres dies compareas, & si non comparueris, vlterius ad sententiam diffinitiuam procedetur, ista comparitio habet vim peremptorij, *l. peremptorio, ff. de iudic.* istud est dictum singulare *Innoc. in cap. causam, de rescript.* Non tamen citatio ista requiritur in sententia interloquutoria, quando est modici præiudicij, per adducta per *Marant. in pract. par. 6. vers. & demùm fertur sententia, num. 2.* nam & Iudex per suam interloquutoriam, parte nõ citata, & absente, potest in modico lædere, secùs in magno præiudicio, multas ad hoc tradit authoritates, *Afflict. in proœmio constit. in 12. quæst. num. 19. in fin.*

5 Semper verò, quod citatio ad sẽtentiam

tentiam expediri debet coram nouo Commiſſario, etiam ſi citandus eſſet contumax, noua fit citatio, & hoc ex equitate Sacri Conſilij, *Minad.deciſ.*78. quem refert, & ſequitur *Franch.deciſ.*457.

6 Et ſi citatus ad omnes actus aliquis, eſt contumax, ſi non fuerit dictum ad interpoſitionem decreti, requiritur, vt ad ſententiam *Franch. d.deciſ.*

DE ASSISTENTIA SINE DISCVSSIONE bonorum præſtanda.

ASſiſtentiam,& appretium contra tertium poſſeſſorem pro exequtione inſtrumenti continentis obligationem bonorum, pactum de capiendo,cum conſtitutione præcarij,peti poſſe,& per iudicem concedi, abſque aliqua bonorum diſcuſſione contra principalem facta,alijs concurrentibus,quæ de iure neceſſaria ſunt in aſſiſtentiæ,vel hypothecariæ cauſa, declaramus.

SVMMARIVM.

1 *Aſſiſtentiæ iudicium,quibus ex legibus ortum duxerit.*
2 *In eo quæ remedia cumulentur.*
3 *Aſſiſtentię iudicium procedit etiam contra tertium poſſeſſorem.*
4 *Per precarij conſtitutum transfertur poſſeſſio in creditorem ciuilè, & naturalem.*
5 *Debitor alienans aliquam rem de rebus hypothecatis, cenſetur interuertere poſſeſſionem creditoris.*
6 *Excuſſio principalis debitoris quare non requiratur in iudicio aſſiſtentiæ.*
7 *Quomodo ſit agendũ in iudicio aſſiſtẽtiæ,tam quando agitur contra principalem debitorem, quàm quando contra tertium poſſeſſorem.*
8 *Quoad tertium poſſeſſorem, quo temporis ſpatio præſcribatur.*
9 *Praxis agendi contra tertium poſſeſſorem in actione perſonali defenditur, vti reuocatoria,quę requirit fraudem eſſe commiſſam in alienatione rei.*
10 *Sed contra ipſum principalem debitorem cenſetur agere ad reuocationem precarij ad recuperandam naturalem poſſeſſionem, ratione ciuilis in eum translatę per precarium.*
11 *Conſtitutum, & precarium,quamuis non ſit expreſſum in inſtrumẽto,cenſetur omiſſum ex errore Notarij, & habetur pro appoſito.*
12 *Et factis probationibus proceditur ad ſententiam aſſiſtentiæ.*
13 *Et facto appretio intelligitur tranſlatum dominium.*
14 *Res hypothecata cum conſtituto,& precario an poſſit propria autheritate capi.*
15 *Facultas vendendi in iudicio aſſiſtentiæ oritur ex pacto, quod ſolet eſſe in inſtrumentis.*
16 *Forma ſententiæ aſſiſtentiæ recenſetur.*
17 *Aſſiſtentia conceditur cum facultate vendendi, & interponitur decretum ſeruata forma ritus.*
18 *Sententia aſſiſtentiæ habet exequtionẽ paratam, & non impeditur per appellationem.*
19 *Et in caſu retractionis præſtatur cautio.*
20 *Sequeſtratur tamen res exequta, ſi fideiuſſor non reperitur.*
21 *Et facta exequtione cognoſcitur de appellatione.*
22 *Quæ procedit etiam in ſententia aſſiſtentia.*
23 *Et idem in ſententia, quæ continet infra duas uncias.*

Sed.

24 *Sed si sententia contineret minorem summam duarum vnciarum, & expensæ non essent liquidæ, an sit exequenda sententia.*

25 *Et quid si sententia non contineret certam rem, quæ esset extimationis duarum vnciarum.*

26 *Secundò, amplia in omnibus mandatis tàm condemnatorijs, quàm absolutorijs.*

27 *Et quo ordine procedatur in condemnatione pro pœna spreti mandati, & an possit exequi contra Neapolitanos.*

28 *Ampliatur in sententia meri possessorij.*

29 *Ampliatur in decreto ex tractatione, in quo non datur appellatio ad finē retardandi exequutionem.*

30 *Ampliatur in summario iudicio possessorij, in quo non est locus declinatoriæ fori, etiam ex priuilegio.*

31 *Et in sententia pro alimentis, à qua non datur appellatio.*

32 *Ac in legato relicto causa alimentorū, cum nullum ius creditoribus competat.*

33 *Vel in sententia super mercede famuli & procedit etiam in paupere operaria, carente vndè viuat, nam ab ea non datur appellatio ad finem retardandi exequutionem.*

34 *Aut in decreto expulsionis turbantis studia, quò ad expulsionem fabri, & aliorum impedientium ad instantiam scholarium, vel Doctorum.*

35 *Ampliatur in causis suspitionum officialium, & in alijs casibus.*

36 *Sed in casibus prædictis an admittatur appellatio, & an per appellationem impediatur exequutio, & etiam à decretis interloquutorijs. In appellatione iustificata quis erit Iudex causæ principalis, ibid.*

37 *In his casibus per appellationem non retardatur exequutio, sed facta exequutione cognoscitur.*

38 *Exceptio nullitatis impedit exequutionem, quando nullitates proponens præuenit, secus si sit facta exequutio, & quando nullitates apparent per inspectionem actorum resultantem ex processu, aliàs non impediunt exequutionem.*

Et quando incontinenti constat de nullitate ex relatione cartarum, ibidem.

39 *De dictione incontinenti, & eius effectu.*

40 *Exequutio si facta sit, an reuocetur, & teneatur restituere qui reperitur in possessione.*

41 *Et an requiratur libellus, & litis contestatio, & sint declarandæ species nullitatum, & faciat depositum pro pœna.*

42 *Quod si sententia sit nulla, ex quo processus fuit inordinatus, & minus sollemnis, an possit retineri possessio per creditorem.*

43 *Et quid si non valet hypotheca in contracta, an possit retineri.*

44 *Quando appellatur à sententijs assistentiæ, quomodò sit rescribendum per Iudicem appellationis.*

45 *Sententia assistentiæ est nulla, si fuit petitum plus debito.*

46 *In iudicio agitato per procuratorem, quomodò concipienda sunt verba sententiæ condemnationis, & assistentiæ.*

ARGVMENTVM.

De iudicio assistentiæ, vndè ortum duxerit, & quomodo in eo procedatur, excusso, vel secùs principali, contra tertiū possessorem, & an, & quando eius sententia exequatur non obstante appellatione, vel nullita-

Digitized by Google

litate propoſita, relatis alijs caſibus, in quibus appellatio non impedit exequutionem iudicati.

SECTIO LX.

1 QVIA inter Iudiciorum ſpecies ea præſertim quotidiana eſt, quæ circa aſſiſtentiã verſatur, aduertendum duxi circa eam aliqua; & primò, quòd hæc quotidiana practica aſſiſtentiæ, qua vtimur in Regno ſumpta eſt ex interdicto Saluiano, *l. 1. ff. de Saluian. interdicto*, ex Seruiana, *§. item ſeruiana, inſt. de act.* ex remedio *l. vetuſtiſſimæ, C. de iur. dominij impetrand. ex l. fin. C. de acquir. poſſeſſ. & l. creditores, C. de pignoribus.*

2 Omnia igitur hæc remedia cumulantur in iudicio aſſiſtentiæ, vt obſeruant *Afflict. deciſ. 139. & 335. & Vincent. de Franch. dec. 150. in princ.*

3 Proceditquè hoc iudicium, etiam contra tertium poſſeſſorem, condictione *d. l. finalis, C. de acquir. poſſeſſ.* per quam eſt inductum, quod ſi is, qui alieno nomine poſſidet, alienat rem in alium, & ſic poſſeſſionem interuertit alienando, poteſt Dominus condictione ex illa lege reuocare poſſeſſionem, etiam in alium.

Nàm quando creditor in inſtrumento obligat omnia bona ſua cum poteſtate capiendi propria authori-
4 tate, iuxta *d. l. creditores*, & cum conſtituto, & præcario, per huiuſmodi conſtitutum, transfertur poſſeſſio in creditorem ciuilem, & naturalem, *Alex. in l. quod meo, & l. interdum, ff. de acquir. poſſeſſ. Afflict. in d. deciſ. 139. in fine.*

5 Et ſi poſteà debitor alienat aliquã rem de rebus hypothecatis, cenſetur interuertere poſſeſſionem creditoris, vnde creditor agit, petitquè aſſiſtentiam contra tertium poſſeſ-
6 ſorem ſuper illa re alienata condictione ex illa *lege finali*, ad recuperãdam poſſeſſionem ſuam.

Et in hoc non requiritur excuſſio principalis debitoris propter dictũ præcarium, *Bald. in d. l. 1. col. 1. C. de acquirend. poſſeſſ. Capyc. dec. 54.* & diſponitur in præſenti pragmatica, *Maranta in part. 3. in 7. diſtinct. n. 59.*

7 Hocq; procedit, vt dicit *Maranta in 6. parte, in 8. actu, n. 301.* quando creditor innititur cõſtituto, & præcario exiſtente in inſtrumẽto, nam tunc cenſetur intentare dictam condictionem *ex l. fin. C. de acquir. poſſeſſ.* quando agit contra tertium poſſeſ-
8 ſorem, *Affl. dec. 139.* quæ non preſcribitur, niſi ſpatio 30 annorum, *Afflict. d. deciſ. 139.* vbi refert ita fuiſſe deciſum per S.C.

Et nota, quod etiam in actione perſonali poteſt agi contra tertium
9 poſſeſſorem, vtendo reuocatoria, quę requirit, fraudem eſſe commiſſam in alienatione rei, tàm ex parte debitoris alienantis, quam eius, in quem eſt facta alienatio, iuxta notata *inſt. de act. §. item ſi quis in fraudem.*

10 Sed agendo contra principalem debitorem cenſetur agere ad reuocationem præcarij, ad recuperandã naturalem poſſeſſionem, ratione ciuilis in eum translatæ per præcariũ, *Bar. & DD. in d. l. quod meo, & l. interdum, ff. de acquir. poſſ.*

Et quamuis in inſtrumento non adeſſet conſtitutum, & præcarium,
11 ſed ſimplex hypotheca, ſi ſit confectum in Ciuitate Neapolis, vbi ſolitum eſt apponi, vel in alijs locis, vbi notarij de ſtilo ſolent apponi, cenſetur omiſſum ex errore Notarij, & procedit iudicium aſſiſtentiæ, *Vrſill. ad deciſ. Afflict. 139. num. 6.* vbi refert deciſum ſic fuiſſe per Sacr. Conſ. *& Frecc. in libro de*

ſub-

Digitized by Google

subfeudis, lib. 2. q. 15. in fin. in materia assensus, & vide quæ ponit *Neguſ. in tract. de pignorib. in 1. memb. 3. p. n. 24.* & per *Anton. Gabr. in tract. commun. opin. in tit. de clauſulis, & Conſ. D. Ferdinand. Arias de Meſa* diebus istis omnium literatorũ incõmodo vita functus, qui latissimè rem hanc de more examinat *lib. 2. variar. reſolut. cap. 33. num. 12.*

At præsẽtato instrumento ad hoc, vt actor possit obtinere in iudicio assistentiæ cõtra tertium possessorem, hæc tantùm oportet probare, rem .s. fuisse in bonis debitoris, & ad præsens per tertium possideri, *Franch. deciſ. 101. num. 22.* nec est necesse probare, quod possidebat tempore obligationis, sicut in hypotheca, quia precarium extenditur etiam ad bona futura, cum limitatione vt per *Afflict. deciſ. 335. & ibi Vrſill.*

Quod si actum sit contra eum, qui verè non possidebat tempore prolationis sententiæ, & sententia prolata sit tamquam contra possidentem, si de nouo cæperit possidere, poterit executioni demandari sententia contra ipsum, ex *text.* quem literis aureis ad hoc secundum veram lecturam dicit ibi *Bart. in l. ſi à te hæreditatem, §. ſi quis fundum, ff. de except. rei iudic. Mattheſil. ſing. 38.*

12 Factisque probationibus proceditur ad sententiam, per quam proceditur super bonis stabilibus, & ipsa præstita appretiãtur bona, & ipsis appretiatis adiudicantur, *Afflict. in deciſ. 187. & 188.*

13 Et facto deindè appretio intelligitur translatum dominium, ità qđ reus non potest ampliùs offerre debitum, *Afflict. in d. deciſ. 187.* vel solet p. estari cum facultate vendendi, quam formam tradit *Marant. in 6. p. in d. 8. actu, num. 30. in fin,*

14 Vel vt res illa hipothecata cũ precario, constituto, & pacto de capiẽdo capiatur, & publicis subhastationibus exponatur, & de pretio creditoribus satisfiat.

15 Quæ facultas vendendi oritur ex pacto, quod solet esse in instrumẽtis, quod possit capi propria authoritate, vide *Vincent. de Franch. deciſ. 22.* quod quidem pactum valet de iure, *Bar. in l. 3. in 2. col. in verſ. iuxtà prædicta, & ibidem* sequitur *Salyc. in quæſt. 15.* & de virtute huius pacti habes apud *Neguſan. in 4. par. princip. num. 9.* quæ in Tribunalibus nostris non seruatur, vt *infrà* dicam.

16 Sed forma sententiæ Assistentiæ, hodie est, quando pars petit assistentiam cum *adiudicatione, & facultate vendendi.*

17 Quando vult, & petit adiudicationem tantùm, fit vt dictum est suprà, sed hodie semper petitur cum facultate vendendi, & fit decretum, vt suprà prædicto modo, & seruatur formaritus, & potest agi virtute instrumenti secundum hodiernum stylum Magnæ Cur. & Sacri Consilij, qui per totum Regnum seruandus est & solet etiam procedi virtute pacti, nàm *prag. de censibus* non seruatur, vt dixi *in prag. in fin.* in limitationibus, nec seruatur id, quod *Marant.* dicit *in d. 7. actu, num. 59.* quod possit propria authoritate capere bona debitoris virtute pacti exequutiui, iuxtà *d. l. creditores, C. de pignoribus.*

18 Habetquè sententia assistentiæ executionem paratam, & non impeditur per appellationem, cumulat Doctores, *Borrell. in ſumma deciſ. tom. 2. tit. 32. num. 147. de ſent. exequt.*

Sed præstita cautione in casu retractionis exequitur, vt disponitur in *ſequenti pragm.* verùm quò ad adiudicationem tantùm, & non proceditur ad venditionem pendente appellatione, *Vincent. de Franch. deciſ. 220.* Et si fideiussorem non inuenit
19 facta diligenti perquisitione, & non inuento fideiussore, & de eo iuret, admittitur ad cautionem iuratoriã, *Guid. Pap. deciſ. 50. num. 3. & deciſ. 189* quod non procedit, quando victus esset suspectus de fuga, vel de dila-

pidatione, nam tunc non eſſet exequutio concedenda, niſi fideiuſſione præſtita, per not. per *Bar. in l. in omnibus, ff. de iudicijs.*

20 Et ſi pœnitùs fideiuſſorem non reperit res ipsa exequuta, ſequeſtrãda eſſet, ſecundum ea, quæ not. *Goffred. in ſumma de ſequeſtrat. poſſ. & fructuũ, §. generaliter, verſ. 3. quod, & verſ. & nota*, & hoc in fideiuſſone præſtanda in caſu ſupplicationis, obſeruat *Carauit. in rit. 252. num. 11.*

21 Et exequutione facta cognoſcitur de appellatione, *Afflict. deciſ. 261. & deciſ. 269.*

22 Prædicta amplia non ſolùm in ſententia aſſiſtentiæ, ſed etiã in ſentenia

23 cõtinente sũmã infra duas vncias, nã & illa ſimiliter habet exequutionem paratam per *d. rit. M. Cur. 258.* & hoc in caſu non præſtatur fideiuſſio, vt dicit *Carauit. in prælleg. rit. num. 6.* verùm non exequitur, quò ad expẽſas, vt idemmet *Carauit* ſcribit *ibid. n. 9.* qui limitat diſpoſitionẽ iſtius *rit.* in ſententia lata per Sacr. Conſil. à qua fuit ſupplicatum quò ad expenſas per *rit. M. C. & deciſ. S. C.* de quibus meminit *Marant. in 6. par. in 2. actu, num. 16.*

24 Sed ſi ſententia contineret minorem ſummam duarum vnciarum, & expenſæ non eſſent liquidatę vtrum poſſit exequi ſententia, & quid ſi pars petens exequutionem, dicat velle exequi pro ſumma duarum vnciarum, & non plus, vide *Vincent. de Franch. deciſ. 441.*

25 Et idem eſſet, ſi ſententia non cõtineret certam ſummam, ſed rem, quæ eſſet eſtimationis duarum vnciarum, *Vincent. de Franch. deciſ. 308.*

26 Secundò amplia in omnibus mandatis tàm condemnatorijs, quàm abſolutorijs per M. C. factis, vt in *rit. 256.* quod intellige ſecundum *Carauit. ibi*, quando fit mandatum de ſoluendo, & abſque litis conteſtatione proceditur ad ſententiam, nam ſententia illa interloquutoria dicitur, *Maran. in prac. p. 6. ver. & demũ fertur ſententia, num. 28.* quæ mandata poſſunt fieri in confeſſis, iuxta *text. in l. debitoribus. ff. de re indic.* iuncta *gloſ.*

27 At in condemnatione pœnæ pro contrauentione mandati, quo ordine procedatur, dixi in *deciſ. 142. num. 3.* & pro contrauentione contra Neapolitanos, an exequatur pœna pecuniaria, dixi in *deciſ. 35. num. 34.*

28 Tertiò amplia in ſententia meri poſſeſſorij, nam ab ea non appellatur ad finem retardandi exequutionem, *Affl. deciſ. 269.* & dictum eſt in *addit.*

29 *ad meã deciſ. 94.* hinc à decreto exfractationis non datur appellatio ad finem retardãdi exequutionem, *Gram. deciſ. 58. num. 25.*

30 Amplia quartò in iudicio ſummario poſſeſſorio, in quo non eſt locus declinatoria fori, etiam ad inſtãtiam priuilegiati, ex dictis per *Theſ. deciſ. Pedemont. 82.* & per *Hippol. ſing. 70. Andr. de Iſern. in cap. Imperialem, §. præterea ſi lis inter duos, verſ. Gloſſatores iuris Canonici, de prohibita feudi alienat. per Federic.* vbi concluditur, quod licèt Iudex competens vaſalli ſit Dominus, tamen quãdo agitur de iudicio poſſeſſorio, Iudex ordinarius poteſt cognoſcere, allegat *tex.* videndum in *cap. ex parte, de for. compet.*

31 Amplia quintò, in sẽtentia pro alimẽtis, à qua non datur appellatio, cumulat Doct. *Surd. in tract. de aliment. priuil. 60.* & dixi *in addit. ad deciſ. meã 132.* quod intellige adhoc, vt non impediatur exequutio, nàm & ſi quando petuntur iure actionis appellari poteſt, attamen ſentẽtia exequutionem paratam habere videtur, fundat *Octauian. Cacharan. deciſ. Pedemont. 25.* & quia cæleritatem requirunt, *Afflict. dec. 152. Ozaſc. dec. 25. num. 20. Viuius deciſ. 73. num. 4.* propterea non datur appellatio à decreto alimentorum pro futuro præſtandorum ad finem retardãdi exequutionem, non ad finem deuoluendi, ità præcipiti DD. relati per *Proſperũ*

Petram

Petram in addit. ad Grammatici decis. 58. *num.* 15.

Corollarium.

Immò in relicto in causa alimentorũ nullũ ius creditoribus competit, ità tenet *Bald. in l. legatum in annos, in 2. lectura, siuè in addit. vers. quidam tenetur, ff. de capitis diminutione*, cuius verba sunt:

Quidam tenetur multis creditoribus, amicus suus vult sibi donare, ità quod creditores non possint super rem donatã currere, quaritur de cautela.

Dic quod relinquatur in causam alimentorum, vt hic, & in l. 3. de sequestrat. possess. & de donat. inter virum, & vxor. secundum Oldradum, Et sic stante prędicta doctrina Doctoris tàm celebris, vltra *Oldradum*, quem *Bald.* allegat, succedit conclusio Doctorum dicentium, vnius Doctoris decisionem, etiam si sine lege loquitur, quando non habet contradictorem, habere vim legis, prout post alios declarat *Præsid. de Franch. in dec.* 363. *num.* 4. & *Surd. decis.* 229. *nu.* 36.

33 Amplia quintò, in sententia super mercede famuli, nam ab ea non appellatur ad finem retardandi executionem, *Anna sing.* 42. & in mercede salarij, seu mercedis laborum, summariè extra ordinem, atq; officio Iudicis, potest procedi ad illius taxationem, *Marant. de ordine Iudic. par.* 4. *dist.* 9. *num.* 197. *Grat. dec.* 78. *num.* 21. *Scacc. de iudic. lib.* 2. *c.* 5. *num.* 173. *Milanen. dec.* 16. *num.* 53. *lib.* 1. quod procedit in paupere operario carente vnde viuat, *Bonac. de famul. q.* 222.

Et ad talis mercedis consecutionẽ tempore feriato procedi potest, *Mut. in consuetud. Panormitana cap.* 70 *num.* 26. *Didac. de Mari in addit. ad decis.* 58. *Gramat. nu.* 10.

34 Amplia sextò in decreto expulsionis turbãtis studia, quo Iudex expellit fabrũ impedientẽ, aut aliũ ad instantiam scholarium, *Bart. in l.* 1. *in fine, C. de stud. lib.* 11. & quando Doctor, vel scholasticus expellere possit fabrum studia impedientẽ, diligentem & egregiam explanationem tradit *Menoch. de arbitr. Iudicum casu* 237. & cuius damno cedere debeat pensio restãtis tpris, si absq; culpa sua, & dicit damno locatoris, *Nauar. in manual. c.* 17. *n.* 194. secùs si culpa sua, *glos. in l. ædem, C. locat. Prosper Petra in addit. ad d. decis.* 58. *Grammat. num.* 9.

35 Amplia septimò in causis suspictionum officialium per verba *pragmat.* inter *Ritus M. C.* 265. de quo meminit *Vincent. de Franch. dec.* 408.

36 Amplia octauò in multis casibus traditis per *Afflict. dec.* 261. verùm in casibus prædictis an admittatur appellatio, & an per appellationem impediatur executio dixi in *addit. ad meam decis.* 94. vbi etiam quando impediatur executio à decretis interlocutorijs, & appellatione iustificata, quis erit Iudex causæ principalis dixi in *additione ad dec.* 321. *ad num.* 10.

37 Et in his casibus per appellationẽ non retardatur executio, sed facta executione cognoscitur de appellatione, vt supra dictum fuit. Verùm si fuerit dictum de nullitate, & nullitates appareant ex eisdem actis, impeditur executio sententiæ, & hoc in sententia assistentiæ, prout disponitur *in pragm.* & in alijs sententijs, quarũ exequutio nõ impeditur per appellationem, vti obseruant præcæteris *Anton. Gabr. in recollectione communium opinionum in tit. de except. cõclus.* 4. *Borrell. in summa decisionum tom.* 2. *tit.* 32. *de execut. sententiæ nu.* 48. subdens *num.* 50. nullitatem impedire exequutionem apparentem, &

38 euidentem per actorum inspectionem resultantem ex processu, aliter non impedire executionem, *Afflict. decis.* 283. & dixi in *mea dec.* 299. *nu.* 6. & 7. Doctores congerunt *Antonius Gabriel & Borrell.* testantes de com-

muni opinione,& ità obſeruatur, & deciſum fuit,vt ex *Afflict. deciſione & mea* patet, & ſic intelligendum eſt quod dicit *Bart.in l.4.§.condemnatũ*, quando incontinenti cõſtat de nullitate,ideſt ex reuolutione cartarum & actorum inſpectione, patet ex deciſione S.C.relata per *Capyc.deciſ.* 167. per quam fuit prouiſum, quod
39 procedatur ad exequutionem,& ità ſumitur in caſu iſto, quò ad alia dictione hac *incontinenti*, diuerſimodè DD. loquuti ſunt, *Abb.in cap.1. de mut.petit.num.15. Giurb. conſ.* 87. *Aret.in l.in bonæ fidei, C.de pact.* & ſecundum ſubiectam materiam intellexerunt *Petra* addens ad *deciſ. Capyc.num.* 5. & quid in contractibus, *Nicoſant.in tract.de pignorib.in 4.par. princip.num.25.* regularitèr idem ſignificat,quod nulla temporis patitur intermiſſionem, *l. ſexta, ff. ſi cert. pet.* & ad materiam vide *Lexicon Caluini in verb. incontinenti*, dicitur ēt incõtinēti probari, ſi ꝓbetur infrà triduum, vt notat *Bald. per illum tex. in l.ſententijs, C.de error.Aduocat.* & per *tex.in l.fin.C.de iudicijs*, & habetur per *Modern.in l.1.in princip.ff.de verbor.obligat.*

Quò verò ad exceptionem de nullitatibus impedientē exequutionem eſt intelligendum, quando intentans nullitates præuenit; ſecùs
40 erit,ſi fit facta exequutio, quia tunc ob exceptionem nullitatis non reuocaretur,vt per *Socc.conſ.* 78. *col.* 1. *& ſeq.vol.*3.& per *Anton. Gabr.in collect.commun.opin.in tit.de except.concl.* 4.*num.*2.

Et non tenetur reſtituere, ſi reperitur in poſſeſſione, niſi ſoluta pecunia,nam poſt exequutionem cenſe-
41 tur nullitas principalitèr intentata, & requiritur libellus, & litis conteſtatio,& ſunt declarãdæ ſpecies nullitatum, *Ann.alleg.* 22. cum reliquis adductis in *d. deciſ.mea* 96. *n.*3. & fit depoſitum pro pęna,vt patet in mea *deciſ.*96.*in princip.* verùm ſi ex reuolutione cartarum colligi poſſunt, nõ eſt dandus terminus, & abſq; termino terminanda eſt, vt fundatũ fuit in *d.deciſ.mea* 96.& ità deciſum fuit.

42 Verùm ſi ſententia ſit nulla, ex quo fuit proceſſum inordinatè, & minus ſollemnitèr, adeò quod ſententia ſit nulla, vel veniret annullanda, an ſaltim dicta res per priùs obligata poſſit retineri per creditorem, vide *Neguſ.* qui in ſimili decidit aliã quæſtionē *in tract.de pignorib.in 2.membr.* 3.*p.nu.*20. *verſ. quod ſi data eſt tenuta.*

43 Et quod ſi non valet hypotheca in contractu,an poſſit retineri, vide eundem in *d.tract. in 1.memb.3.p. n.* 17.*verſ.*4. *quæritur.*

44 Cumquè à præfatis ſententijs appellatur per Iudicem appellationis reſcribitur, quod transmittat acta ſimplicitèr,& ſi eſſet oppoſita exceptio nullitatis,ſiuè corã Iudice ad quẽ, ſiuè corã Iudice,à quo cũ corã vtroquè poſſit opponi, reſcribitur,ꝙ Iudex,à quo transmittat acta, & ꝑ dies fit inhibitio,& viſis actis,puidetur,vt iuris,iuxta ea,quæ ſuprà dicta ſunt,& practicam traditam per *Carauit.in d.rit.*257.

45 Etſi ſcire cupias, quæ ſint nullitates,de quibus ſuprà,aduertas, quod inter cęteras nullitates, vnam tradit *Peritiſs.Anton. de Alexand. in l. ſi non ſortem,§.ſi centum,ff.de condit. indebit.* videlicèt ſi fuit petitum plus debito, & fuit præſtita aſſiſtentia, nam ſententia eſt nulla, & adiudicatio indè ſequuta,quod dictum refert, & ſequitur *Capyc.deciſ.*51.*num.*2.

Et demùm quia ſolent proceſſus agitari cum procuratoribus, tunc
46 in iudicio agitato cum procuratore, an ferri debeat ſententia contra procuratorem,vel principalem, vide *gloſ.in cap.cum quærelam,in verb. Oeconomi veſtri,de elect.& Ioan. Fabr. in l.1.C.de ſent. & interlocutorijs omn. Iudic.*

DE

Digitized by Google

DE EXPENSIS.

TEmeritatem litigantium à legibus punitam approbbntes; Mandamus victum victori in expensis per sententiam condemnandum, vel ex iusta causa absoluendum, prohibentes in sententijs expensarum condemnationem reseruari.

SVMMARIVM.

1 *Iudex debet condemnare victum ad expensas, tàm de iure communi, quàm de iure Regni, quamuis id non fuerit petitum. num. 3.*
2 *Quæsit differentia inter condemnationem ad expensas in sententia diffinitiua, & illam, de qua dictum est suprà in* prag. relatione citationis sect. 28.
4 *Iudex si omiserit condemnationem expensarum, eadem die potest illam addere, & illam pars poterit petere condictione ex statuto per* hanc prag.
5 *Victus est condemnandus ad expensas pro ea parte litis, pro quo tempore temerariè litigauit.*
6 *Et quid si in certa parte iudicij habuit iustam causam litigandi.*
7 *Non solum condemnandus est in expensis victus in prima instantia, sed etiam in secunda.*
8 *Et quid de expensis factis post sententiã.*
9 *Expensæ, quæ debentur iure actionis, possunt peti etiam post sententiam.*
10 *Secus autem si illud ius veniret solùm officio Iudicis mercennario.*
11 *Victus si in prima instantia non probauit, non auditur in causa appellationis, nisi priùs soluerit expensas.*
12 *Pars si in secunda instantia vicerit ex nouitèr deductis est condemnanda ad expensas in prima instantia.*
Et quid in causa criminali, num. 13.
14 *Vel quando reus habuerit iustam causam litigandi.*
15 *Litigandi iusta causa quæsit, remittitur arbitrio Iudicis.*
16 *Victus stante statuto excusatur ab expensis propter iustam causam litigandi.*
17 *Habens Doctoris opinionem pro se an dicatur habere iustam causam litigandi.*
18 *Et an opinio Excellentis Doctoris, etiã viuentis excuset.*
19 *Error iuris dubij intricati, qui equiparatur errori facti, an det iustam causam litigandi.*
20 *Litigans dicitur habere iustam causam litigandi, si testes extra iudicium iactaucrunt scire veritatem, & postea recesserunt, vel sunt mortui, nisi expensæ essent promissæ, nàm ab illis nõ excusat iusta causa litigandi, ibid.*
21 *Qui in prima instantia vicit, & in secunda ex nouiter deductis succumbit an teneatur ad expensas.*
22 *Quid si nouæ probationes concernerent factum proprium, vel alterius, de quo poterat eidem verosimilitèr constare.*
23 *Vel cum fuisset petitum plus debito.*
24 *Et hoc in casu an excusetur etiã à mora partis debitæ.*
25 *Victus si semiplenè probasset, an, et quãdo possit deueniri ad iuramentum suppletorium.*
26 *Homo magnæ, & approbatæ fidei, si succumbat, non est condemnandus ad expensas.*
27 *Effectus, qui causantur ex præsumptione honestæ personæ, qui enumerent.*

ARGVMENTVM.

Litis expensas an, & quãdo victus victori reficiat, & an & quãdo Iu-

dex

dex debeat litigantẽ ad illas condemnare, quãuis non petantur, posſitquè, & quo temporis interuallo, addere condemnationem ad expẽſas, quas omiſerit in decreto, & ſententia.

SECTIO LXI.

1 IVDEX debet etiam in ſententia victum condemnare ad expenſas per hanc *pragm.* per quam corrigitur *rit.* 297. vbi latè *Carau.*

Idem eſt de iure communi *l. properandum, § ſin autem alterutra, & l. eum, quem temerè, ff. de Iudic.* & idem per *Regni conſtit. Diuorum Principum*, de qua multa refert notabilia *Panor. in cap. finem litibus, à num.* 22. *de dol. & contumac.*

2 Quæ verò ſit differentia inter hãc expenſarum condemnationem, & illam de quain *prag. relatione citationis*, dixi *ſuprà ſect.* 28. habetur per *gloſ. in l. ſancimus, in verb. danda*, C. *de Iudic.*

3 Et quamuis non fuerit petitum, poteſt Iudex condemnare ad expẽſas, *Bart. in d. § ſin autem alterutra, in fin.* ſed non tenetur de neceſſitate, ſed poteſt, ſi vult ſecundum cõmunem opinionem, de qua meminit *Alex. in d. § ſin autem alterutra.*

4 Cumquè Iudex omiſit condemnationem expenſarum die poteſt illaddere, *Marant. in pract. par.* 6. *ver. & demum fertur ſententia*, *num.* 38. dummodò ſint partes præſentes; ſecùs ſi eſſent abſentes, *Carauit. in rit.* 97. *num.* 6.

Etſi non fuerint condemnati eadẽ die poteſt pars petere, qđ condemnetur ex ſtatuto per hanc *prag.* iuxtà latè notata per *Bart.* & alios *in l.* 1. *ff. de condict. ex lege*, argumẽto eius, qđ dicit *Neguſ. in* 3. *memb.* 3. *p. num.* 14. quamuis non poterat de iure communi, per *tex. in l. terminato*, C. *de fruct. & lit. expenſ. Alex. in d. § ſin autem alterutra, num.* 7. & per *Bart. in l.* 3. *§. ſi rem, ff. de legat.* 3. *Din. in l.* 3. *ſuper gl. in verbo temperamentum, de legat.* 3. & per ea, quæ dicit *Bar. in d. § ſin autem alterutra.*

5 At condemnandus eſt victus pro ea parte litis, pro quo tempore temerariè litigauit, v. g. poſt productionem alicuius ſcripturæ, vel poſt publicationem teſtium, per quos fuit certa pars, quod non habebat iuſtam cauſam, nàm ratione temeritatis condemnatur, *l. eum quem temerè, ff. de iudic.* & ideò iuramentum de calumnia non excuſat ab expenſis, per *Bart. & Alex. in d. § nu.* 21. & *Socc. in reg.* 139.

6 Et ad hoc quando habuitin certa parte iudicij iuſtam cauſam litigãdi in reliqua non, exemplum in eo, qui ante conueniebatur virtute inſtrumenti paterni, publicatis atteſtationibus vidit ſatisfactum debitum, ſed nihilominùs expectauit ſententiam, *Bar. in l.* 1. *§. quæri poteſt, ff. ad turpill.* vbi ſequendo opinionem quorundã, diſtinguit, quod aut licitum erat deſiſtere quandocumque, vt eſt videre in omnibus ciuilibus, & condemnatur in expenſis ab eo tempore, quo fuit in euidenti calumnia, *l. ſi quis inficiatus, ff. de poſit.* aut non erat licitũ deſiſtere ſine abolitione, *ff. ad turpill. per tot. & 2. q.* 3. *cap. ſi quem, §. notãdum*, & tunc euitat condemnationẽ in totum, ſi impetrauit abolitionem, ſiuè eam obtinuerit, ſiuè non, quia non deprehenditur hoc caſu in aliqua calumnia, vel temeritate, hanc diſtinctionem refert *Panor. in cap. finem litibus, num.* 23. *verſ. vlt. circa hãc particulam de dolo, & contumac.*

7 Amplia primò diſpoſitionem huius

huius *prag.* non solùm in expensis factis in prima instantia, sed etiam in expensis factis in secunda instantia, & si simpliciter in secunda instantia diceretur victum victori, intelligeretur victus condemnatus ad expensas, tàm primæ, quàm secundæ instantiæ, factas, & faciendas vsque ad ipsã sententiam, *Carauit. in d. rit. 297. num. 16.*

8 Sed illæ, quæ faciẽdæ sunt post sẽtentiam, non possunt comprehendi in ea, vt argumento *tex. in cap. auditis, de procur. & ibi per Abbat.* & alios notat *Ang. in l. vbi autem, §. penult. ff. de verbor. obligat.*

9 Verùm dictæ expensę possunt peti, & ad illas quis agere, iure actionis

10 secùs autem si illud ius veniret solũ ex officio Iudicis mercenario, vt latè per multa disputando firmat *Alex. in l. vbi autem, §. penult. ff. de verbor. oblig.*

11 Etsi in prima instantia non probauit, non auditur in causa appellationis, nisi priùs soluerit expensas per *prag. incip. qui in causa*, quod non procedit, quando à sententia fuerit supplicatum, *Affict. decis. 231.*

12 Secundò, amplia etiam si pars vicisset in secunda instantia ex nouitèr deductis, nàm est condemnandus ad expensas factas in prima instantia, *Hieron. Gabriel. conf. 19. num. 6. 1. vol.*

13 Hoc verò limita primò in causa criminali, per ea, quę ponit *Carau. rit. 297.* pro qua limitatione vide *Panorm. in d. c. finem litibus, n. 24. de dolo, & contumac.*

14 Limita secundò hanc *prag.* quando reus habuerit iustam causam litigandi, quæ quidem iusta causa litigandi, excusat ab expensis, *l. qui solidum, §. etiam. ff. de leg. 2. §. oportet. auth. de Iudic. Didac. Couarr. pract. quæst. cap. 27. num. 3.* latè *Marsil. in l. patre, vel marito, nu. 17. de quæst. Corset. in singul. incip. pœna, & Alex. conf. 135. nu. 14.*

15 *vol. 6.* & quando quis iustam causam litigandi habuerit, relinquitur arbitrio Iudicis, *Afflict. in cap. 1. num. 2. ex quibus causis feud amitt. Ruin. conf. 1. lib. 3. Alex. in d. §. fin autem alterutra.*

16 Et quamuis multi DD. teneãt statutum operare, quod etiam iusta causa non excuset ab expensis, ita quod Iudex debeat omninò condẽnare victum ad expensas, etiam si adesset iusta causa litigandi, quam opinionem communem esse refert *Gabr. in tit. de expensis concluſ. iij.* hoc tamẽ in practica hodie nõ seruatur; nam iusta causa litigandi ab expensis excusat, quamuis adsit statutũ, & hoc etiam tenent multi Doctores, quos refert *idem Anton. Gabr. in præcit. loco*, & nonnullæ iustæ causæ litigãdi à iure considerantur; veluti si is, qui liti-

17 gat habet opinionem Doctoris pro se, ita *Iason in d. §. fin autem alterutra*, ex mente *Bald. Anchar. Abb. & aliorũ*,

18 verũ opinio excellẽtis Doctoris excusat *Pet. de Anchar. conf. 223. in fin.* Addens *ad Panorm. in cap. finem litibus in liter. C. & D. ad num. 23. de dolo, & contumac.*

Item si is, qui litigat habet consiliũ Doctoris viuentis pro se, ita *Iason* post cæteros *in d. §. fin autem alterutra, Pariſ. conf. 7. in fine, lib. 3.*

19 Excusat quoquè iuris dubij, & intricati error, qui æquiperatur errori facti, & proindè dat iustam causam litigandi, & excusat ab expensis, *Curtius Iunior conf. 28. num. 9.* & dicitur probabilis error Iuris, quamuis sit dubius, vel passus in iure difficilis, *Felyn.* & alij, quos cumulat *Curt. conſ. 6. num. 22. Burſat.* qui multa cumulat *conſ. 9. nu. 59. vol. 1.*

20 Præstat etiam iustã causã litigãdi, si testes extra iudicium iactauerunt scire veritatem, & postea recesserũt, vel sunt mortui, pẽdẽte iudicio ante eorũ depositiones, & volens examinare succũbat, & q nõ potuit probare, quia mortui, vel absentes fuerint testes, victus non condemnabitur ad expensas, ità singulariter dixit *Io:*

An-

Andr.in cap. 1.*in fine,de elect.in ſexto*, refert,& ſequitur, dicens eſſe notabile, *Bald.in l.non ignorat,verſ.quod ſi teſtes,C.de fruct.& lit.expenſ.*

Hoc tantùm ſublimita, quando expenſæ eſſent promiſsę, nàm ab illis non excuſat iuſta cauſa litigandi, *gloſ.in d.§.oportet, Alex.in d.§.ſin autem alterutra, in principio*, vbi multas etiam cauſas iuſtas litigandi affert.

21 Secundo limita, quando quis in prima inſtantia vicit, in ſecunda ex nouitèr deductis ſuccumbit,nam eſt locus compenſationi,& neuter tenętur ad expenſas,*Tholoſ.dec.*222.*Iarn. in regim.de ann.quæſt.*41. quia temeritas cum temeritate compenſatur, *Anton.Gabr.conſ.* 19.*nu.*6.1.*vol.*

22 Sed ſi nouæ probationes concernerent factum proprium, vel alterius, de quo poterat eidem veroſimilitèr conſtare, eſt condemnandus ad expenſas, *Carau.in rit.*297.*in fine*.

23 Tertiò limita, quando fuiſſet petitum plus debito ſecundùm communem opinionem, quam refert *Menoch.de arbit.Iudic.lib.ij.cent.ij.caſu* 177.*n.*15.*Guid.Pap.dec.*77.& addens *Ranchinus*.

24 Immò hoc caſu excuſatur etiam à mora partis debitæ, vt communis opinio *Gab.lib.* 2. *in tit.de expenſis, concluſ.*4. *num.*4. & eſt condemnandus actor ad dictas expenſas, *Guid. Pap.deciſ.*77.quamuis *addentes ibi* teneant,conuentos eſſe abſoluendos.

25 Quartò limita, quando victus ſemiplenè probaſſet, quod intellige quando poteſt deueniri ad iuramentum ſuppletorium.

Hanc limitationem tradit *Socc.cũ alijs in reg.*139.ſed vltrà ipſum idem tenet *Menoch. de arbitr.Iudic.&lib.* 2. *cent.*2.*caſ.*177.*nu.*8.

Quod ſublimita, quando pars aduerſa plenè probaſſet, nàm pro nulla habetur ſemiplena probatio, & eſt victus ad expenſas condemnandus, *Bald.in l.generaliter,col.*4. *C.de Epiſc. & Cleric.*

26 Limita quintò in homine magnæ, & approbatę fidei, nàm ſuccumbens non eſt condemnandus ad expenſas, *Hoſt.in cap.finem litibus,in penult. col. de dolo,& contumac.* quia non eſt veroſimile, quod ſine aliqua cauſa motus fuerit ad litigandum, allegat in arg.*cap.*2.*§.ſuper eo,de oper. nou. nunciat.* eam ſequitur *Iaſ.in l.admonendi, colum.* 7. *num.*150. *gloſ. in cap. expedit* 12. *q.*6.*in gloſ. in fin.ſuper verbo ſciret,Panor.in d.cap.finem litibus, nu.* 22.*verſ.vel eſt tàm religioſa, & honeſta perſona,de dolo, & contumac.& ibi addens Sebaſt.Sap.* refert multos effectus, qui cauſantur ex præſumptione alicuius honeſtæ perſonæ *in lit.B.*

27

SVMMARIVM.

1 *Euictio,vt locum habeat,& euictus habere recurſũ,laudandus eſt Author,& euictione ſequuta conſequitur quanti ſua intereſt vnà cum meliorationibus,num.*2.

3 *Euicta re ratione dominij non admittitur oblatio.*

*Et quid ſi fuerit euicta ratione hypothecæ, num.*4.*& quomodo ſuccurrẽdum ſit emptori, vt libera remaneat, num.* . . .

5 *Denunciatio litis requiritur ad hoc,vt poſſit euictus agere de euictione.*

6 *Quamuis ſciuerit venditor litem, motam.*

7 *Et ſufficit,quod denunciatio fiat principali,nec eſt neceſſe,quod fiat fideiuſſori.*

8 *Caſus,in quibus non requiritur denũciatio,recenſentur.*

9 *Denunciatio fieri poteſt in quacumque parte iudicij ante publicationẽ,& nu.* 10. *An poſſit fieri poſt publicationem, quando eſt perſona priuilegiata, vt minor,&c.num.*11.

12 *Quomodo ſit facienda denunciatio habenti tutorem,ſeu curatorem.*

An ſuperſedendum ſit in cauſa, donec emptor denunciauerit,ibid.

Eui-

13 *Euicta re à creditore empta, vel eidem insolutum data ab eodem distracta, an vetus actio remaneat.*

ARGVMENTVM.

De euictione vt possit agi, requiritur denunciatio, quæ, cui, & quomodo facienda sit, & in qua parte iudicij, maximè quando adsunt mulier, aut minores; & an, & quando supersedendum sit in causa propter denunciationem, vetusquè actio maneat, vel secus.

SECTIO LXII.

1 QVoniam plerumque accidit, quod aliquis conuentus sit actione reali, & ab alio causã habeat, quid sit in eo casu agendum tractabimus hoc loco; & in primis erit aduertendum, quod debet conuentus laudare suum Authorem, denunciãdo sibi litẽ ad hoc, vt cõtra eũ possit habere recursũ de euictione, *l. emptor, C. de euict. cũ simil.*

2 Et lite denunciata si obtinet, habet rẽ, quã emit, si res euicta fuerit à venditore, consequiturquè quanti sua interest vnà cũ melioratiõnibus, quas fecit, *l. si controuersia C. de euict.*

3 At si venditor eãdem rem offert, postquã res euicta fuit ratione dominij quæ euictio habet perpetuam causam, non est admittenda oblatio, per *tex. in l. habere licere, C. de euict.* vbi semel commissa stipulatione, amplius resolui non potest.

4 Sed si res fuerit euicta ratione hypothecæ, tunc admittenda est oblatio, *l. euictis, ff. de euict.* quia soluto debito, pignus, seù hypotheca extinguitur, *l. si rem, §. omnis, ff. de pign.* & hanc distinctionem tenent multi DD. & sequuta fuit S. C. prout refert *Vinc. de Franch. decis. 145. à num. 2.*

5 Etsi non denunciauerit, non potest agere de euictione, *l. si fundo 75. §. cum possit, ff. de euict. l. emptor, C. de euict.* notat post alios *Mangil. de euict. q. 3. n. 1.* vbi rationem subdit *à nu. 3. & q. 4. à num. 1.*

6 Quod amplia primo, & si sciuerit venditor litem motam; nam formaliter facienda est denunciatio per ipsum emptorem vẽditori, vt post *gl. in cap. 1. vers. negotium, & ibi Bald. n. 2. & 3 si de feudo defuncti vas* & alios, quos latissimè cumulat, censuit nouissimè *Mang. d. q. 4. n. 14.* nã nõ sufficit hæc denunciatio simpliciter, ad hoc, vt vẽditor notitiã habeat, sed vt faciat aliqd de nouo, vt declarat *Bar. in l. non solum, §. de morte, de oper. nou. nunciat. Bar. Bal. & Ang. in l. qui absentem ff. de procur.* multi alij DD. hoc tenent, quos refert *Dec. cons. 74. nu. 5.* & quamuis aliqui contrarium teneãt, nihilominus hanc esse communem opinionem refert *Dec. præalleg. loc.*

7 Secũdò amplia, etiam quò ad fideiussores, *d. l. emptor, in fin.* quando principali non est facta denunciatio, verũ si fuerit facta principali, non est necesse, & fiat fideiussori, *l. Authore,* vbi *Bald. C. de euict.* notat *Bal. in l. libera, col. fin. vers. quæro non quod, C. de sentẽt. & interloc. Dec. præall. cons. 74.*

8 Sed sunt multi casus, in quibus absquè alia denũciatione habet emptor, recursũ contra Authorem de euictione, quos ponit *Alex. in d. l. non solũ §. morte, colum. 14. & 15. de oper. nou. nunciat. & in l. secunda, §. voluntate, col. 3. in fin. & seq. ff. solut. matrim. & Capyc. decis. 106.* extra hos casus, limita, quando antequam res sit euicta,

cta, reperit illam hypothecatam, nàm nõ poteſt agere de euictione; poteſt enim expectata ſententia illam liberare ab hypothecata, & in continenti committitur ſtipulatio contra venditorem ad intereſſe, *Bald. in l. ſi vbi*, C. *de euict.* poterit agere contra venditorem ad id, quantum minus res valet ob hoc, quia fuit tradita obligata, *Ang. in l.* 1. §. *ſi hæres*, *n.* 3. *ff. ad Senat. Conſul. Trebell.* vbi dicit hoc eſſe perpetuò menti tenendum.

10 Hæc verò laudatio Authoris fieri poteſt tàm ante litis conteſtationẽ, quam poſt; nàm in quacumque parte iudicij laudari poteſt, & ſibi lis nũtiari, dummodò fiat ante publicationem proceſſus, *tex.* & ibi *Bald. & gloſ. l. rem quam*, §. *fin. ff. de euict.* & dummodò fiat infra tempus, in quo actor cõparendo haberet legitimũ ſpatium ad probandũ, *Bal. d. l. libera*, C. *de ſentent. & interloc.* quia tertius cõparẽs, auditur in terminis, in qbus reperitur, *Maran in pract. p.* 6. *in* 5. *mẽb. n.* 5. vndè ſi Author ſit mulier, vel minor poteſt ſibi denuntiari, etiam poſt cõcluſum in cauſa, quia poſſunt petere reſtitutionem in integrum, etiam poſt concluſum in cauſa, & ſic haberent legitimum ſpatium ad probandum, *Afflict. deciſ.* 15.

11 Nàm minori poteſt lis denunciati, *Bald. in d. l. libera*, nec eſt neceſſe, quod ei faciat dare tutorem, ſeù curatorem, *Paul. de Caſtr. conſ.* 240. *effectus primi dubij*, *vol.* 1. vide *Bald. conſ.* 280. 3. *p. Tiraq. in tract. de vtroque retrat. glo.* 13. *fol.* 180. *nu.* 19. *Foll. in addit. ad Marant. in* 6 *p. in* 5. *mẽb. n.* 6.

12 Verùm ſi tutorem, ſeù curatorem habeat, ipſi denunciandus eſt, arg. eorum quæ dicit *Iacob. Ardiz. in ſum. quando minor poteſt inueſtire, in fin.*

Et non eſt ſuperſedendum in cauſa, donec emptor denunciauerit litem Authori, ſi Author ſit in Ciuitate, ſi verò fuerit abſens, tunc datur competens terminus ipſi emptori, & ſuperſedebitur interim in cauſa, vt in *hac pragm.* & in contumaciam proceditur contra Authorem laudatum, & in ſentẽtia dicitur, quod breui manu exequatur contra ipſum, *l.* 2. C. *vbi in rem act.*

Cùm verò euicta res eſt à creditore empta, vel eidem inſolutũ data, vel ab eodẽ diſtracta, an vetus actio maneat, videdus erit *D. Ferdin. Arias de Meſa* non minori doctrina, quam morum candore preditus, *variarum reſolut. lib.* 1. *cap.* 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. & 45. & breuiter, & diſtinctè caſus omnes in epilogo *in c.* 49 refert, *Reg. D. Franciſc. Merlin. controuerſiar. for. cap.* 27. *Io: Maria Nouar. in tract de inſolutum bonor. datione*, *q.* 7. 8. 9. 10. & 11. *ſect.* 1.

DE-

Digitized by Google

DECISIONES
PERTINENTES AD PRAXIM.
Quæ dum Praxis imprimeretur exierunt, reponendæ ſuis in locis.

Ad Sectionem Tertiam nu. 9. in fin.

HVius Tribunalis ſub iuriſdictione Præſidentis S. C. ſubditi ſunt tàm pro ciuilibus, quàm pro criminalibus cauſis Magiſtri Actorum, & Porterij, ſeù Apparitores, vt teſtatur *Regens Rouit. ſuper prag. 28. de Offic. S. C. in fin.* cum alijs Doctoribus ibi allegatis.

Qua ratione cùm eſſet conuentus in Collaterali Conſilio Magiſter Actorum S. C. per quem ſtipulata fuit fideiuſſoria cautio, ad ſoluẽdum de proprio, præuia diſcuſſione principalis; & fideiuſſoribus non repertis idoneis, inſtitit remitti cauſam ad Præſidentẽ S. C. ex ſuperiùs adductis; Verùm diſcuſſo negotio in Collat. Conſil. fuit denegata remiſſio, & iudicatum, quod procedatur in Collat. Conſil. & coram Reg. D. Franciſco Merlino, vt patet ex ſequenti decreto, & reſolutum fuit, quia apud Iudicem Collateralis Conſ. Magiſter Actorum ſtipulatus erat iudicatum ſolui, & agens coram altero non committitur ſtipulatio, nec alterius Iudicis ſententiæ ſe ſubmiſerat, *l. 3. in princ. ff. iudicatum ſolui, l. cum apud Sempronium, ff. eodem,* faciunt pro hac ſententia adducta in *deciſione mea 2. à num. 17.*

Ad Sectionem Nonam in fine.

ADde, & cùm aliàs accidiſſet fuiſſe expeditas per Ill. Ducẽ Medinæ delas Torres tunc huius Regni Proregem ſaluaguardiam nõnullis ciuibus Neritonis, vt nõ moleſtarentur pro delictis antiquis, quæ interpretamur ex ſtylo S. C. & Tribunaliũ Regni, ſi vltrà triennium fuerint perpatrata, nẽ vaſallis adimatur libertas proponendi iura vniuerſalia, & publica contra Barones, prætendente Ill. Comitiſſa Conuerſani Duciſſa Ciuitatis prædictæ, quod illæ reuocarentur, fuerunt per Collat. Conſil. confirmatæ, vt patet ex ſequenti decreto:

Super inſtantijs factis pro parte Ill. Comitiſſæ Conuerſani, Duciſſæ Neritonis pro reuocatione ſaluaguardię conceſſæ per Ill. Ducem de Medina delas Torres infraſcriptis particularibus Ciuitatis Neritonis, vt in actis, &c.

Digitized by Google

Die 26. Menſis Oct. 1644. Neap. &c.

Viſa ſaluaguardia expedita per Illuſt. Ducem de Medina delas Torres ſub die 30. menſ. April. 1644. tunc huius Regni Proregem in beneficiũ infraſcriptorum particularium Ciuitatis Neritonis.

Viſis etiam memoriali porrecto Illuſtriſsimo, & Excellentiſſimo Domino Proregi pro parte Ill. Comitiſsæ Conuerſani, Ducisſæ Neritonis, & omnibus in eis contentis, conſideratiſquè conſiderandis, &c.

Illuſtriſs. & Excellentiſs. Dominus Vicerex, Locumtenens, & Capitaneus Generalis prouidet, decernit, atque mandat, quod reſpectu Ioannis Petri Caballone, Cæſaris de Paulo, Notarii Alexandri Campolõgo, Iacobi Antonij Giulio, Frãciſci Antonij Rapana, Roberti Sambiaſe, Donati Antonij Corigliano, Marci Antonij de Vito, Hieronimi Matera, Aſcanij de Nuuio, Ioſeph de Lorenzo, Lucæ Giorgini, Io: Franciſci Facchechi, Delfini Zuccaro, Ioan. Donati Rè, Exculisbia, Andreæ Zuccaro, Io: Donati Piccione, Ioſeph de Nuuio, Iſabellæ Sõbrinæ, Baronis Baldaſſarris Carignani, Baronis Io: Guglielmi Sambiaſæ Baronis Pirri, Aloyſij de Rago, Marij Antonij Puzzauiuo, Franciſci Antonij Zmbara, Hieronimi Rucco, Ioannis Vincentis Carnalione, Ioannis Petri Giulio, Antonij Danielis, Petro Antonij Puglieſe, Franciſci Antonij de Orlando, Matthei Giorgini, Ioann. Thomæ Manieri, Petri Spinelli, Petri Vagnulo, Lupi Antonij de la Fontana, Donati Marię Donnola, Fabij de Monte, Petri Pantaleo, & viri Antonij Zuccaro gaudeant prædicta ſaluaguardia, in forma Regiæ Cancellarię per triennium tantùm, ità vt contra prædictos pro delictis præteritis non procedatur per officiales Illuſt. Ducisſæ Neritonis Comitiſsæ Conuerſani, niſi præuia licentia S. E. & Regij Collat. Conſil. ac inſtantia partium, & in futurum, durãte tempore prędicto non procedatur via facti, ſed via iuris, & iuris ordine ſeruato, excepto tamen ſi reperirentur infraganti delinquere, & in illis delictis, in quibus veniret imponenda pœna mortis, vel corporis afflictiua, in quibus caſibus tantùm valeant prædicti Officiales recipere informationem cum aſſecuratione perſonarum, & ſtatim transmittant ad S. E. & Reg. Collat. Conſil. reſpectu verò Stephani Caballone, Franciſci Luciani, & Virgilij Maſſafra moneãtur, vt compareãt infra dies viginti ad dicendum cauſam, quare nõ debet reuocari prædicta ſaluaguardia in eorum bencficium expedita, hoc ſuum, &c. Brancia Reg. Zuſia Reg. Sanfelycius Reg. Salamanca Reg. Ioſeph Barrilis Regius à Mandatis Scriba. Concordat cum originali, meliori collatione ſemper ſalua, &c. Ioſeph Barrilis Regius à Mandatis Scriba.

Ad

Ad Sectionem Decimamquartam sub num. 6. ibi, & 46.

ADde, & ità per Almum Collegiũ fuit iudicatum etiã in alijs Nobilibus extra Plateas huius Fidelissimæ Ciuitatis, vt nimirùm cõcepti in Ciuitate gauderent admissione ad Collegium, vt ex sequentibus decretis :

Die 24. Octob. 1645. Neap.

Visa informatione capta de natiuitate Magnifici V. I. D. Don Antonij de Rossi Vargas, visisquè scripturis præsetantis, factaquè relatione in Almo Collegio Neapolitano, & coram Magnifico V. I. D. Mutio Borrello Vicesgerente pro Ill. Duce Cagnani Alfonso Vargas Regio Consiliario, ac Vice Cancellario, per Spectabilem Dominum Regentem Ioannem Franciscum Sanfelicium causæ Commissarium ; Et quia constat prædictum Magnificum Don Antonium esse conceptum in hac Ciuitate Nap. ideò per prædictum almum Collegium fuit prouisum, & decretum eundem Magnificum D. Antonium tanquam conceptum, vt supra esse admittendum ; prout præsenti decreto admittitur ad prædictum almum Colleginm, & intelligatur admissus à die, qua petijt admitti, citrà tamen præiudicium iurium aliorum prætendentium admissionem ad Collegium, hoc suum, &c. Vargas. Sanfelicius. Notarius Franciscus Ampellonus Secret. & Actorum Magister, &c.

Extracta est præsens copia à suo originali ex actis almi Collegij Neapolitani, quæ conseruãtur in archiuio dicti almi Collegij; & cõcordat cũ suo originali, meliori semper salua, & in fidem, &c. Ita est Notarius Frãciscus Ampellonus de Neap. Secr. & Actorum Magister.

Die 4 Mensis Aprilis 1645. Neap.

Visa informatione capta de Natiuitate Magnifici V. I. D. Alonsi Baronis y Vargas, visisquè scripturis præsentatis, factaquè relatione in almo Collegio Neapolitano, & corã Magnifico V. I. D. Domino Mutio Borrello Vicesgerente, pro Ill. Duce Cagnani Alfonso Vargas Regio Consiliario, ac Vice Cancellario, per Magnificum V. I. D. ac Reuerendũ Abbat. Marcum Antonium Vasallum causæ Commissarium ; & quia constat prædictum Magnificum Alonsum esse conceptum in hac Ciuitate Neap. ideò per prædictum almum Collegium fuit prouisum, & decretum eundem Magnificum Alonsum tanquam conceptum, vt supra esse admittendum, prout præsenti decreto admittitur ad prædictum almum Collegium, & intelligatur admissus à die 5. Sept. 1624. sui doctoratus, qua die petijt admitti, citra tamen præiudicium iurium aliorum prætendetium admissionem ad Collegium, hoc suum, &c. Vargas. Marcus Antonius Vasallus. Notar. Franciscus Ampellonus Secret, & Actorum Magister.

Extracta est præsẽs copia à suo originali ex actis almi Collegij Neap. quæ con-

Digitized by Google

conſeruãtur in archiuio dicti almi Collegij, concordat cum ſuo originali meliori ſemper ſalua, & in fidẽ. &c. Ita eſt Notar. Franciſcus Ampellonus de Neap. Secret. & Actorum Magiſter.

Ad Sectionem Decimamſextam in fin. fol. 49.

ADde, & ſic fuit obſeruatũ, quãuis Delegatus quis fuerit à Sua Maeſtate, recuſante procedere, aut impedito Delegato, nàm Dominus Prorex poterit alterum ſubrogare, vt conſtat ex ſequenti facto, v3.

Excellentiſs. Señor.

El Marques de Cuſano dice, que hauiendo Su Mageſtad nombrado por ſu Delegado para ſus cobranzas, y pleytos del ſuplicante al Conſejero D. Fernando Arias de Meſa, y al dicho della algunos años aora hà declarado no querer, ni poder tener mas la delegacion, y porque el Suplicante tiene muchos negocios urgentes, y de gran conſideracion; Suplica V. E. ſe ſerbi de nombrar otro Miniſtro en ſu lugar, que de mas de ſer juſto, lo reciuirà à gracia.

Oſtendatur. Zuſia Reg.

A dì 20. di Decembre 1645. ſi è moſtrato il detto memoriale al Signor Conſigliero Arias de Meſa, il quale hauendolo letto, mi replicò, che è vero, che lui hà declarato non volere procedere in la delegatione predetta, & che ſe li faria grandiſſimo fauore dalli SS. Regenti del Collaterale à nominare altro in ſuo luogo, però le recorda, che queſta delegatione è di S. Maeſtà.

Habita etenim iſta relatione fuit electus per S. E. pro Delegato Regius Cõſiliarius D. Anibal Moles, vir ſua, & Auorum nobilitate, integritate, & morum candore, inſignis, vt ex infraſcripto decreto:

Die 12. Ianuarij 1646. Neap.

Lecto retroſcripto memoriali S. E. in Regio Collaterali Conſilio, ac viſa replicatione facta per Regium Conſiliarium Don Fernandum Arias de Meſa, ac etiam ex cauſis diſcuſſis.

Illuſtriſs. & Excellentiſs. Dominus Vicerex Locumtenens, & Capitaneus Generalis, &c. prouidec, decernit, atque mandat, quod Magnificus Conſiliarius D. Anibal Moles in cauſis prædictis procedat ſeruata forma delegationis dicti Conſiliarij Arias de Meſa, dummodò infra ſex mẽſes ſupradictus Marchio procuret cõfirmationem à S. Maieſtate, hoc ſuũ, &c.

Ad Sectionem Decimamſextam in fin. ibi, *iuxtà præfata decreta.*

ADde, verùm cũ fuiſſet à decretis reclamatum fuit in cauſa reclamationis additum, qđ liceat Chirothecarijs vendere maniclutos reclamatos, vt ex infraſcripto decreto, v3.

In

Digitized by Google

In causa inter Consules artis Pellecteriorum, & Consules artis Chirothecariorũ, & alios, vt in actis, &c.

Die 4. mensis Septemb. 1646. Neap.

Facta relatione de omnibus S. E. in Regio Collaterali Consilio per Ill. Marchionem Torelli Regentem Hectorem Capycium Latro Collateralem Consiliarium, & Commissarium, &c.

Illustriss. & Excellentiss. Dominus, Vicerex, Locumtenens, & Capitaneus Generalis, &c. prouidet, decernit, atque mandat, quod infra quatuor dies audiantur partes, & interim citra præiudicium iurium partium, decretum latum per Collat. Consil. sub die 17. Nouemb. 1644. debitæ exequutioni demandetur; verùm liceat Chirotecarijs vendere manichitta recamata, hoc suum, &c. Zusia Reg. Sanfelicius Reg. Capycius Latro Reg. Merlinus Regens. Ioseph Barrilis Regius à Mandatis Scriba.

Ad Sectionem Decimamsextam ad literas Regis, in quibus permittitur delegatio, quo ad exteros, fol. 46. col. 2.

ADde, & cùm incidisset de his cõtrouerti in Collaterali Consilio, fuit interpositum sequens decretum:

In causa Io: Stephani, & Io: Petri Suposti, & Io: Philippi Andreyni Florentini eorum creditoris, & Cessionarij cum Magnificis Actorum Magistris S. R. C. Io: Antonio de Lo Licto, & Ioseph de Martino, vt in actis, &c.

Die 19. Iulij 1645. Neap.

Visis actis, factaquè relatione de omnibus S. E. in Regio Collat. Consil. per Spectabilem Reg. D. Franciscum Merlinum Regium Collat. Consiliarium, & Commiss.

Illustriss. & Excellentiss. Dom. Vicerex, Locumtenens, & Capitaneus Generalis, &c. prouidet, decernit, atque mandat, quod in causa prædicta procedatur in Regio Collaterali Consilio, & coram præfato Spectabile Regente Merlino Commissario Delegato causarum Nationis Florentinæ, hoc suum, &c.

Ad Sectionem decimam septimam quãdo agitur de interesse Regij Fisci prętensi creditoris, quamuis concursus creditorum in S. C. adsit, remittitur ad Rég. Cam. prout ex decreto, quod

In causa Fisci Regalis Patrimonij cũ creditoribus quond. Io: Francisci de Anfora, olim Caratarij Arrendamẽti Vini d' Ametrano, & Angelis, vt in actis, &c.

Die 22. Septemb. 1645. Neap. Visis omnibus actis, factaq; relatione Suæ Excellentiæ in Regio Collaterali Consilio per Spectabilem Regentem Didacum Bernardum Zusiam Regium Collateralem Consiliarium, & Commissarium, &c.

Illustriss. & Excellentiss. Dominus Vicerex, Locumtenens, & Capitaneus Generalis, &c. prouidet, decernit, atque declarat, benè fuisse, &

esse

Digitized by Google

eſſe prouiſum in præſenti cauſa per præfatum Spectabilem Regentem Zufiam cauſæ Commiſs. ſub die 21. Iulij 1644. quod in cauſa prædicta, Regia Camera Summariæ procedat, & iuſtitiam faciat, hoc ſuum, &c. Zufia Reg. Sanfelicius Reg. Capycius Latro Reg. Don Franciſcus Merlinus Reg. Franciſcus Anaſtaſius Regius à Mandatis Scriba. Concordat cum originali, meliori collat. ſemper ſalua, et in fidem, &c. Franciſcus Anaſtaſius Regius à Mandatis Scriba.

Sed in caſu non abſimili fuit dictum per Collat. Conſil. *quod procedatur coram Delegato,* vt ex decreto, quod ſequitur.

In cauſa Franciſci Mariæ Spinolæ, & aliorum creditorum quond. Octauij Serra cum Proſpero Coſtaguta ſimiliter creditore dicti Octauij Serra, vt in actis, &c.

Die 9. Octobris 1645. Neapoli viſis actis, & facta relatione de omnibus S.E. in Regio Collaterali Conſilio per Spect. Reg. D. Franciſcum Merlinum Regium Collateralem Conſiliarium, & Commiſſarium.

Illuſtriſs. & Excellentiſs. Dominus Vicerex, Locumtenens, & Capitan. Generalis, &c. prouidet, decernit, atque mandat, quod in cauſa prædicta procedatur coram Regio Conſiliario D. Ferdinando Arias de Meſa Commiſſario Delegato, ſeruata forma ſuæ Delegationis, hoc ſuum, &c. Zufia Reg. Sanfelicius Reg. Capycius Latro Reg. D. Franciſcus Merlinus Reg. Anaſtaſius.

DE

Digitized by Google

DECRETA.

QVÆ IN EADEM MATERIA, IMPRESSIS præcedentibus decisionibus in manus nostras peruenerunt, eiusdem Almi Collegij Neapolitani, & Collat. Consil. reponenda, vt omninò scrupulus desit iudicantibus in causis similibus.

Die 12. Februarij 1605. Neap.

VISA *informatione capta ad instantiam Magnif. V. I. D. Leonardi Primicilis, & scripturis præsentatis, factaque relatione in almo Collegio Neapolit. & coram Mag. & circumspecto Camillo de Curte Vicecancellario, per Mag. V. I. D. Franciscum Ristaldum Commissarium; & quia constat, dictum Magnif. Leonardum esse conceptum in hac Ciuitate Neap. ideò per dictum Almum Collegium fuit prouisum, & decretum, dictum Magnificum Leonardum esse admittendum, prout præsenti decreto admittitur ad dictum almum Collegium, & ab hodie citrà præiudicium aliorum prætendentiũ admissionem ad Collegium, hoc suum, &c. Camillus de Curte Vicecancellarius. Franciscus Ristaldus, Not. Io: Antonius Infrisius Actuar. & Secret.*

Die 27. Maij 1606. Neap.

VIsa *informatione capta ad instantiam Magnif. V. I. D. Francisci Antonij de Mercato, & scripturis præsentatis, factaque relatione in Almo Collegio Neap. & coram circumspecto V. I. D. Iacobo Lottherio Vicecancellario, per Mag. V. I. D. Augustinum Palombam Commissarium; & quia constat, esse conceptũ in hac Ciuitate Neap. ideò per dictum Almum Collegium ab hodie citrà præiudicium aliorum prætendentium admissionem ad Collegium, verùm quod ipse præcedat Magnif. Io: Iacobum de Mercato, & Octauium Mirtum, Mercendarium, & Casellam, hoc suum, &c. Iacobus Lottherius Vicecancell. Augustinus Palõba. Not. Cesar Benincasa Act. Extracta est præsens copia à suo originali ex actis Almi Collegij Neap. quæ conseruãtur in archiuio Almi Collegij, facta collat. concordat, meliori semper salua, & in fidem, &c. Neap. die 18. Iulij 1646. Ita est Not. Franciscus Ampellonus de Neap. Secret. & Actor. Magist.*

Die 7. Iunij 1606. Neap.

VIsa *informatione capta de Natiuitate Magnif. V. I. D. D. Francisci Vitignani, & scripturis præsentatis, factaquè relatione in Almo Collegio Neapol. & coram Mag. V. I. D. Mario Altimaro pro Vicecancellario per Mag. V. I. D. Franciscum Ristaldum Commissarium, & quia constat esse conceptum in hac Ciuitate Neap. ideò per dictum Almum Collegium fuit prouisum, & decretum, dictum Mag. D. Franciscum*

eſſe admittendum, prout præſenti decreto admittitur ad dictum almũ Collegium ab hodie, citrà præiudiciũ aliorum prætendentiũ admiſſionem ad Collegium; verùm quod ipſe præcedat omnes doctoratos, & admiſſos poſt doctoratum ipſius Magnif. D. Franciſci, hoc ſuũ, &c. Iacobus Lotterius Vicecancellarius. Franciſcus Riſtaldus. Not. Ceſar Benincaſa Actuarius.

Die 17. Iunij 1606. Neap.

VIſa informatione capta ſub die 2. Decembris 1604. de conceptione Mag. V. I. D. Franciſci Fontanaroſæ, per quam conſtat eſſe conceptũ in hac Ciuitate Neap. ac decreto in actis per Almum Collegium interpoſito die 11. dicti menſis, per quod declaratur fuiſſe conceptum in hac Ciuitate Neap. & tanquam conceptũ debere gaudere omnibus prȩrogatiuis, quibus gaudent Neapolitani orti, & oriundi, & in prædicto Almo Collegio; & de his omnibus facta relatione in Almo Collegio Neapolitano, & corã circumſpecto V. I. D. Iacobo Lottherio Vicecancellario per Mag. V. I. D. Franciſcum Riſtaldum Commiſſarium, per dictum Almum Collegium fuit prouiſum, & decretum, dictum Mag. Franciſcum eſſe admittendum, prout præſenti decreto admittitur ad dictum Almum Collegium ab hodie, citrà præiudicium aliorum prætendentiũ admiſſionem ad Collegium, hoc ſuũ, &c. Iacobus Lottherius Vicecancel. Franciſcus Riſtaldus. Not. Ceſar Benincaſa Actuar.

Die 27. Iunij 1606. Neap.

VIſa informatione capta de Natiuitate Magnifici V. I. D. Franciſci Vilches de Neap. & ſcripturis præſentatis, factaque relatione in Almo Collegio Neap. & coram circũſpecto V. I. D. Iacobo Lottherio Vicecancellario, per Magnificum V. I. D. Ioannem Thomam Coppulam Commiſſarium; & quia conſtat eſſe conceptum in hac Ciuit. Neap. ideò per dictũ Almũ Collegiũ fuit prouiſum & decretum, dictum Magnificum Franciſcum eſſe admittendum, prout præſenti decreto admittitur ad dictum Almum Collegium, ab hodie, citrà præiudicium aliorum prætendentium admiſſionem ad Collegiũ; verùm quia per ipſum non ſtetit, vt oretenus fidẽ fecit ſupradictus Magnif. Commiſſarius, præcedat omnes doctoratos, & admiſſos poſt doctoratum ipſius Magnifici Franciſci, hoc ſuum, &c. Iacobus Lottherius Vicecancell. Io: Thomas Coppola. Io: Antonius Infriſius Act. & Secret.

Die 28. Martij 1607. Neap.

VIſa informatione capta ad inſtantiam Magnif. V. I. D. Aſcanij Filomarini, & ſcripturis præſentatis, per quas conſtat dictum, Magnificũ Aſcanium eſſe conceptum in hac Ciuitate Neap. & eſſe de Nobilibus Sedilis Capuanæ, factaquè relatione in almo Collegio Neapol. & coram circumſpecto V. I. D. Iacobo Lottherio Vicecancellario; per Mag. V. I. D. Ioannem Antoniũ de Tufo Commiſſarium, per dictum Almum Collegium fuit prouiſum, & decretum,

dictum

dictum Magnif. Ascanium esse admictendum, prout præsenti decreto admittitur ad dictum almum Collegium, & intelligatur admissus à die sui doctoratus, in quo die petijt admitti, citra præiudicium aliorum prętendentium admissionem ad Collegium, hoc suum, &c. Iacobus Lotherius Vicecancellarius. Io: Anton. de Tufo. Not. Io: Antonius Infrisius Actuar. & Secret.

Extracta est præsens copia à suo originali ex actis Almi Collegij Neapol. quæ conseruantur in archiuio dicti almi Collegij, facta collat. concordat, meliori semper salua, & in fidẽ, &c. Neapol. die 18. Iulij 1646. ità est Not. Franciscus Ampellonus de Neap. Secr. & Actor. Magist.

Die 4. Decembris 1638. Neap.

VISA informatione capta de Natiuitate Magnifici V. I. D. Ioseph Riccardi Neapolitani, visisquè scripturis præsentatis, factaquè relatione in Almo Collegio Neapolit. & coram Magnif. V. I. D. ac Regio Consiliario Io: Francisco Sanfelicio Vicegerente pro Illustris. Cayuani Duce Io: Angelo Barilio, Collaterale Consiliario, & huius Regni Secretario, ac Vicecancellario, per Magnificum V. I. D. Io: Baptistam Branciam causæ Commissarium; & quia constat prædictũ Magnificum Ioseph esse conceptum in hac Ciuitate Neap. ideò per prædictum Almum Collegium fuit prouisum, & decretum, eumdem Magnificum Ioseph tãquam conceptum in hac Ciuitate Neap. vt supra, esse admittendum, prout præsenti decreto admittitur ad prædictum Almum Collegium, & intelligatur admissus à die sui doctoratus, qua die petijt admitti, citrà tamen preiudicium iurũ aliorum prætendentium admissionem ad Collegium, hoc suum, &c. Barilius Vice Magni Cancellar. &c. Io: Baptista Brancia. Not. Iacobus de Christiano Secret. & Actor. Magist.

Præsentes quinque copiæ fuerunt extractæ à proprijs originalibus ex actis almi Collegij Neapolit. quæ conseruantur in archiuio dicti almi Collegij, facta collat. concordat, meliori semper salua, & in fidem, &c. Neap. die 18. Iulij 1646. ità est Not. Franciscus Ampellonus de Neapol. Secret. & Act. Mag.

Ad Sectionem 17. num. 4.

Adde decretum in causa D. Præsidentis Ioannis Baptistæ Pisanelli, cuius forma omissa fuit, dum praxis imprimeretur, estquè tenoris sequentis.

In causa Marci Antonij de Ianuario cum Magnif. V. I. D. Ioanne Baptista Pisanello Præsidente Regiæ Cameræ Summ. Die 7. Nouembris 1644. Neap.

Facta de prædictis relatione S. E. in Regio Collat. Cons. per Spectabilem Regentem Sanfelicium Regium Collat. Consil. & Commissarium.

Illustris. & Excellentiss. Dominus Vicerex, Locumtenens, & Capitaneus Generalis, &c. prouidet, atque mandat, quod Sacrum Consil. super remissione petita ad Regiam Cam. Summ. pro parte supradicti Magnifici V. I. D. Ioannis Baptistæ Pisanelli Præsidentis eiusdem Regiæ Camerę Sum. auditis partibus, iustitiam faciat, hoc suum, &c. Brancia Reg. Zusia Reg. Casanate Reg. Sanfelicius Reg. Salamanca Reg. Io: Baptistæ Grimald. Regius à Mandatis Scriba.

Et quamuis aliàs anceps olim fuerit quęstio hæc in Ministris Regiæ Cameræ, quò ad negotia extra officiũ, vt est videre in mea decis. 291. tamẽ per Collat. Consil. fuit decisum, vt infra:

In causa Magnif. Fabritij Cennami Præsidentis Regiæ Cam. cum Andrea Campanile. & succesſiuè Ioannam Campanile eius filia, & hærede vt in actis, &c.

Die 1. Sept. 1645. Neap. Viſis actis, ac facta relatione de omnibus Suę Excellentia in Regio Collaterali Conſilio per ſpectabilem Regentem Didacum Bernardum Zuſiam Regium Collat. Conſil. & Commiſſar.

Illuſtriſs. & Excellentiſs. Dominus Vicerex, Locumtenens, & Capitaneus Generalis, &c. prouidet, decernit, atque mandat, quod Regia Camera Summariæ in causa predicta procedat, & iuſtitiam faciat, hoc ſuum, &c. Zuſia Reg. Sanfelyc. Reg. Capyc. Latr. Reg. Merlin. Reg. Frãciſcus Anaſtaſius Regius à Mandatis Scriba.

Et cùm ab hoc decreto fuiſſet reclamatum, fuit cõfirmatum decretum, vt patet ex ſequenti:

In cauſa Migaif. Fabritij Gennamo Præſidentis Regiæ Cam. Summar. cum Ioanna Campanile nomine, vt in actis, &c.

Die 20. Iulij 1646. Neap.

Viſis actis, & facta relatione de omnibus S. E. in Regio Collaterali Conſilio per Spectabilem Regentem Didacum Bernardum Zuſiam Regium Collat. Conſil. & Commiſs.

Illuſtriſs. & Excellentiſs. Dominus Vicerex, Locumtenens, & Capitaneus Generalis, &c. prouidet, decernit, atque declarat, bene fuiſſe, & eſſe prouiſum in preſenti cauſa in cauſa reclamationis per Regium Collaterale Conſil. ſub die 1. Septemb. 1645. hoc ſuum, &c. Zuſia Reg. Sanfelic. Reg. Caracciol. Reg. Capycius Latro Reg. Anaſtaſ.

Ad Sect. 26. ſub num. 4. fol. 92. ibi, *Actorum Magiſt.*

Adde, quod inter inſtructiones transmiſſas, in Coll. Conſ. relatas, ſequens eſt, mandans S. Ciptolica Maieſtas, per Secretarium Regni non poſſe diſpẽſari matriculis, niſi finito quinquennio.

EL dicho Secretario del Reyno como Vicecancelier de Colegio de los eſtudios de Napoles hà contrauenido alas prematicas, y ordenes dadas por mis Virreyes, para ſu obſeruancia, y execucion, conſintiendo que cõtra lo diſpueſto por ellas ſe dieſſen grados à gran numero de perſonas aſſi en leyes, como en filoſofia, y medicina, que no hauian ſido matriculados, y à otros, que les faltaua la mayor parte delas matriculas. y ſiendo eſto de tanto enconueniente, come ſe deja conſiderar; ordeno, y mando, que el dicho Vicecancelier para hauer de dar los grados, guarde y obſerue con toda puntualidad lo diſpueſto por las dichas prematicas, y ordenes, ſin exceder dellas por ningun caſſo, pues el hacerlo es en tanto daño, y perjuicio del publico.

DE

Digitized by Google

DE ORDINE IVDICIORVM,

Siuè

SVMMA ORDINIS PROCEDENDI IN QVIBVSCVMQVE CAVSIS

CIVILIBVS, CRIMINALIBVS, ET MIXTIS,

Præsentationibus instrumentorum, interloquutoriarum formis Curia pro Tribunali sedente, iuxtà dispositionem communium legum, sacrarumquè Constitutionum, ac Pragmaticarum Regni Neapolitani, & Rituum M. C. V.

SVMMARIVM.

1 REVS citandus est coram Iudice competenti.
2 Mandata, & citationes quomodo expediri debeant.
3 Citatio quãto tempore circumducatur.
4 Absentia citati si allegetur, quando sit admittenda.
5 In causis ciuilibus comparente reo per procuratorẽ an debeat recipi absentiæ excusatio.
6 Procuratori an cõcedendus sit terminus ad denunciandum eius principalibus.
7 Relationes nunciorum extra Ciuitatem, & districtum quomodo sint faciendæ.
8 Contumaciæ quomodo, & quando sint incusandæ.
9 In mandato facto à Iudice an debeant incusari contumaciæ, & possit exequi pœna ratione spreti mandati, absquè alia citatione.
10 Practicam accusandi contumacias qui scribant, quiq; terminus sit expectandus in primis citationibus, & mandatis,
11 Incusata contumacia in primis citationibus, mandatis, alijsquè prouisionibus reus vocatur in Curia pro Tribunali sedente.
12 Si appellatur à decretis contumaciarũ non impeditur exequutio, nisi in casu nullitatum apparentium ex eisdem actis.
13 Obligationes pœnès acta habent exequutionem paratam.
14 Conuentus cùm opponit exceptiones dilatorias, actor debet adimplere, quod sibi incumbit.
15 Exceptiones, quæ opponuntur, si requirant discussionem causæ, datur terminus in tota causa.
16 Prouisiones, & citationes intus Ciuitatem, & Tribunalia Neapolis, & extra, quando sint vocandæ.
27 Reus si non potest citari nequè domi, nequè de persona, & ignoratur locus, in quo ipse possit citari, quid agendũ.
18 Immissio ex primo decreto quando ordinari possit.
19 Procurator si instet dari sibi terminũ, absquè quod reputetur contumax, quid obseruatur.

Digitized by Google

20 *Citatus ſi non comparet, qua pœna puniatur.*
21 *Practica primi decreti recenſetur.*
22 *Actuarij, & Subactuarij quomodo ſcribant decreta.*
23 *Contumaci quod ſpatium concedatur ad purgandam contumaciam.*
24 *Et à quo tempore currat ſpatium illud.*
27 *Quibus excuſationibus euitetur contumacia.*
26 *Contumacibus perſeuerãtibus per trimeſtre tempus, quomodo procedatur.*
27 *Impedimenta iuſta ad impediendas contumacias, quæ dicantur.*

1 QVILIBET agere volens contra aduerſarium ſuum renuentẽ ſibi ſatisfacere, illum coram Iudice competenti in ius vocare tenetur, ità dictat pragmatica Regni.

At quoniam, & in hoc multa ſunt animaduertenda, duxi ad cõmodũ, tironũ, & omniũ, q in foro verſantur sũmã hanc ordinis procedendi conſcribere, p qua imprimis monendus eſt qui lites agit, q in quolibet libel-
2 lo, cauſa, nomen, cognomen, & patria actoris, & rei declaranda eſt, ac etiam Magiſtratus libellum commictentis, cum re, de qua agitur, vnde verſus ex *gloſ. conſtit. edictorum, in verbo coram quo*, quis agat, quæ res, quæ quæſtio, tempus, quo reus adueniat, forma citationis erit.

3 Secũdò, q infra ſex mẽſes reo libellus denunciãdus eſt perſonæ, vel eius domi, quo elapſo circumducitur citatio.

Itẽ q citandus eſt quis domi, quãdo copia de perſona haberi non poteſt, iuxta *conſtit. edictorum, & Regiã pragmaticam*, & in relatione Nuntius debet referre, quod in Ciuitate nõ reperitur, ideò citauit ipſum domi, fallit, quãdo prius fuiſſet citatus perſonalitèr, nàm poſtea valet ſimplicitèr citatio facta domi, *Afflict. in conſtit. citationis literæ, num. 2. verſ. & ſic oportet*, ibiquè ponit formam perquiſitionis de perſona.

Aduertatur tamẽ, q relationes in citationibus ſuper tenore inſtrumẽti, iuxta ritum M.C. & ad informandum, & ad capitula, & foriudicandũ fiant per Nuntios scriptos in matricula ſcientes ſcribere, non per alios, vt eſt diſpoſitũ p *prag. 5. de citation.*

Verùm cùm aliquid reo perſonalitèr denunciatur, non admittitur abſentiæ excuſatio, ſi verò domi, & conſanguineus, vel familiaris dicat de citati abſentia, tunc admittitur, daturquè terminus iuxtà loci diſtantiam, ad denunciandum reo talem libellum ad hoc, vt in iudicium venire poſſit, quę temporis dilatio ipſi non prodeſt, ſi de eius abſentia cõtrarium conſtet.

Hæc ità indefinitè dicta procedũt in cauſis criminalibus, etenim in cauſis ciuilibus comparente reo per procuratorem non recipitur abſentiæ excuſatio, cùm agi poſſit cum ipſo procuratore, quod idem obſeruãdum erit in citato ſuper tenore inſtrumenti per *Reg. prag. 7. de inſtrum. liquidatione*, quando allegatur infirmitas, nàm tunc poterit procedi cõgruenti termino, iuxtà diſtantiam loci ad producendum mandatum cum infirmitatis fide, & in hoc fuit moderata diſpoſitio prędictæ *pragm.* in qua non aderat temporis dilatio.

Idquè ità verum eſt, quod non poteſt Iudex prędipere litiganti in cauſa ciuili, quod compareat perſonalitèr, *Afflict. in d. conſtit. edictorum, n. 36. verſ. & ex hoc ſequitur.*

Sed ſi ante citationẽ petierit procurator terminum ad ſe inſtruẽdum à ſuo principali, tunc datur dilatio, ſecus ſi poſt citationẽ, qa benè poterat à ſuo principali inſtrui, atq; doceri.

6 Poſſunt enim procuratores petere, quod detur terminus competens ad denunciandum eorum principalibus ſecundum diſtantiam loci, in quo principales degunt ad hoc, vt

poſ-

possint à principalibus informari de iuribus, & meritis causæ, & in causa superſederi, qui terminus est statim concedendus, & interim superſedendum, *cap. constitutus, de procur. & auth. qua in prouincia*, vbi *Bart. nu. 5. & 6. C. vbi de crimin. agi oport. Muscatell. in glos. similes, 3. p. num. 5.* quæ exceptio vocatur dilatoria instructiua, & hoc quando absentia est voluntaria, sed si est necessaria, æquiùs est, cum constat, quod expectetur, donec, veniat, *Andr. in cap. 1. de controuers. inter Dom. & vasall.* de quo meminit *Aflict. in d. constit. edictorum num. 24. vers. secunda quæstio erit*, ibiquè declarat, quando absentia sit necessaria, & quando possit, & per quē opponi.

7 Et aduertatur, quod in denunciatione libelli, mandati, vel prouisionis extra Ciuitatem, seù suburbia adesse debēt saltem duo testes, quorum nomen, atquè cognomen in relatione Nuntij describatur, aliàs talis relatio pro nulla habetur, præterquam si reus, vel eius procurator in iudicium veniret ad prosequendum in causa, de qua agitur, quia per talē actum valida redditur citatio.

8 Et quoniam solet non comparere qui citatus est, tunc in citationibus tàm intus Ciuitatem, & suburbia, quàm extra, accusantur primæ contumaciæ infra terminum datum ad comparendum, & si festus dies adesset, differtur dilatio ad proximos sequentes dies non feriatos, quamuis non fiat mētio causæ dilationis, qđ q; non obseruetur in M. C. fieri mentionem de diebus fieriatis, videndus est *Marant. in par. 6. in 1. memb. à n. 67. & rit. 219. & ibi Carauit. in rit. 38.* refert practicam accusandi contumacias in mandato facto à Iudice; accusantur .n. contumaciæ seruata forma ritus Mag. Cur. de qua dictum est in *sect. 37. num. 28.* & an exequenda sit pœna absquè alia citatione, vel citatio requiratur ad dicendum causam, quare non sit exequenda pœna, *Aflict. in constit. edictorum, num. 32.* format quæstionem, & sustinet opinionē affirmatiuā cōtra *Andreā* cum distinctione, *in vers. duodecimò quærit.*

9 Verū Actore, vel eius procuratore infra terminū datū in iudicio primas contumacias non accusante, si reus, vel eius procurator compareat cum libelli exemplo authentico, ac relatione, potest accusare primam contumaciam cōtra ipsummet actorem non accusantem primas contumacias infra terminum datum, triduoquè elapso illum in Curia vocare, videndus est *Aflict. in d. constit. edictorum, à num. 20. & Carauit. rit. 210. & 218.* actor enim se subtrahens, ne acta rei ipsi intimentur, vel non esset notum, nec domum certam haberet in Ciuitate, seù loco iuditij, poterit Iudex actorem cogere, vel quod sibi eligat in loco iudicij domū, vbi citari possit, vel q relinquat procuratorem, quia durum est semper mittere ad Villā, seù Comitatum, inquirendo, vel perquirere per totā Ciuitatem ignotos, *Petr. Foll. ad Marant. p. 6. ver. rectè concipiatur citatio, num. 100. vers. additio ad effugiendum tumen, Muscatel. in pract. par. 3. in glos. comparentis, num. 9. vers. & aduerte, quia erit in potestate*, vndè inoleuit praxis, quod habilitato reo cum cautione de se præsentando, additur cum designatione domus, in qua possit citari, & contra ipsum actorem accusantur contumaciæ, & proceditur ad instantiam rei, & tenentur ad expensas iuxta *ritus* supradictos 210. & 218. in quam si ipse actor nō venerit, tenetur reo de expensis, & reus absoluitur, & ad hoc, vt contra illum agere postea possit expensas ipsi conuento reficere debet, ac iterum eum citare; nam maior est actoris, quàm rei cōtumacia, si verò reus non accusaret dictam contumaciam, & cōtra ipsum fuisset accusata tempore incongruo, contumacia non

tenet

tenet, nec vigore illius poteſt procedi contra reum.

10 Quod verò dictum eſt de tridui ſpatio poſt primam contumaciam expectando, intelligendum eſt in primis citationibus; in alijs enim intermedijs, vt ſunt citationes ad publicandum, concludendum, &c. non expectatur triduum, ſed ſequenti die poſt accuſatam primam contumaciam, decernitur de eo, qđ petitur, verũ in M.C. nõ obſeruatur modus citandi ad publicandum, & concludendum, ſed ſolum publicatio, & concluſio fiunt per decreta, ſolũ in S. Conſ. & in alijs Curijs fiũt actus prædicti præuijs citationibus, nec accuſantur contumacię in iſtis intermedijs, ſed biduò elapſo proceditur ad vlteriora.

11 Qua contumacia accuſata in dictis primis citationibus, mandatis, alijſuè prouiſionibus, in quibus obſeruatur, quod ſupra dictum eſt, elapſo triduo reus in Curia, vocatur, Curia pro Tribunali ſedente, ſi comparet, & cauſa, de qua agitur eſt ſupra 36. aureos, & petit, quod detur libellus, ſeù petitio, per Iudicem prouidetur, quod detur ad primam, vel detur citatio loco libelli; quando verò dicti libelli nõ eſſent in promptu, & cauſa eſſet infra 36. aureos, tũc cõmittitur Iudicibus pedanæis, per quos proceditur vſque ad relationem, referendo M. C. quod ſunt voti, vel videtur mihi reus abſoluẽdus, vel condemnandus, præterquã ſi eſſent cauſæ exequutiuæ, vt ſunt apocæ liquidæ, exequutio pacti inſtrumentis adiecti, patentiũ, literarũ regiarum, ſententiarum, obligationum, laudorum, &c. quæ tàm ſuprà, quàm infrà ſummam prædictam nõ committuntur, nec datur libellus, ſed proceditur per Mag. Cur. exequutiuè abſquè libelli petitione, & concluſione.

12 Et ſi appelletur à decretis prædictarum cauſarum nõ impeditur exequutio, niſi in caſu nullitatũ tantùm, apparentium ex eiſdem actis, ex reuolutione cartarum *Ann. pater in repet. capituli primi, de vaſallo decrepita ætatis, ſub num.* 244. *verſ. tertium remedium erit*, & non obſtante appellatione, præſtita tamen cautione de reſtituendo in caſu retractationis, proceditur ad exequutionẽ, & quando allegantur nullitates, datur terminus ad illas oſtendendas, & ſi in prõptu appareant, prouidetur circa illas; ſi verò requirerent altiorẽ indaginẽ, exequitur præſtita cautione de reſtituendo in caſu retractationis; At dictus modus committendi cauſas, quæ important minus, quam 36. aureos iudicibus pedanęis, hoc non obſeruatur in Mag. Cur. in qua ſunt ſubactuarij, per quos actitantur dictæ cauſæ.

13 Sic ẽt obligationes pœnes acta habẽt exequutionem paratam, ẽt pendente diſcuſſione nullitatum, *Afflict. deciſ.* 387. dummodò procedatur in eadem Curia; ſi verò ſit præſentata in alio Tribunali, præcedere debet citatio ad dicendum cauſam, quare, &c. *Vrſill. ad d. dec. Afflict.* 387. *n.* 3. *verſ. quãdo fuit capta inalia Curia.*

Itẽ nullitates apparentes ex eiſdẽ actis impediunt exequutionem, ſi incontinenti probentur, *Capyc. deciſ.* 21. quia quæ incontinenti fiunt, cenſentur ineſſe, *l. lecta cum concordãtibus, ff. ſi cert. petat.* & quando dicatur incontinenti, vide *Bart. in l.* 4. §. *condemnatum, ff. de re iudic.* & dicitur etiam incontinenti infra triduum, *l.* 3. §. *cum agitur, ff. de vi, & vi armat. l. fin.* C. *de error. Aduocat. l.* 1. C. *de emend. ſeru.* & facit *tex. in l. fin.* ibi, *illicò autẽ infra triduũ proximũ*, C. *de Iud.*

Erit tamen aduertendum, quod

14 ſi citatio, vel prouiſio, quæ dicitur vltrà ſummam eſſet ad omnes actus, & actor inſtaret pro termino dando, reus verò opponeret exceptiones dilatorias, vt eſt legitimationis perſonæ, cautionis pro expenſis, pendẽ-

tiæ

tiæ litis compromiſſi cauſæ remiſſionis,& aliarum ſimilium per M. Cur. prouidebitur, quod actor adimpleat quod ſibi incumbit, & quando requiritur probatio facti, prout ſi petatur remiſſio cauſæ, vel allegetur pendentia litis,tunc datur terminus ad probandum, quod incumbit ſuper dictis exceptionibus, qui terminus non currit, niſi adimpletis adimplendis.

15 Verũ ſi alię opponerentur exceptiones,vt ſatisfactionis,rei iudicatæ, tranſactionis, pacti de non petendo, &c. vt plurimum ſi dictæ exceptiones requirunt diſcuſsionem, datur terminus in tota cauſa, & illæ differuntur ad merita, vel à principio datur terminus ad probandum dictas exceptiones arbitrio Iudicis.

Secundò,erit aduertendum, quod 16 prouiſiones, & citationes intus Ciuitatem, & Tribunalia Neapolis vocandæ ſunt in Curia infra menſem poſt accuſatam primam contumaciam; extra verò Ciuitatem infra duos mẽſes, p̃ter quã ſi ſuperuenirẽt feriæ, & per *M.* Cur. decerneretur, quod dictus terminus nõ expiraſſet.

17 Et caſu, quo reus nõ poſſet citari, nequè domi, nequè de perſona ſuppoſito,quod ignoretur locus, in quo reus poſſit citari, capta informatione de hac loci incertitudine, per Magnam Curiam expeditur citatio per ędictum, in qua ſolet reo dari terminus vnius menſis ad comparẽdum,hoc eſt decem dierum pro primo,decem pro ſecũdo, & decẽ pro vltimo peremptorio termino, citaturq; ad ſonũ tubę in M.C.quãdo ſolebat Neapoli commorari, & quando alibi per ſeruientem illius Curiæ,ſiuè loci,in quo ſolebat degere, & ſimilitèr ad ſonum tubæ, ſi adeſt, alta,& intelligibili voce, ſed ſi non adſit cum interuẽtu ſaltem duorum teſtium, de quibus fiat mentio in relatione, & dicta citatio affigitur in valuis M. C. ibiquè affixa remanet, donec currat terminus,quo elapſo, dicta citatio tollitur à dictis valuis coram duobus teſtibus,in qua accuſari debet prima contumacia vltima termini die, & triduo elapſo vocatur in Curia,daturquè terminus,& proceditur ad citandum, & examinandum teſtes ſuper articulis, qui proponuntur,& ad publicationem, concluſionem, ſententiam, & ipſius exequutionem in contumaciam rei non cõparentis ad ſupradictos actus, & hoc obſeruatur in caſibus,in quibus à iure cauetur poſſe aliquem citari per ædictum.

Et ſi vocetur aliquis in Curia, cui prius mandatum fuerit, quod ſoluat aliquam quantitatem nummorum, vel bonorum, & non compareat ipſe, vel eius procurator, condemnatur ex primo decreto, inſtante actore, vel eius procuratore ad pœnam mandati, & de hac poſſeſſione ex primo decreto dictum fuit ſuprà *ſect.* 36.& 37.

18 At olim ſi citatus non cõparebat, damnabatur ad tertiã partẽ mobiliũ, ſed hoc non obſeruatur,vt infrà,per interloquutoriam Iudicis ſententiã; de iure autem in vtroque caſu poteſt interponi primum decretum, quod actor vigore contumaciæ rei mittatur in poſſeſſionem ex primo decreto bonorum debitoris pro sũma debiti, & ità expediuntur literæ exequutoriales per mandatum, ſicut per citationem.

Sed ſi actor, vel eius procurator non inſtaret, q̃ condemnẽtur,ſed q̃ detur terminus in contumaciam ad probandum,ad eius electionem da- 19 tur dictus terminus, abſq; q̃ reputetur contumax,& hic terminus debet reo notificari, quando non eſſet citatus ad illum recipiendum, quod ſi eſſet citatus ad hoc, non eſt neceſſarium, quod intimetur, ſed poteſt procedi in cauſa ad omnes alios actus neceſſarios, & iuridicos vſquè ad prolationem ſententiæ, & ipſius exequutionem, dicendo in citatione ad omnes, & ſingulos actus,

hoc

Digitized by Google

hoc eſt vſque ad exequutionem ſententiæ incluſiuè, prout clariùs dicetur infrà.

20 Vltrà hęc, ſi citatus, vel aliquis pro eo nõ cõparuit in vltimo peremptorio efficitur contumax, & condemnatur ad pœnam, & hæc vocatur interloquutoria, ideſt decretum, quod fit in vltimo peremptorio, vt dicit *Caranit. in rit. 29. num. 4.* de cuius forma vide *Foller.* quem addit idem *num. 5.* obſeruantia, vt legitur *in rit. 218. & ibi Caranit. num. 2.* quo facto actor mittitur in poſſeſſionem ex primo decreto pro ſumma debiti, & expediuntur literę exequutoriales, ſed ſi actor noluit accuſare, ſeù facere contumacem ſuum reum, ſed infletit, quod detur terminus ad probandum, in ſua electione conceditur, & notificatur reo, dummodò nõ eſſet citatus ad illum recipiendum, quo caſu non indiget alia intimatione.

21 Et poſtq; erit condemnatus reus ex primo decreto ad pœnam mandati, vel ad ſententiam per interloquutoriam, mediante citatione, in qua interloquutoria ſubactuarij ſcribunt, *lecta, lata, & ſcriptam*, dant Magiſtris actorum, per quos ſi aliquis non compareat de ſero coram Regente, & Iudicibus M. C. pro contumace reputatur, reliqua de practica primi decreti poſita ſunt *ſuprà ſect. 36. & 37.*

Et vidimus obſeruatũ, quod neq; die feriata, vel de nullitatibus incitatione, mandato, ac relatione ſcribebatur in libro contumaciarũ, ſed ſequenti die poſt cõdemnationẽ expediebãtur literę exequutoriales, per quas mandabatur, q; actor mitteretur in poſſeſſionem bonorũ debitoris, mobilium, vel ſtabilium, vel nominis debitorum pro ſumma debiti, & expenſarum, & in defectu bonorum, facta ipſorum diſcuſſione,

22 expediebãtur citationes cõtra contumacem, quod in continenti tradat exequutionem pro dicto debito, aliàs non tradendo capiatur de perſona, & carceretur, & ibidem detineretur, donec data fuerit dicta exequutio, vel aliàs fuerit prouiſum.

Hodie verò obſeruatur contrariũ, ex quo ſuprà Tribunal, dicti ſubactuarij ſcribũt decreta interloquutoria, tantùmq; obſeruatum fuit, & debet obſeruari, expeditis literis exequutorialibus iuris forma ſeruata, vel ex primo decreto, ſi non reperiantur bona, non debent expediri prouiſiones de perſona, ratio quia habęt trimeſtre tempus cõtumax ad purgãdã contumaciã, & nõ eſt iuris pro debito non liquidato, nec probato debitorẽ carcerari, ſed terminus dari debet, & procedi ad vlteriora, & hoc fuit decretum per Dominum Franciſcũ Loffredum circumſpectum olim Regiam Cancellariam Regentem, in ipſius viſitatione carceratorum in M. C. & ſi alitèr obſeruaretur, omnes abutuntur.

23 Contumaci igitur triũ menſiũ ſpatium datur ad purgandum contumaciam, & purgare contumaciam conſiſtit in ſolutione pœnæ Curiæ, & expenſarum actori, qua contumacia purgata eſt præſtanda fideiuſſio à reo de ſtando iuri cum actore ſupra id, quod petitur, & de ſe preſentando.

24 Et dicti tres menſes ſecundum Regiam pragmaticam currunt à die, qua interponitur primum decretũ, & ſecundum obſeruantiam M. Cur. curruat poſt exequutionem, niſi exequutio fuiſſet facta vigore condemnationis debiti, de quo appareret inſtrumẽtum, vel obligatio, quia in tali caſu non expectatur dictus terminus, ſed facta exequutione, ſtatim poteſt citari ad reluendum, reuocatoq; præcario ad ſe, interponitur decretum, *quod vendatur exequutio, & de pretio ſatisfiat creditori.*

Et

Et casu, quo exequatur ex primo decreto, & de debito non appareret instrumentum, vel obligatio, purgata prima contumacia, vt supra, proceditur in causa ordinariè, prout inferiùs dicetur.

Ab hac cõtumacia excusantur, q iusto impedimento detinentur, qui per Iudicem restituũtur in tempus decursum pro iusto impedimento.

26 Contracta verò vltima contumacia, si perseueret contumax in illa per dictos tres mẽses, citatur super secundo decreto, & ad recipiendum petitionem termini, videndum iuramenta testium, ad publicandum, concludendum, vsquè ad interpositionem dicti secundi decreti, & exequutionem ipsius, & in dicta citatione accusatur prima contumacia, expectoquè triduo, vocatur in Curia, in qua si non compareat, purgando contumaciam, reficiendo expensas, & præstando cautionem, interponitur decretum fore procedendum.

Actor autẽ debet pſentare petitionem, & petere terminum, & per M. C. datur ad probandum, in quo debent produci articuli, citari, & examinari testes actoris probari debitum petitum, & quod bona exequuta sint debitoris contumacis, & si adsint scripturæ, producantur, & facta publicatione & conclusione in causa, proceditur ad interpositionem secundi decreti, & bona exequuta adiudicantur actori, qui declaratur verus Dominus illorum, quæ appretiantur per expertos, & detinentur per actorem, vt res propria pro concurrẽti quantitate debiti, & expensarum; et si infra mensem post dictum secundũ decretum compareat contumax, & soluit debitum, & expensas actori, restituuntur bona exequuta, super quibus fuerit interpositum secundum decretum; elapso verò mense non restituuntur, nisi iusto impedimento detentus fuisset, ad quod tempus restituitur per Iudicem.

27 Iustaq; impedimenta dicuntur morbus sonticus, paupertas, feriæ aprutinæ in diebus canicularibus, & ità obseruatur in appellationum, & reclamationũ causis, & fatalium decursu partibus eas non prosequentibus.

DE CONTVMACIBVS, ET COMPARENTIBVS.

SVMMARIVM.

1 Comparente reo contumaci, vel eius procuratore, quæ remedia adhibeantur.
2 De nominatione testium infra Ciuitatem, vel extra, quod tempus debeat concedi.
3 De obseruantia, quando reus non vitiatur nominatione.
4 Et qui stilus sit seruandus circa examinationem testium.
5 Cõtra neãgtes factum promptũ, vt filiationem, consanguinitatem, affinitatem, vel matrimonium, vtrùm pœna sit remittenda Iuditis arbitrio.
6 Contra testes recusantes deponere, quid agendum.
7 In electione examinatoris S. C. obseruatur bussula, & in M. C. electio scribę committitur Commissaria.
8 Partibus petẽtibus numerũ testiũ refrenari, prouidetur super reformatione.
9 De citationibus expediendis aduersus Authores laudatos.
10 De causis compromittendis.
11 De contumacijs in causis appellationũ.
12 Sententiæ post interpositionem infra quod tempus appelletur, & appellatio prosequatur.
13 Examinatis testibus fit publicatio in causa, & conclusio, & alij actus necessarij.

Senten-

14 *Sententia niſi ab ea appelletur infra decem dies, & proſequatur infra quinquaginta, tranſit in rẽ iudicatã.*

15 *Verùm interpoſita appellatione, & notificatis literis inhibitorialibus, ſi fuerit proſequuta, citatur appellans ordine Iudicis, per quem fuit expedita inhibitoria, & quando ſecùs.*

16 *Cauſæ appellationum ſunt terminandæ infra annum, quo elapſo dicitur appellatio deſerta.*

17 *In aliquibus cauſis per appellationem non impeditur exequutio, & nu.* 18.

19 *Inſtantia quando dicatur peremptа.*

20 *Quando agitur de cauſis modicis, & ſummarijs, quæ non requirunt diſcuſſionẽ, abſque termino ſunt terminãdæ, & proceditur in his sũmariè.*

21 *De obſeruantia circa mandata, & citationes inſtrumenti, quæ vocantur in Curia pro Tribunali ſedente.*

22 *De circumductione citationum.*

23 *De obſeruantia circa mandata, ſequeſtra, & banda.*

24 *Alicui ſi fiat mandatum ad declarandũ, ſi ſit filius, hæres, vel nepos, iſquè recuſet declarare, in cõtumaciam decernitur, quod compellatur.*

25 *De obſeruantia in mandato aduerſus pactum, obligationem, aut laudum.*

26 *Mandatum ſi fiat alicui, quod pareat ſindicatui eo non comparẽte prouidetur, quod cõpellatur in concumaciam.*

27 *De mandato ad reluendum, & de eius requiſitis.*

28 *De exceptionibus nõ numeratæ pecuniæ.*

29 *In mandato ad exibendum exequutionem, non comparente reo prouidetur, quod cõpellatur in contumaciã.*

30 *In mandato, quod conſignet aliquam copiam ſcripturæ prouiditur, quod ſoluto iuſto ſalario infra tot dies conſignet, aliàs compellatur.*

31 *Taxatio expenſarũ committitur Commiſſario cauſæ, & extra hanc Ciuitatem committitur Iudici loci.*

1 COmparente reo contumace, vel eius procuratore, poſtquam citatur ſuper ſecundo decreto, ſi purget contumaciam; reſiciatquè expenſas, præſtando cautionem, intelligitur eodem modo ac ſi ab initio comparuiſſet, & actor tenetur illi dare proprijs expenſis exemplum petitionis, ſeù libelli; reus verò infra tres dies reſpondere tenetur, aliàs differuntur omnia ad merita, & à dicto reo reſponderi debet actoris petitioni, & declarari, ſi ipſe reus poſſidet bona, de qbus agitur, & ſi ſit hæres defuncti, quando verò interrogatur ad hoc, & alias iuſtas interrogationes, & recuſauerit hoc facere, proceditur ad cogendum eum, vel quod dictæ declarationes habeantur pro factis, prout peius erit conuento, & datur terminus iuris vtrique parti ad probandum, & defendendum, de quibus interrogationibus dictum eſt ſuprà

2 *ſect.* 44. Hic autẽ terminus (facta nominatione, infra quinque dies, teſtium extra Ciuitatem) erit viginti dierum; ſi nominatio fiat in loco, quod diſtet per viginti millia paſſuum à loco iudicij terminus erit dierum quindecim, & data diſtantia à loco nominationis vltrà viginti millia paſſuum, multiplicatur numerus dierum, tribuẽdo cuilibet dietæ quinque dies, vt dictat *pragm.* 7. *de ordine Iudiciorum*, dummodò dictus terminus non excedat tres menſes, præterquam ſi iuſta de cauſa Iudici videretur dare maiorem dilationem, præſertim quando nominatio fieret extra Regnum, & tunc datur maior dilatio,

3 & tenetur facere depoſitum aureorum quindecim, & terminus prorogatur ad ſex menſes, & ſi nominatione non vtatur, aduerſario depoſitum liberatur, & pro calumnioſa nominatione tenetur ad pœnam duarum vntiarum, & ad euitandum depoſitum, & alia requiſita ad nominationẽ extra Regnũ, olim apponebatur clauſula, *velle vti, ac ſi eſſet facta in vltimis Regni partibus*, quod ceſſat hodiè per pragmaticam, quæ ſeruatur, cuius verba ſunt: *Ordinamo ancora, che inuiolabilmente ſe oſſerui*

Digitized by Google

seruì la Regia pragmatica circa il fare la nominatione, tanto per infra, quanto per fuora il Regno frà cinque giorni, dopò, che sarà dato il termine, aggiungendo
4 *di più, che se per sorte se farà nominatione essra regno, & la parte, che la farà, dechiarasse volersi seruire di essa così, come fusse fatta nelle vltime parti del Regno non si debbia ammettere, se non se nominaranno li testimonij per nome, & cognome, & si dechiarino li luochi, & terre, doue detti testimonij dimorano, osseruandosi in tali nominationi, che si fàno hora nel Regno, & non seruendosi di tale nominatione, se incorra nell'istessa pena, che stà imposta à chi non si serue delle nominationi fatte fuora di* Regno, sũt verba *prag. 4. n. 9. sub tit. de dilationibus*, de qua meminit *Præs. de Franch. decis. 57.* & alitèr facta, de ea non fuit habita ratio.

Et infra dictum terminu m præsentari debent articuli per actorem, & exceptiones per reum conuentum, & super illis examinandi sunt ipsi principales per verbũ, *credo*, vel *non credo*, absq; Aduoc. vel Procurat. interuentu.

5 Qui si negauerint factum promptum, vt est filiationem, consanguinitatem, affinitatem, vel matrimonium, de quibus verisimilitèr haberi potest notitia, et postea per probationes constabit de eo, quod negatur, sunt condemnandi pro quolibet articulo negato *Iudicis* arbitrio, inspecta qualitate personarum ad hoc, vt partes possint habere recursum pro dicta pœna aduersus Aduocatos, & Procuratores, vtrùm si de eorum consilio negauerint, immunes sunt à dicta pœna, à qua quoque sunt immunes, si infra quinque dies negationẽ illam reuocẽt, sed non comparentibus dictis principalibus ad deponendum, tunc solet prouideri, quod captis pignoribus cõpellantur, vel factis tribus mandatis, vsque quò veniant ad deponendum, & vltimo cum insertione articulorum, accusatisque contumacijs, elapsoquè triduo prouidetur, quod habeantur pro confessis, prout deceriue erit, iuxta formam Reg. prag.

6 Infra eundem quoquè terminum citantur testes, & partes ad videndum illorum iuramenta, & accusatur prima contumacia, et quò ad testes si comparent, examinantur; si verò recusant, expectatur triduum, vocantur in Curia, & prouidetur, quod si infra aliquẽ terminum, iuxta loci distantiam, non deposuerint, captis pignoribus com-
7 pellantur, & sic pignorantur vsque quo veniant ad deponendum, & eligendus est examinator non suspectus, & partes olim illum incontinenti debebant nominare, quod si essent negligentes, Iudex eligebat.

Et quando fit nominatio testium extra districtum, committitur audientia testium, denunciando partibus cõmissionem, & debent illos requirere, quod compareant in omnibus locis ad videndum iuramẽta testium, verùm vnius diei distantia si adsit non admittitur, nisi pro duobus testibus, excepto si de re ageretur parui momenti.

Nec possunt examinari, nisi sex testes pro quolibet articulo excepto, si disceptaretur de confinibus, vel factis antiquis.

8 Quo casu examinantur vsquè ad numerum decem testium pro quolibet articulo, sed hoc non obseruatur in M.C. præterquam si expressè petatur, & depositiones testium scribendæ sunt per extensum.

Elapso termino, datur alius terminus recipiendi exemplum processus, & percuntandi.

Et infra octo dies à traditione exẽpli, seù copiæ processus petenda est repulsa testium à dictis partibus, quæ repulsa conceditur cum medietate primi termini.

Elapsoquè termino repulsæ petitur repulsa repulsæ, quæ conceditur cum medietate termini primæ repulsæ, etiã in concedendo dictam repulsam.

Elapso verò termino repulsæ repulsæ fit publicatio cum termino percuntandi acta, deindè fit conclusio, & monitio ad dicendum, remanente saluo iure petendi, quibus competit, de quo

Digitized by Google

dictum est *sect. 57. num. 35.*

9 Et si per eum conuentum laudatur Author, & defensor litis, à quo causam habet, sunt per eum præsentãdæ scripturæ aduersus Authorem laudatum, & hîc fit in Ciuitate, non est supersedendum in causa; verùm si est absens, supersedebitur iuxta loci distantiam, & citato Authore laudato, notificato iudicio, & scripturis, accusata prima contumacia, & elapso triduo vocatur in Curia, & in actis conseruatur prouisio, & datur terminus contra Authorem laudatum, & proceditur vsque ad sentẽtiam, quæ breui manu exequitur contra ipsum authorem laudatum. pro eadem quantitate, ad quam fuit condemnatus principalis.

10 At quoniam solent, qui litigant inter se esse coniuncti, erit aduertendum, quod inter coniunctos vsque ad quartum gradum, si oritur lis, & ante litis contestationem petitur, quod causa compromittatur, est compromictenda infra duos menses de iure, & de facto in procedendo, & de iure tantùm in sententiando, de quo compromisso dictũ est suprà *sect.* 41. & à laudo appellatur ad Iudicẽ ordinariũ loci, verùm nõ admitttiur appellatio, nisi exequuto priùs laudo, præstita tamen cautione de restituendo in casu retractationis.

11 Ità obseruatum fuit in M. C. & hodiè obseruatur in causis appellationũ per Actuarium causarum contumacias accusari, & annotari in actis causarum appellationis, nequè aliqua cõtumacia adnotatur, nisi die suo vocetur in banca pars appellata ad aperturam à d ffinitiuis.

12 Nemo .n. est qui nesciat, quod prolata sententia in causa ciuili, currit terminus decem dierum ad appellandum, & quinquaginta ad prosequendum, & prẽsentandum copiam processus Iudici appellationis, et quòd infra hos dies citanda est pars appellata ad aperturã processus, in qua accusatur prima cõtumacia per Actuarium causę, & non per notatorem contumaciarum, & elapso triduo vocatur in Curia, & si sententia est diffinitiua, fit apertura in forma cum termino per Iudicem statuendo ad percuntandum acta, & nemine comparente pro citato, fit in contumacia, comparente verò citato, si petit terminum ad nõ posita ponẽdum, datur terminus iuris, & producuntur articuli, citantur, & recipiuntur testes, & fiunt nominationes iuxta stilum supradictũ in causa principali in prima instantia, verùm in causa appellationis non admittitur, quod est positum in causa principali, exceptis viduis, pupillis, Ecclesia, *V*niuersitate, et mulieribus q̃bus competunt beneficia, si non fuerunt in prima instantia petita, & concessa, sed si fuerint concessa in prima instantia deneganda sunt.

In sententia verò interloquutoria fit apertura, quò ad Iudicem, & non ostenduntur, nisi acta ordinatoria, & fit apertura in forma.

Et quoniam aliquando solet fieri instantia pro reiectione impertinentiũ, non est omittenda forma, qua prouidetur, et est, quod reijciantur, vel quod facta publicatione, si reperiantur articuli impertinentes, habeantur pro reiectis, vnà cum testium depositionibus.

13 Examinatisq; testibus, q̃ fit publicatio in causa, & conclusio, producuntur, & intimantur scripturæ, fit collatio cum originali, citata parte ad vidẽdum collationem, si præsentans petat restitutionem originalis relicta copia, et demùm promulgatur sententia confirmando, vel infirmando, modificando, aut reformãdo sententiã primi Iudicis, q̃ obseruatur etiã in secunda appellatione, quãdo tñ licet tertiò prouocare.

14 Itẽ q̃ omissa appellatione infra decẽ dies, & pro desertione quinquaginta, non præsentatis literis inhibitorialibus, transit sententia in rem iudicatam, & expediuntur literę exequutoriales.

15 Verùm interposita appellatione, & notificatis literis inhibitorialibus, si nõ fuerit causa prosequuta, citatur appellans ordine Iudicis, per quẽ fuit expedita inhibitoria ad dicendum causam, quare non est declaranda deserta appella-

Digitized by Google

pellatio,& accusatis contumacijs,iuxta stilum,de quo dictū est supra, non cōparente legitima persona,in contumaciam decernitur ; comparente verò procuratore,ipso audito, si iusta causa non allegatur, declaratur appellatio deserta,& reseribitur Iudici,qui protulit sententiam, quod procedat ad exequutionem sententiæ, non obstantibus literis inhibitorialibus.

16 Et vt nihil remanent intactum, erit sciendum, quod appellationum causæ terminandæ sunt infra annū,quo elapso dicitur deserta,nisi protestetur infra annū de secundo fatali, & causa cognita,solet concedi tertiū fatale,& hoc quò ad sententiam diffinitiuam ; quò verò ad interloquutoriam expediuntur prouisiones pro transmissione actorum,& per dies inhibetur,& transmissis actis,facta apertura, citantur partes ad dicēdum, iustificataq;appellatione fit prouisio,benè appellatum, & malè indicatum,& proindè causam remanere in M.C.,& in ea esse procedendum ad actus incumbentes,de quo dictū est in *praxi* latè,appellatione verò non iustificata, prouidetur, benè iudicatum, & malè appellatum.

17 Secundò,q; per appellationē non impeditur exequutio in aliquibus causis notatis in *sect.* 59. *à num.* 18. exequuntur etenim præstita cautione de restituendo in casu retractationis, citra præiudicium nullitatum, & si est oppositum de nullitate apparente ex eisdem actis, proceditur ad discussionē,impedita exequutione,& requirentibus alijs altiorē indaginem, datur terminus, & proceditur ad exequutionē, præstita cautione,& de hoc dictum fuit in *sect.* 57. *num.* 37.

18 Estquè notandum,quod si condemnatus ad expensas, nihil deduxit in prima instantia, nō admittitur ad prosequendum, instante parte, in causa appellationis, nisi refectis expensis.

19 Et insuper q; causæ, quæ sunt terminandæ infra triennium post litis contestationem,si non sunt terminatæ, instantia dicitur perempta,& est insufflādus spiritus vitæ, & parti reficiendæ sunt expensæ,q; quomodò obseruetur, & quid in causis vertentibus *in* S.C. coram Delegatis,& agitatis in Collat. Consil.dictum est suprà in *praxi.*

20 Ac demùm quod proceditur summariè in exequutione causæ pro salario, & modicę summæ, & similes per Regentem M.C.V.terminantur cum consilio alicuius Iudicis eiusdem M.C.

Obseruatur etiam fieri præuentiones ante incusationem aduersus instrumentum, & obligationem,quæ non admittuntur,nisi cum cautione de soluendo debitum,& pœnam seruata forma *Regiæ prag.vnicę,de præuent.moder.* licèt dubia quæstio fit, an impediat preuentio,quamuis cautio non præstetur,sed nec petatur à parte,quam latissimè examinat *Doctor Io: Iacobus Anichinus apud Nouar.de datione in solutū, sect.2.q.15.à n.16.in tract.eiusdem Author. de præuent.instrum.ac directa aduersus instrumēta præueniendi ratione.*

Obseruatur etiam, quod pro receptione depositionum Prælati,& aliorum Illustrium, accedere debet actuarius sumptibus petentis.

Itē q; producentes testes falsos causam amittunt,& puniuntur pœna falsi, seruata forma Regiæ pragmaticæ, nisi infra octo dies post publicationem declarent illis nolle vti,postea ædita fuit pragmatica imposita pœna capitali in causa criminali,in ciuili ad pœnam relegationis,& ad interesse partis.

MODVS INTERLOQVENDI in causis ciuilibus.

21 VOcans in Curia mandatum, vel citationem virtute instrumenti ad soluendum instante actore, seù procuratore ipsius condemnatur ad pœnam mandati pro mandato, vel ad tertiam partem mobilium pro citatione, & quando non fit instantia actoris, vel procuratoris prouidetur; actore,vel procuratore non comparēte,non vocetur, & comparente procuratore,prouidetur ad dādum libellum, seù petitionem.

22 Si literæ citatoriæ non continerent cauſam, & in ea eſſent nominati duo teſtes, & eſſent notificata poſt ſex mẽ. ſes, & ſuo die non fuiſſet accuſata contumacia, aut accuſata fuiſſet die feſto, vel non eſſent vocati infra duos menſes poſt primam contumaciam, vel infra menſem in Ciuitate dicitur circũducta, & expirata, & ipſarũ vigore non poteſt procedi, niſi partes cõpareant, quo caſu citatio nulla conualidatur.

23 Quò ad mandata conſeruatiua, & ſequeſtratiua banna, & mandata, quod non eſtrahant, & quod non ſe intromittat, & ſimilia, non comparentibus, prouidetur, quod conſeruetur, in contumaciam, comparentibus aliquibus, dicitur ſalua reſponſione talis procuratoris, facienda infra talem terminum, & ex nunc ſit monitus, & ſi mandatum ſit cõſeruatiuum, quò ad vnum caput, & quo ad aliud ſit condemnandus reus, inſtante actore dicitur, condemnetur, & conſeruetur, vtrumque in cõtumaciam, non comparente Reo.

24 Quò ad mandatum ad declarandũ ſi eſt filius, nepos, vel in aliquo gradu conſanguinitatis defuncti, & ſi tenet, & poſſidet, non comparente reo, vel eius procuratore, decernitur, quod compellatur in contumaciam.

Verùm comparente reo, vel procuratore petendo terminum ad denunciandum principali, vt inſtructus valeat reſpondere, datur terminus arbitrio Iudicis, quod ſe informet, & declaret, aliàs compellatur.

25 In mandato aduerſus prædictam obligationem, laudum, patentes, literas hoſpitij, & ad dicendum cauſam, quare non debeat reſcribi, ad præſentãdum virtute fideiuſſionis, & ſimiliũ, non comparendo, ipſis viſis in contumaciam prouidebitur; comparente verò dicitur, viſis illis, & eo audito, infra biduum prouidebitur, &c. & ex nũc fuit monitus.

26 In mandato ad ſtandum ſindicatui, nõ comparente reo, prouidetur, quod compellatur in contumaciam; ſi verò reus cõparuerit, additur, niſi infra tot dies acceſſerit ad ſtandũ ſindicatuí, aliàs cõpellatur, & ſi negaretur exercuiſſe officiũ, puidetur, & capiatur informatio, qualitèr exercuit, parte citat.

Et idem obſeruatur, quod capiatur informatio, quando negatur eum eſſe Dominum, ad cuius inſtantiam fit mãdatum, quod exfractet.

27 In mandato ad reluendum, hebdomodarius noſcere primò debet, an pignus ſit conuentionale, aut prætorium, & non comparente reo, aut ſuo procuratore, quomodocũq; ſit, interponitur decretum in contumaciam, ſed comparente, interponitur ſimplicitèr, & datur facultas arbitrio Iudicis, ſecundum quantitatẽ debiti, et qualitatẽ debitotis ad redimendũ pignus, et ſi opponitur eſſe exequutũ in bonis alienis, dicitur, capiatur informatio infra tot dies, infra quos ſuperſedeatur in venditione.

At ſi allegatur ſatisfactio, dicitur ſuperſedeatur per totdies, infra quos capiatur informatio de ſatisfactione, ſed ſi allegatur ante exequutionem, non admittitur.

Et idem obſeruandum erit, ſi allegatur noua conuentio.

Quò autẽ ad mandatũ ad recognoſcẽdum, cõparente procuratore habẽte poteſtatem recognoſcendi, prouidetur, quod detur apoca, ſin autem careat poteſtate, et habeat generale mãdatum, dicitur, condemnetur, etſi infra tot dies comparuerit cum poteſtate, & recognouerit, deleatur, et facta recognitione, ſi opponat non teneri, datur terminus ad probandum, aliàs ad ſoluendum, ſecundum quantitatem, et sũmariè, exequutiueq; proceditur, verùm ſi apoca eſt illiquida, datur terminus ad probandum incumbentia, et proceditur via ordinaria.

28 Quò ad apocas de mutuo, quando opponitur exceptio non numeratę pecuniæ, vel pro pretio venditionis alicuius rei, et opponatur exceptio rei non traditæ, ſi fuit oppoſita exceptio non numeratæ pæcuniæ infra biennũ, et rei non traditæ infra 30. dies, onus probandi numerationem pecuniæ, et con-

Digitized by Google

IN EADEM SECTIONE XXXX. num. 11. Adde

DVbitatum etiam fuit, An nõ solùm pro proprio intereſſe, ſed ẽt vaſallorum, quis poſſit remoueri vt ſuſpectus: Et prouisũ fuit per Collaterale Conſilium: *Quod non interueniat Ill. Marchio Sancti Sebaſtiani Regens Antonius Caraccciolus in taxatione quantitatis debitæ per præditam Vniuerſitatem pro Regio ſeruitio* ſub die 20. Nou. 1646.

Idemquè iudicauimus expeditis commiſſionibus pro capienda aliqua informatione in partibus; mandauimus etenim admicti recuſationes, ſeruata tamen forma Regiæ Pragmaticæ, prout fuit obſeruatum in recuſatione Iudicis M.C.V. *D. Blaſij Boliaghę* delegati ad capiendam informationem contra Portulanum Prouincię Aprutij, vt apparet ex ſequenti memoriali, & decreto:

Illuſtriſs. & Eccellentiſs. Signore.

MAttia Canale Regio Portolano delle Prouincie d' Apruzzo, Termine, & Capitanata ſupplicando eſpone à V.E. come hauendo eſercitato eſſo Supplicante con ogni integrità, & fedeltà il detto officio per molti anni, hauendo vltimamente con euidente pericolo della ſua vita, & con indicibile fatica, & ſingolare beneficio della Regia Corte fatto vn intercetto d'oglio, & altre robbe, volendoſi ingerire in detto intercetto il Magnifico Giudice D. Biaſe de Boliaga ſenza neſſuna authorità, datone per eſſo ſupplicante parte in Camera, & da quella fatta relatione à V.E. in Collaterale, fù ordinato, che eſſo ſupplicante procedeſſe alla vendita di dette robbe, & che detto Giudice Boliaga in quello non ſe intrometteſſe. Con tutto ciò da ſuoi emoli, & inimici ſi è preteſo procurare dalla Regia Giunta de contrabanni, che detto Giudice Boliaga n'haueſſe di nuouo preſo informatione. Del che hauendone hauuto notitia, allegandolo con giuramento ſoſpetto per l' infraſcritti capi formiter con il depoſito. Supplica V. E. reſtar ſeruita ordinare, che ſtante detta ſoſpettione allegata, il detto Giudice Boliaga non ſe intrometta in coſa alcuna, tanto più che hauẽdo eſſo ſupplicante accudito nella Regia Giunta, & allegato odioſo detto D. Biaſe, s'ordinò, che mandaſſe l'informatione pigliata, & nõ hauendola pigliata, nẽ la pigliaſſe. Cõtucciò contro detto decreto, & dopò intimate dette prouiſioni, aſſicuratamẽte & da nemico, con ſtratie, mazzate, & altri tormẽti hà carcerate diuerſe perſone cõtro ogni raggione cũ reu. vt Deus, &c.

Ill. Reg. Caraccciolus Marchio S. Sebaſtiani Collat. Cõſiliarius ſuper ſupplicatis prouideat. Sanfelicius Reg. Prouiſum per Suam Excellentiam Neap. die 8. Octob. 1646. Grimald. Facto enim depoſito, prout ex infraſcripta fide:

